This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


1817
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE
BEQUEST OF
JOHN S. LAWRENCE

A
.I-
ST
'A-
.TE
NO-
:OS.
NO.
IPLI-
I DI-

ES.

promptum
um vatici-

ptum
a
ul
pr

LUGD. BATAV. Ex Officina HACKIANA. 1675.

CORNELII NEPOTIS VITÆ EXCELLENTIUM IMPERATORUM,

Observationibus ac Notis COMMENTATORUM, quotquot hactenus innotuêre, ILLUSTRATÆ.

Accesserunt huic Editioni præcipuorum Græcia Imperatorum Icones æri incisæ, ut & Index Rerum & Verborum præcedenti multo auctior & emendatior.

LUGD. BATAVORUM,
Ex Officina HACKIANA, Anno 1675.

John S. Lawrence Estate
gt
5-19-1925

TERENTIUS, Adelph. act. 3. sc. 3. vs. 61.

INSPICERE, TANQUAM IN SPECULUM, in vitas omnium jubeo, atque ex aliis sumere exemplum sibi. Hoc facito. Hoc fugito.

Viro Spectatissimo & Amplissimo,

JOANNI VAN DEN BERGH,

FOEDERATÆ BELGICÆ ARATIONIBUS. REIPUBLICÆ LUGDUNENSIS, POST SUMMOS IN URBE PATRIA OBLATOS, ET RITE ADMINISTRATOS HONORES, CUM MAXIME COS. BONORUM PATRONO. BONARUMQUE DISCIPLINARUM MECENATI DILIGENTISSIMO.

S. P. D.

HACKII FRATRES.

Ex tripode depromptum illud Tullianum vaticinium videtur, nullum

prorſus conſilium, nullamque diligentiam in vulgo apparere, quod, virtutis quoniam eſt expers, nulla gloriæ cupiditate aut capitur aut excitatur, immortali quamvis nomine prius, ve optabilius invenias nihil: verus enim & unus præter cæteros virtutis fructus eſt gloria. Aſt dum fatuæ & inſulſæ iſti multitudini liguriendi, commeſſandi & liberius noctes dieſque ſtertendi conceditur poteſtas, pulchre ſibi proſpectum putat. O natio mirum in modum iners ſed quid commercii cum ἀπεφαλ-τοις & toto cœlo errantibus naturę prodigiis? Qui contra quam proxime ab exemplis prudentiæ & ab omnis denique virtutis

tis uſu abeſſe volunt, nihil ſanctius vel antiquius ducunt, quam ſui memoriam facere longiſſimam, & calcar, quod non leve ſentiunt, magis ac magis quotidie acuere. Idcirco res geſtas majorum inſpiciunt, & defixos oculos habent in virorum illuſtrium vitas, ut maximorum imperatorum prudenter dicta, & præclare facta, cum in re civili, tum militari, accurata trutina nunquam non penſitantes, ea excerpant, ea cognoſcant, imo pernoſcant omnia, quæ ad vitam prudenter inſtituendam uſui eſſe ſolent, & bona fide ſanæ mentis hominem ornant, augent & illuſtriorem reddunt.

Næ illi haud ſtulte ſapiunt! in rem enim eſt, quid ſit faciendum, quid ſit fugiendum, ex enarratis priſci ſeculi monumentis, ad unguem ſcire, & compertiſſimum habere. Hoc ex animi ſententia procedit negotium, ſi juxta monitum divini Senecæ tam reverenter ſuſpicimus, eoque in pretio antiquorum hominum memoriam habemus, ut ad illa conſummatæ virtutis ſpecimina religioſe nos componamus, & quicquid ab iis, tanquam ab optimis, profectum conſtet, in ſuccum & ſanguinem vertamus. O contemplatio amæniſſima & ſimul fructuoſiſſima! quamvis confragoſa in faſtigium dignitatis

via

via ſit, æmulatione tamen inflammatis, perdifficiles & arduos illos tramites ſuperare, in proclivi eſt. Non mutatum voluit conſilium prudentiſſimum vir egregie cordatus, & per illuſtria facinora dux apprime nobilis Themiſtocles, qui animo ſuo diligenter recolens tropæa Miltiadis, in utramvis aurem otioſe dormire, ſe indignum arbitratus eſt. Nihil quippe hoc dicto verius, quod memoriæ prodidit, omnium comicorum qui facile princeps eſt, Menander: αὐτόματα τὰ πράγματ' ἐπὶ τὸ συμφέρον ῥεῖ. Κἂν καθευδήσῃ πάλιν ταναγκαία. Ubi igitur honeſtis facibus locus eſt, extemplo minatur induſtria præclari aliquid, quo ad

honoris faſtigium emergendi ſpes affulgeat luculenta, imo indubitata. Plurimum ſibi gratulari habet Græcia, in ea enim provenerunt bene multi, qui, utiliſſimis ſtimulis commoti, nihil ſibi loci vel ſegnitiæ vel ſocordiæ reliquerunt, nullamque rem ſibi prius laudi fore opinati ſunt, quam exempla, quæ omnibus erant numeris abſoluta, imitari in animum induxerant, aut æquare, aut longe antevertere cœpiſſent. Taceo Romam omnis elegantię & quicquid fuit elegantiorum hominum domicilium, ubi non pauci celebritatis comparandæ ardore incenſi, ad honores, quos meruerant, evecti ſunt maximos, quorum

rum & annales & hiſtoriæ uberrimam mentionem inferunt. Sed longum foret perſequi excellentium virorum nomina, quos ubivis gentium terra tulit. Gloriatur una impenſe tellus Batava compluribus ſe ſtare ejuſmodi columinibus, quæ, ut fulcra cadentis reipublicæ auſpicatiſſima evaderent, creverunt, tam per gloriam domeſticam, & avitas laudes, quam per aliorum Rectorum prudentiam & moderationem. Quis perinſignia & de cœlo lapſa præſidia reipublicæ ſupereſſe, affirmare erubeſcat? In iis, tu, Graviſſime Vir & Ampliſſime Cos. familiam ducis, & maximo quidem tuo merito. Ab origi-

origine enim ultima ſtirpis Lugdunenſis generatus perpetuo a majoribus acceptam Senatoriam dignitatem obtinuiſti. Patre uſus conſulari ambitione honeſtiſſima domum, ante jam illuſtratam faſcibus, tuis amplius titulis nobilitaſti. Virtus cum tibi propria ſit, ejus te recte præmia ſequuntur. Cum pace tua igitur aureus CORNELII NEPOTIS libellus tuo nomini inſcriptus lucem videat. Ut pubes florentiſſima, quæ ad capeſſendam aliquando rempublicam facta eſt, cuique patriæ fata, more majorum, permittentur, te patronum, te exemplum cum unice admiretur, habeat ſimul ſpectatæ integritatis, antiquæ

tiquæ fidei, ſingularis prudentię, incredibilis conſtantię, ſalutariumque conſiliorum copiam, & nullarum non virtutum excellentiſſimum promptuarium, ex quo delectum faciat feliciſsime, quo formentur & poliantur liberalis juventutis ingenia, nec non concinnentur civium parentumque vota ad ſalutem communis, quam incolumus, patrię. Vale, Vir Pręſtantiſſime, quod noſtri fuit officii in bonam accipe partem, & prolixi animi, quo te impenſe colimus & veneramur, proba teſtimonium. Iterum atque iterum vale. Diu & auſpicato fruatur te Lugdunum tua, imo univerſa Belgica!

Quod

DEDICATIO.

Quod vovemus! Feliciter! Lu
duni Batavor. A. D. Id. Apr
poſt Soſpitatorem natum c
IↃ CLXXV.

Nominis Tui

Cultores humillimi

HACKII FRATRE

PR

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

Super Excellentium Græciæ Imperatorum Vitis, *earumque Scriptore ac noſtro inſtituto pauca prælibanda fore rebar*, BENEVOLE LECTOR; *priuſquam Te ad ipſum hiſtoriæ argumentum adducerem. Neque operoſius in præfandi veſtibulo de* CORNELIO NEPOTE *&* ÆMILIO PROBO, (*quem primum Cæſaris & Octavii, poſteriorem Theodoſii tempora viderunt*) *tanquam auctoribus cum eruditis, ſuſpicabor; cum poſt alios* Andreas Schottus, *& ex nuperrimis diligentiſſimus Antiquitatum, dum vixit, indagator* Ger. Joannes Voſſius *hunc dubitandi ſcrupulum ſatis exemerint; & aperte temporis ratio, ipſa Latinitas, qualem Auguſtæo ævo loquebantur caſtigatiſſimi;* CORNELII NEPOTIS *hanc ſcripturam eſſe, non ſequioris alicujus* ÆMILII *manifeſtò arguant. Sed in iis, ut plerique calculum ſuum adjicerent,* ἀμαθία τὸ πλέον μέρος, λόγων τε πλῆθος, *quando non tam ineptis conjecturis, quàm falsâ æmulatione, licet aliud ſentire videbantur, inducti ſunt; ut auctorem ſubſtituerent, cujus hoc non eſſet opus. De quo tam frivolè demereri, non aliud prope eſt,*

quàm

quàm nugari; quod ſolenne quibuſdam non mediocriter doctis. Cæterum, ut ad declinandam opinionem hanc parum judicio noſtro adſcriberem, imprudens nomen vulgatorum opinione conceptum à librorum facie & titulo dimovendum duxi; quod & in antiquis, & optimæ notæ Codicibus, quos olim beneficio doctorum mihi videre contigit; magis recitetur quàm agnoſcitur. Ad quorum fidem novam hanc Editionem, multorum exemplar (ut jam pridem ex aliorum muſæis prodierunt primarii rerum Romanarum ſcriptores) congeſtis circumquaque optimis Commentatoribus, qui ſcriptis ſuis ad præſens inſtitutum ſeligenda contulerant; orbi erudito exhibendam concinnavimus. Ac primò quidem in exprimendo contextu nullius editioni penitus adhæſi, cum ad editoris normam videretur directa, & ſuo cujuſque arbitrio deformata; ſed non tam noſtro, quàm doctiſſimorum judicio, qua germana lectio videbatur indaganda, ſuffragati fuimus; quam plerumque Græca fides aut veterum auctoritas denudavit. Multum fidei tamen Excerptis P. Danielis *habuimus; qui ad Editionem olim Longolianam, quam ante* C & XIII. *annos Colonia dedit, variantis paſſim ſcripturæ ſeriem religiosè non minus quàm diligentiſſimè collegit. Cujus operæ ut aliquid tribuiſſe viderer, ex auctario ejus genuinas lectiones ſecundùm Veterum elegantias noſtris obſervationibus paſſim inſerui; ut aliquid inde gloriolæ non tam nobis fœnerari, quàm accurando Scriptori operam contuliſſe viderer. Alia tamen*

præ-

præſidia ſunt queis non tam ad dilucidandam hiſtoriam, quàm, quod in accurando Scriptore primum eſt, antiquæ lectionis veneration em à celeberrimorum virorum ſcriptis inſtructus ſum. Inter quæ vetus quoddam manu exaratum exemplar fuit, cujus auctarium rubrico lemmate ſignatum ex bibliothecâ ſuâ mihi olim præſtitit amiciſſimus Sluiskenius; *cujus humanitati ac collatis in me beneficiis quantum debuerim; nec heic ſatis, nec alibi unquam ex æquo dixerim. Uno interim faſce ſelecta Doctorum commentaria hac noſtra Editione exhibemus; & quicquid tam vaſtis adnotationibus ſeriò olim contulerat* Dionyſius Lambinus; *velut in ſynopticam præſentis opuſculi formam reducimus. Cujus induſtriæ debemus tot directa Græcorum teſtimonia, tot correcta textus ſphalmata; qui* Longolium *ſecutus ac* Magium, *utrumque legit quidem ac ſublegit, ſed ſpartam mirificè exornans, ut de ipſo loquitur* Cl. Marnius. *Quod quidem judicium nullus unquam diſſimulabit, ſi jamdudum hiſtoriarum collatione, & antiquitatis notitiâ, & divinando ejus felicitatem præ dicet. Alios etiam, qui ingeniorum judiciis nitorem* CORNELIO *reſtituerunt, paſſim notantes induximus; quos inter conjecturâ non minus, quàm Codd. diverſâ lectione enucleandâ conſummatiſſimi,* Gifanius, Savaro, Schottus, Boeclerus, Gebhardus, Ernſtius, Boſius; *cæterique, quorum Catalogum poſt auctoris elogia ſubtexuimus. Alterum inſtituti fuit, ut ipſas* Vitas *non tam recentiorum commentariis, quàm Veterum*

luce

luce illustrarem; dum utrique de Scriptore nostro bene meriti videbantur. Et adhibendus ad hoc erat industriæ cumulus, quando Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, Plutarchum, *ac pleroſque Græcorum ſua paſſim lingua narrantes induximus: quod alienum quidem à male feriatorum intellectu, ſed haud ingratum melioribus, qui non levem quandam gloriolam hanc noſtram opellam, neque omninò inutilem profitebuntur. Hæc te volebam* Lector, *nec morabor ulteriùs, ſi quod tuum eſt, humanis deſtinationibus præſenti inſtituto calculum adjeceris & favoris cenſuram. Scribebam Lugduni in Batavis, pridie Eidus Aprileis:* CIↃ IↃ C LXXV.

COR-

CORNELII NEPOTIS VITA, ARGUMENTUM, OPERA, TEMPUS HUJUS SCRIPTI,

à G. J. Vossio *concinnata. Lib.* I. *cap.* XIV. *de Hiſtoricis Latinis.*

CORNELIUS NEPOS, & ante Cæſaris dictaturam, & eo dictatore, & poſtea vixit. Hieronymus in Chronico Euſebiano refert illum ad annum Auguſti quartum. Nec cuiquam repugnem, colligenti inde, tum demum, divulgare ea cœpiſſe opera, quibus maxime inclaruit. Padi erat accola, teſte Plinio lib. III. cap. XVIII. unde Catullo, epigrammate primo Italus; Auſonio autem, epiſt. XXIV. Gallus vocatur. Nempe quia Italia Tranſpadana diceretur Gallia Togata. De urbe patriâ quicquam ſe habere comperti, negat Elias Vinetus in Auſon. Idyll. VII. At Veronenſem fuiſſe, in Leandri Alberti Italiâ lego: uti & in Coſmographiâ optimi, atque amiciſſimi quondam viri, Pauli Merulæ. Imo ex Veronenſium hiſtoricorum ſyllabo, (quem doctiſſimus, ampliſſimuſque Alexander Becellus, Veronenſis urbis Cancellarius fecit, ac Illuſtriſſimus Comes, Fernandus Nogarola, vir ut genere, ita literarum ſtudio nobiliſſimus, cum V. Cl. Laurentio Pignorio, atque is mecum communicavit) intelligo, natum fuiſſe Nepotem in Hoſtilia: qui Veronenſium vicus eſt, Tacito, Plinio, Caſſiodoro, & Antonino in Itinerario memoratus, hodieque Eccleſiaſticæ Veronenſium juriſdictioni ſubditus. Hiſtoricus hic Ciceronis amicus familiaris à Gellio vocatur lib. XV. cap. XXVIII. Chronica ſcripſiſſe, teſtis eſt idem Gellius libro XXVII. c. XXI. In his pro triplici tempore, ἀδήλῳ, μυθικῷ, καὶ ἱστορικῷ (de quibus ex Varrone & aliis, libro de arte hiſtoricâ

 dixi-

diximus) tres videtur ſcripſiſſe libros; ac ſingulis unius temporis narrationem eſſe complexus. Sane tres libros feciſſe Nepotem, quibus omne ævum comprehenderit, liquido teſtatur Catullus initio Hendecaſyllaborum. Nec hiſtoricum tempus ab eo ſolum eſſe tractatum, indicio eſt illud Auſonii: *Apologos Titiani, & Nepotis Chronica, quaſi alios apologos (nam & ipſa inſtar fabularum ſunt) ad nobilitatem tuam miſi.* Item ex eo, quod Tertullianus in Apologetico adverſus gentes (ubi eum inter antiquitatum commentatores diſertim reponit) dicit, haut aliud Saturnum, quam hominem promulgaſſe. Quod etiam Lactantius tradit lib. I. cap. XIII. Reliquit præterea libros illuſtrium virorum, quorum Gellius meminit lib. XI. cap. VIII. & Servius in I. Æneid. Eorum librum I. XV. & XVI. citat Chariſius. Ex his habemus viginti duos exterarum gentium imperatores. Cæteris libris egiſſe de Romanis, hæc ejus verba oſtendunt in extrema Hannibalis vita: *Sed nos tempus eſt hujus libri facere finem, & Romanorum explicare Imperatores: quo facilius, collatis utrorumque factis, qui viri præferendi ſint, poſſit judicari.* Operis ejus genuina inſcriptio patet ex ultimis hiſce præfationis verbis: *Quare ad propoſitum veniemus, & in hoc exponemus libro* VITAS EXCELLENTIUM IMPERATORUM. Præter Imperatores ſeorſum exaraſſe librum de Regibus, argumento hæc erunt, quæ Timoleontis vitæ ſubdit: *Hi fere fuere Græciæ gentis duces, qui memoria digni videbantur, præter Reges. Namque eos attingere nolumus, quod omnium res geſtæ ſeparatim ſunt relatæ. neque tamen hi admodum ſunt multi.* Externi Imperatores, quos habemus, Æmilii eſſe Probi, à multis creduntur. Qui error inde provenit, quod librario id fuerit nomen, qui vitas eas partim ſua, partim patris & matris manu ſcriptas obtulit. Hoc ita eſſe, oſten-

dunt

dunt verſiculi, qui vitis iſtis præmitti in MStis ſolent. Ac nec Æmilium, nec Theodoſiani ævi quemquam, eorum eſſe librorum auctorem, abunde arguit pura, & Romana dictio. Opinetur aliquis, ut Trogus ab Juſtino, ita ab Æmilio, qui ſub Theodoſio vixit, in compendium eſſe redactum Nepotem. Sed aliud ſuadet operis concinnitas, & illa præfandi ratio, quæ eſt in Epaminondæ vitâ, ac in Pelopidâ imprimis, ubi brevitatem juſtam pollicetur. Attamen ſententia hæc, licet erronea, minus periculi habeat, dummodo extra controverſiam maneat, Æmilium omnia de puriſſimis Nepotis fontibus hauſiſſe. Sane Tulliani eſſe ævi ſcriptorem, neque alium quam Nepotem; tum veterum aliquot librorum indicio cognoſcitur; tum etiam, quod ad Pomponium Atticum (cujus idem rogatu de vitâ Catonis librum feci) vitæ iſtæ ſcribantur: utcunque id in quarto Miſcellaneorum ſuorum neget Hieronymus Magius, qui ipſa Nepotis præfatione ſatis refellitur. Accedit & altera ratio. Nam his in libris ea legere eſt, quæ opus hoc ſcriptum eſſe clamant, quo tempore Pompejus, & Cæſar, plus poterant, quam libera in rep. expediret. Ea Lambinus loca congeſſit, ut nihil attineat illa hic reponere. Nec libris iſtis de viris illuſtribus ſolum perſecutus eſt excellentes Imperatores: ſed etiam commentationibus claros. Quod argumentum ſignat B. Hieronymus, præfatione de Scriptoribus Eccleſiaſticis: Ubi Nepotem inter eos refert, quorum exemplo acturus ſit de iis, qui ſcribendo claruerunt. Egit autem Nepos, tum de Græcis auctoribus, tum de Latinis. De Græcis, colligo inde, quod in Dionis vita dicat, librum ſe feciſſe de illuſtribus hiſtoricis: in quo inter alia tractarit de Philiſto hiſtorico. De Latinis, argumento ſunt plurima. Nam de Terentio egiſſe, ex Suetonio ſcimus in Terentii vita, Donato perperam tributa. Adhæc primum de

vita Ciceronis librum Gellius lib. XV. cap. XXVIII. Eoque ex opere fragmentum Hieronymus adfert epiſt. ad Pammachium. Imo veriſimile eſt, inde eſſe, tum vitam T. Pomponii Attici, quæ exſtat, tum vitam Catonis, quam iſtis claudit verbis: *Hujus de vitâ, & moribus, plura in eo libro perſecuti ſumus, quem ſeparatim de eo fecimus, rogatu Titi Pomponii Attici. Quare ſtudioſos Catonis ad illud volumen relegamus:* Apertè indicat, eo nunc de Catone brevius se agere, quia ſeparatim de eodem ſcripſerit. Ergo vita illa Catonis, quam paucis perſtrictam habemus, majoris pars eſt voluminis, in quo Romanorum complurium vitæ continerentur. Reliquit etiam Exemplorum libros, quos citant Gellius lib. VII. cap. XVIII. & Chariſius lib. I. Alia quoque ejuſdem laudant veteres: ſed non item, quæ ad hiſtoriam pertineant. Nam ex epiſtola ejus ad Ciceronem quædam Lactantius adfert lib. III. Inſtitut. Divinar. cap. XV. Quemadmodum & Ciceronis ad Nepotem epiſtolæ meminit Tranquillus in Julio cap. LV. Ammian. Marcellinus initio libri XXVI. ac Priſcianus lib. VIII. Imo & ſecundum Ciceronis epiſtolarum librum ad Nepotem Macrobius citat libro II. Saturnal. cap. I. Quod ſi quis fragmenta omnia Nepotis deſideret, longe iis colligendis priorum vicit induſtriam Andreas Schottus. Hermolaus Barbarus, caſtigationibus in Plinii lib. XV. cap. XXIX. cenſet libellum de Viris illuſtribus, qui Plinio tribui ſolet, Cornelii Nepotis eſſe, haut Plinii: atque id veteribus codd. adſtrui poſſe, aſſeverat. Etiam Jani hæc Parrhaſii ſententia fuit. Utrius ſit, dubitari ait Vinetus, nec ea de re ſtatuere quicquam auſus eſt. Imo aliqui, aut Suetonium, aut Tacitum, eſſe auctorem putarunt: ut indicat Gyraldus dialogiſmo XXVI. Sed omnino ſunt Sexti Aurelii Victoris: ut ſatis nunc conſtat ex editione Andreæ Schotti. Non dubito interim, quin

quin pleraque ex Nepote Victor desumserit. Nam quod Ludovicus Vives lib. v. de tradendis disciplinis, Nepotem ait, de Græcis solum ducibus scripsisse: id satis refellitur verbis Nepotis antea adductis. Vir doctissimus, Jo. Maria Catanæus, commentario in Plinii librum IV. epist. XXVIII. quæ ad Severum scripta est, etiam Daretem Phrygium à Nepote translatum arbitratur. Nempe decepit eum vulgaris ὑπογραφή. Attamen & hic aqua hæret Vineto, notis in Auson. Idyll. VII. Negat esse, qui certi aliquid de tralatione hac ausit affirmare. Atqui omnes, quibus ullum in hisce literis judicium est, satis vident, nec Dareten illum esse genuinum: nec dictionem ejus Augustæam sapere ætatem; sed recentiorem multo. Nepotem autem Cæsaris Augusti ævo obiisse, Plinius testatur, lib. IX. cap. XXXIX. Atque hoc fortasse impulit Genebrardum, ut putaret, eum nato jam Christo superstitem fuisse: qui & Jacobum Gualterium, cum primum tabulas ederet Chronographicas, in eam sententiam pertraxit. Sed Nepotem eo usque ætatem prorogasse, nemo temere dixerit, qui tanti eum in literis nominis jam Tullii, Attici, Catulli temporibus, fuisse cogitarit.

AUCTORUM ALIQUOT TESTIMONIA & JUDICIA,

Qui CORNELII NEPOTIS *meminerunt.*

Euſebius in Chronico.

Octaviani Imperii anno quarto, Olympiade CXXCV. *Cornel. Nepos Scriptor Hiſtoricus clarus habetur.*

Pomponius Mela IIII. cap. V.

Cornelius Nepos, ut recentior auctoritate, ſic certior.

Plinius lib. III. cap. XVIII. & lib. IX. cap. XXXIX. lib. X. cap. XXXIII.

Cornelius Nepos, Padi accola, qui Divi Auguſti principatu obiit.

Catullus Veronenſis ad Nepotem.

Quoi dono lepidum novum libellum,
Aridâ modo pumice expolitum,
Corneli? Tibi; namque tu ſolebas
Meas eſſe aliquid putare nugas,
Jam tum quum auſus es unus Italorum
Omne ævum tribus explicare chartis
Doctis, Jupiter! & laborioſis.
Quare habe tibi, quicquid hoc libelli eſt,
Qualecunque: quod ô Patrima Virgo,
Plus uno maneat perenne ſeclo.

Auſonius Drepanio Pacato Latino.

Cui dono lepidum novum libellum,
Veronenſis ait Poëta quondam?

Inven-

Inventoque dedit ſtatim Nepoti.
At nos illepidum rudem libellum,
Burras, quisquilias, ineptiaſque
Credemus gremio cui fovendum:
Inveni (trepidæ ſilete nugæ)
Nec doctum minus, & magis benignum,
Quam quem Gallia præbuit Catullo.

M. T. Cicero in Epiſt. ad Attic. lib. 16. ep. 5.

Nepotis epiſtolam expecto. Cupidus ille meorum, qui ea quibus maxime γαυεῖν legenda non putet?

Hieronymus de vita Scriptor. Eccleſiaſt.

Scripſerunt de vita illuſtrium Scriptorum apud Græcos Hermippus Peripateticus, Antigonus, Caryſtius Satyrus doctus vir, & longe omnium doctiſſimus Ariſtoxenus Muſicus. Apud Latinos autem Varro, Santra, Nepos, Hyginus, & ad cujus nos exemplum vis provocare, Tranquillus.

Auſonius Epiſtola 16. ad Probum præf.

Apologos Titiani, & Nepotis Chronica, quaſi alios apologos (nam & ipſa inſtar ſunt fabularum) ad nobilitatem tuam miſi, gaudens, atque etiam glorians fore aliquid, quod ad inſtitutionem tuorum, ſedulitatis meæ ſtudio conferet.

Agellius lib. xv. cap. xxviii.

Cornelius Nepos & rerum memoriæ non indiligens, & M. Ciceronis, ut qui maxime, amicus familiariſque fuit.

Ipſe Nepos in vita Attici.

Non auditum, ſed cognitum prædicamus: ſæpe enim propter familiaritatem domeſticis Attici rebus interfuimus.

Tertullianus Apologetico, cap. 10.

Saturnum, quantum literæ docent, neque Diodorus Græcus,

eus, aut Thallus, neque Caſius Severus, aut Cornelius Nepos, neque ullus commentator hujuſmodi Antiquitatum, aliud, quam hominem, promulgarunt.

Idem l. 2. ad Nationes cap. 12.

Minutius Felix Octavio.

Scit hoc Nepos, & Caſius in hiſtoria, & Thallus, ac Diodorus hoc loquuntur.

Lactantius Firmianus lib. 1. cap. XIII.

Qui vires ejus in Italia geſtas memoriæ tradiderunt, Græci, Diodorus, & Thallus: Latini, Nepos, & Caſius, & Varro.

Plinius Junior Severo Epiſt. XXVIII. lib. IV.

Herennius Severus vir doctiſſimus magni æſtimat in Bibliotheca ſua ponere imagines municipum tuorum, Cornelii Nepotis, & Titi Caſii: petitque, ſi ſint iſtic, ut eſſe credibile eſt, exſcribendas pingendaſque delegem. Quam curam tibi potiſſimum injungo: primum, quia deſideriis meis amiciſſime obſequeris: deinde quia tibi ſtudiorum ſumma reverentia, ſummus amor ſtudioſorum: poſtremo quod patriam tuam, omneſque, qui nomen ejus auxerunt, ut patriam ipſam, veneraris & diligis.

Idem lib. V. Epiſt. III.

Scio non corrumpi in deterius, quæ aliquando etiam à malis; ſed honeſta manere, quæ ſæpius à bonis fiunt. Inter quos vel præcipue numerandus eſt P. Virgilius, Cornelius Nepos, & prius Ennius Acciuſque: non quidem hi Senatores, ſed ſanctitas morum non diſtat ordinibus.

Onuphrius Panvinius Catalogo Illuſtrium Scriptorum Veronenſium; lib. VI. Antiquit.

Conſtantiſſimo civitatis noſtræ teſtimonio C. CORNELIUM NEPOTEM, *virum doctiſſimum, & antiquitatum*

tum omnium peritißimum, Veronenſem fuiſſe traditur. Cui in ſumma curia cum reliquis Veronenſibus illuſtribus etiam ſtatua poſita eſt ex publica auctoritate. Eum Plinius lib. III. *c.* XIIX. *Padi accolam vocat, & alibi ſæpius de eo mentionem facit. Ortus ſiquidem in vico Veronenſium Hoſtilia ad Padi ripas ſito, ut Tacitus auctor eſt lib.* XIX. *Hiſtoriæ Auguſtæ. Pius quoque Papa* II. *in Aſia deſcriptione eum Veronenſem aperte fuiſſe ſcribit. Ad hunc Catullus opus ſuum miſit, tanquam civem ſuum:* Quoi dono lepidum novum libellum, &c. *Hic in Urbe, Ciceronis & Cæſaris tempore vixit, pervenitque uſque ad Auguſti principatum, ſcripſit diſertißime* Illuſtrium virorum vitas. *Quarum tantum Pomponii Attici exſtat; quæ caterarum facile ſpecimen poteſt indicare. Ejus illuſtrium virorum libri* XVI. *citantur à Chariſio Grammatico. Scripſit accuratißime rerum Romanarum Chronicon, (vel de temporibus librum, in quo brevi explicatione omnis ævi memorias complexus eſt) quod à Solino citatur. De ejus ſubinde ſupra ſcriptis verſibus, meminit Catullus, circumferuntur periochæ ſub ejus nomine excuſæ, Daretis Phrygii, de bello Trojano, tum ſoluto ſermone, tum carmine heroïco Latine facta; quodcunque fuerit Poëta, teſtatur Plinius junior epiſtola* III. *lib.* IV. *Item periocha* VI. *librorum Daretis ſermone ſoluto eodem volumine impreſſa. At certe quæ verſibus exarantur, impoſturarum plena. Mentio enim eo libello de Imperatore Nerone habetur. Et Nepos adhuc Auguſto imperante deceßit. Verum Nepotem etiam fuiſſe Poëtam ex Plinio juniore epiſt.* III. *lib.* VI II. *colligitur.*

Joan. Savaro de hujus libri Auctore.

Hunc librum CORNELIO NEPOTI *aſſerit ipſa Præfatio:* Non dubito fore pleroſque, Attice, &c. *& ex vita Catonis illa:* Hujus de vita & moribus, plura in eo libro perſecuti ſumus, quem ſeparatim de eo fecimus, rogatu T. Pomponii Attici, &c. *Cujus quidem libri fragmentum, ex Cornelio Nepote laudare videtur Gellius lib.* II. *cap.* VII. *Præterea libros de viris Illuſtribus, veterum ſcriptis celebres, qui*

Nepoti

Nepoti tribuuntur, ab hujus libri auctore confectos esse satis apparet, ex fine Hannibalis Vitæ: Sed nos tempus est, hujus libri facere finem, & Romanorum explicare imperatores, quo facilius collatis utrorumque factis, qui viri præferendi sint, possit judicari. *Tanta etiam suavitas est sermonis Latini, ut appareat in eo nativum quendam lepôrem esse, non ascitum, & jam ævo Theodosii desitum, quo non parum inclinata erat Latiaris eloquentia. Æmilium autem Probum, cujus nomine circumfertur hic liber, Theodosio regnante vixisse, & hujus libri exscriptorem potius esse, quam auctorem, patet ex his versibus:*

Vade liber noster, fato meliore memento,
Cum leget hæc dominus, te sciat esse meum.
Ne timeas fulvo strictos diademate crineis,
Ridentes blandum vel pietate oculos.
Communis cunctis, hominem se regna tenere
Sed meminit, vincit hinc magis ille homines.
Ornentur steriles: facilis tectura libelli,
Theodosio, & doctis carmina nuda placent.
Si rogat auctorem, paulatim detege nostrum
Tunc domino nomen: me sciat esse Probum.
Corpore in hoc, manus est genitricis, avique, meaque:
Felices, domini quæ meruere manus.

Hic ergo suo auctori reddatur, quem sibi Cornel. Nepos justo titulo vindicat, quemque coævo suo & familiari P. Attico dedit, cujus etiam rogatu vitam M. Catonis separatam scripsit, & illi superstes, elegantissimam ejusdem vitæ consuetudinem elegantia pari prosecutus est. Præter Chronica, libros exemplorum, de Viris Illustribus, & de Vita Catonis, librum se de historicis Græcis conscripsisse testatur in Dione: Sed de hoc in eo meo libro plura sunt exposita, qui de historicis Græcis conscriptus est, *(sic enim ex MSS. bona fide supplevi) atque alterum edidit de Latinis historicis, ex quo excerpta esse fragmenta Corneliæ Gracchorum matris, Gisanii codice probatur. Quod ad Daretis Phrygii historiam, quam à Cornelio Nepote*

Latine

Latine redditam, Volaterranus & alii, tradiderunt, elegantia ſtili potius ducti, quam certa ratione, diſpar ſtilus eſt, & diſſimilis genius, & ſi quid in me judicii, Corn. Nepos *illo interprete, ut annis, ſic nitore ſermonis longe ſuperior, quod collatis utriuſque ſcriptis facile poteſt judicari. De hoc auctore ita mihi viſum eſt, ſalvo tuo (erudite lector) judicio.*

Petrus Nannius de Claris Corneliis.

Cornelius Nepos *quam elegans ſit ſcriptor ex vita* Pomponii Attici *cognoſcere licet. Dictio certe vetuſtiſſima & ſimpliciſſima; in diſponendo nihil illo accuratius, in fide nihil ſanctius.*

Obert. Gifanius Conlectan. Lucretianis in *Refutatus.*

Cupio puriſſimum illum Scriptorem aliquando caſtigatiorem edere, quem tum docebimus eſſe Cornelium Nepotem, *non vero Æmilium Probum, ut vulgo putant.*

Andr. Schottus in epiſt. ad lect. notis in Fragm. Nepotis ſubjectæ:

Quod auctoribus non paucis accidiſſe memini, ut multa ingenii monumenta, vel ipſis ablata alteri falſo attribuerentur, vel aliena ipſis ſubjicerentur, quo in vulgus tituli lenocinio magis probarentur, & tanquam à matribus ſuppoſiti filii pro veris obtruderentur: idem NEPOTI *noſtro uſuveniſſe, didici. Librum enim* de vita & moribus Excellentium Græciæ Imperatorum, *ad T. Pomponium Atticum, ſequioris ætatis auctori Æmilio Probo attribuerunt: à quo ſtylus, dicendique elegans character, Attici ætas, multaque abjudicant, Scriptorem contra* de viris illuſtribus urbis Romæ, *qui à Proca ad* CN. *Pompeium uſque, ſeptingentorum annorum memoriam, reſque geſtas virorum domi militiæque illuſtrium breviter colligavit, Plinio minori (cui Aldus Manutius adſcripſerat) ablatum, Nepoti Cornelio multorum ingratiis inſcripſerunt, & ex Cæcilia gente in Corneliam, obtorto collo, Itali quidam Cenſores, Hermolaus*

molaus Barbarus, Janus Parrhaſius, Catellianus Cotta, & Dominicus Machaneus aliique traduxerunt. Sed neutrius mihi videri, admodum adoleſcens docui ſingulari Comm. in eum auctorem Duaci, & Lutetiæ edito: & veterum libr. fide rationumque momentis Sex. Aurelio Victori *jure poſtliminii reddidimus: cujus & Hiſtoriam Auguſtam ante me natum nuſquam, quod equidem ſciam, typis vulgatam, Antverpiæ primi edidimus. Quare ut illa Æmilio adſcripta Nepotis eſſe γνήσια pronuntio; ita Viros illuſtres eidem abjudico.*

Caſpar. Barthius in Adverſ.

Æmilius Probus in ævo Theodoſii Cornel. Nepotis *libros in epitomen redegit.*

Jacob. Bongarſius, epiſtola ad Joan. Nœlium.

Juſtinus à Nino, qui primus eſt τῶν εἰς ἱστορίαν καὶ μνήμην τῶν ἀνδρῶν, ad Auguſtum Cæſarem; non ut Atticus apud M. Ciceronem, ſeptingentorum: ſed ut Cornelius Nepos, *omne ævum, id eſt, duum millium annorum memoriam, uno libro colligavit.*

Joan. Henr. Boeclerus in libro Commentario ad Berneggerum.

Herodianus & Cornel. Nepos, *veluti in medium digreſſi,* Vitas *quidem, ſed eo compoſuerunt opere, ut pleraque ad civilem ſcientiam accommodarent.*

Idem paulo poſt.

Nepos, *caſtigatiſſimæ moderationis auctor, cum abſtinere illa orationum ſplendidiore cura, deſcriptionumque productiore ambitu conſtituiſſet; quæcunque ad ingenium, diſciplinam, privatam conſuetudinem pertinent, breviter ac veluti una congeſtione, abſolvit: Cætera actionibus publicis earumque rationibus informandis bona fide attemperat.*

Et

Et tandem.

In Nepote *noſtro eo minus duxi dubitandum, quod viderem omnia publico deſtinari, omnemque ſcriptionis formam huc ſpectare; in contextu, in judiciis, in phraſi vocumque delectu. In elogiis etiam, quibus vel naturæ dotes, vel animi artes perſequi ſolet,* πολιλικώτερον *eſt. Et quæ omnino linea reperiatur, in qua non deprehendat* σύνεσιν *illam* πολιλικὴν *cum* δεινότητι ἠθικῇ, *qui de utraque aliquid intelligit.*

SYLLABUS
AUCTORUM RECENTIORUM,

Quorum notis & Obſervationibus in hac Editione adornanda uſi fuimus.

ALciatus.
Aldus Manutius.
Alexander ab Alexandro.
Antonius Auguſtinus.

Barthius.
Berneccerus.
Beroaldus.
Boeclerus.
Bongarſius.
Boſius.
Bouchartus.
Boxhornius.
Briſſonius.
Buchnerus.
Bucholcerus.

Camerarius.
Caſaubonus.
Chronologi.
Codex Pet. Danielis.
Colerus.
Cujacius.

P. Daniel.
Dempſterus.

Emmius.
Ernſtius.

Freinſhemius.
Fungerus.

Gebhardus.
Geographi.
Gifanius.
Golius.
Gronovius.
Grotius.

Heid-

Heidmannus.
Heinſius.
Hildebrandus.
Hornius.

Keuchenius.
Kirchmajerus.
Kirchmannus.

Lambinus.
Lipſius.
Loccenius.
Longolius.

Machaneus.
Magius.
Mariana.
Meurſius.
Muretus.

D. Mar. Niger.

Oliverius.
Ortelius.

Piccartus.
Pighius.
Pignorius.
Pontanus.
Puteanus.

Raven.
Rubenius.
Rutgerſius.

Salmaſius.
Savaro.
Scaliger.
Schefferus.
Schoppius.
Schottus.
Seldenus.
Sighicellus.
Stewechius.
Streinius.
Strigelius.

Thyſius.
Titius.
Turnebus.

Vorſtius.
Voſſius.

Xylander.

[1]CORNELII NEPOTIS [2]VITÆ EXCELLENTIUM IMPERATORUM.

[3]AUCTORIS PRÆFATIO.

NON[4] dubito fore pleroſque, [5]Attice, qui hoc genus ſcripturæ, [6]leve, & non ſatis dignum ſummorum

1 CORNELII NEPOTIS VITÆ EXCELLENTIUM IMPERATORUM.] Inſcriptionem noſtræ editioni iſtam dedimus. C. CORN. NEPOTIS, *vulgo Æmylii Probi*, DE EXCELLENTIBUS VIRIS, *quæ extant*. Hier. Magius tres annotavit titulos: *De vita Excellentium Imperatorum. De vita excellentium. De vita excellentium Græciæ Principum & Ducum.* Ex his *ſecundum*, ut nimis latum; *tertium*, ut nimis anguſtum aſpernatus, *primum* recipit; quippe qui & in fine præfationis compareat. Editio inter impreſſas ſatis vetuſta hoc frontiſpicium habet: *Æmilii Probi vitæ Excellentium Imperatorum, Tito Pomponio Attico dedicatæ, T. Pomponii Attici vita per Cornelium Nepotem deſcripta.* Sed hic exterior titulus eſt, aliorum quoque opuſculorum vocabula præferens. Præfationem autem antecedit ille: *Æmilii Probi, viri clariſſimi, de vita Excellentium Imperatorum ad T. Pomponium Atticum.* Lambiniana editio, ad totum opus, quod duobus voluminibus conſtitit, è quibus unum tantum ad nos tranſmiſſum eſt, accommodavit hunc indicem: *De vita excellentium Imperatorum Græcorum & Romanorum.* Inter omnes Magius haud dubie commodiſſimum elegerat, ſi inſtitutum Auctoris, non contenta editionis ſpectemus. Atque hic titulus placuit etiam Jano Gebhardo in politis ad h. Scriptorem notis. Nam cæteri à librariis accepti, aut pro arbitrio inditi, exſolvunt religione inſcribendi animum, & ipſa varietate, libertatis admonent. Quocirca placuit eum titulum adhibere, qui omnia, quæ ſuperſunt, ſignaret; cum præſertim vel ſolius Attici vita, qua nihil habet illuſtrius hic ſcriptor, imperatorii nominis titulo inumbranda minime videretur. Denique ipſe Nepos admonebat. Sic enim 15, 4. *plurima quidem proferre poſſemus, ſed modus adhibendus eſt: quoniam uno hoc volumine* VITAS EXCELLENTIUM VIRORUM *complurium concludere conſtituimus.* Quanquam nemini litem cupiamus motam, ſi cum Andr. Schotto Catonem & Atticum in fragmenta conjiciat: quippe qui *in hoc volumine*, cujus finem Nepos in 23, 13. conſtituit, non erant collocati; ſed Cato quidem ex libro Ἑλληνίδων, quo de Romanis imperatoribus expoſitum erat, non tam tranſſumtus quam excerptus breviatuſque; Atticus autem peculiari opere memoratus. *Boeclerus.*

C. Cornelii Nepotis.] Cornelium hunc cujus prænomen à ſe ignorari ſcribit

rum virorum perſonis judicent: quum relatum legent, [7] quis muſicam docuerit Epaminondam, [8] aut in ejus virtutibus commemorari, [9] ſaltaſſe eum commode, ſcien-

Giphanius Epiſt. quadam ad Muretum lib. 1. Epiſt. Muretti 67. Tullianæ ævi eſſe ſcriptorem ipſa ejus Latinitas abunde facit teſtatum. *Ernſtius.*

2 *Vitæ Excellentium Imperatorum.*] In Ms. Cod. conſtanter in hoc libro legitur *Vita.* Idem.

3 AUCTORIS PRÆFATIO.] Vetus Danielis Cod. PROLOGUS. Et ſic in aliis membranis cum lemmate rubricato. Quæ vox hybrida eſt ex Latino proverbio, & Græco nomine; ut autumat Joſeph. Scaliger, ſed contra mentem Clar. Voſſii lib. 11. cap. 23. de Arte Grammat. *Keuchen.*

4 *Non dubito, &c.*] Explicavit Rob. Tirius proœmium hoc lib. v. cap. 20. Controv. locorum. *Schottus. Foreplerosque.*] Sic ſemper loquitur Probus: ut in Miltiade, *Non dubitans tam multis, &c.* Ageſilao, *Non dubitans eo potiſſimum hoſtes impetum facturos.* & iterum ibidem, *nec dubitaturos aliud eſſe factrum, ac pronuntiaret.* Lambinus. Sic jungunt alii ſcriptores primæ claſſis. Curtius x. 26. Tacit. 2. 36. *Haud dubium erat eam ſententiam altius penetrare.* & 14. 45. Curtius VII. *nec dubitabat hujus quoque ultimi conſilii fuiſſe participes.*

5 *Atticæ.*] V. C. Mendozii. *qui Atticæ hinc genus ſcripturæ.* Schott. Cui inſcriptus liber Excellentium Imperatorum. Is eſt T. Pomponius Atticus, non ille Annalium Scriptor, quem infra extremo Hannibalis advocat.

6 *Leve & non ſatis dignum.*] Peroportunus eſt hic locus Julii Capitolini in Opil. Macrin. cap. 1. *Ejus, qui vitas, &c.* ibi legem videmus ſcriptionis hujus, quam accurate tamen, ſi quis, ſervavit Nepos, qui nec ex minoribus illis rebus multa, & ea tantum ſcripſit, quæ ingenium moresque hominum ac regionis indicarent. *Boeclerus.*

7 *Quis muſicam docuerit Epaminondam.*] V. C. *qui.* Infra: *De hoc primum ſcribamus, hæc præcipienda videntur lectoribus, ne alienos mores ad ſuos referant, neve ea, quæ ipſis leviora ſunt, pari modo apud cæteros fuiſſe arbitrentur. Scimus enim muſicen noſtris moribus abeſſe à Principis perſona, ſaltare etiam in vitiis poni; quæ omnia apud Græcos & grata & laude digna æſtimantur.* Schottus. Sed notandum, iſtum morem à primoribus tantum uſurpatum: Quemadmodum de Alcibiade conſtat, & aliis. *Keuchen.*

8 *Aut in ejus virtutibus commemorari.*] *Commorari*, Cod. Mſs. Mendozii & Savaronis. *Schott.* Editio Veneta, *commemorati.* De Virtutibus Epaminondæ lib. xv. Diodor. Siculus: ὑπὸ δὲ μόνον ὁμοεθνέντων, ἀλλὰ καὶ πάντων Ἑλλήνων πολὺ περιέχειν ἀνδρείᾳ τε καὶ στρατηλικῇ συνέσει. Vide ſequentia.

9 *Saltaſſe eum commode.*] Τὸ *commode* explicat doctiſſimus Buchnerus concinne, & ad modos & numeros apte, διαρμόττως, quemadmodum & Græci διαρμόττειν dicebant, quos *commodos* Latini vocabant. *Saltare commode* Nepoti eſt ſaltare decore, diſpoſite, διακεκοσμημένως καὶ τάξει. Hoc ſenſu capio Heſychii illa Τάξις, &c. ἀκολουθία, καὶ εἰρμός, ut commodam venuſtatem ſaltationis intelligat. Idem Heſychius: Ἐμμελῶς: διακεκοσμημένως, καὶ διαγέλαστα ἐν ὀρχήσει ποιοῦντες; ubi ineptum & mancam lectionem ſic integrandam exiſtimant acutiſſimi viri: διακεκοσμημένως καὶ εἰρύθμως γέλαστα ἐν ὀρχήσει ποιοῦντες. Et hanc conjecturam munniunt iſta Pollucis, ubi de re ſaltatoria tractans, διακεκοσμῆσθαι & εἰρυθμίαν conjungit. Contrarium eſt ἀχορεύτους ὀρχεῖσθαι, κἄρεσι μεχαλλω, apud eundem Heſychium. Infra Nepos: *Carmina cantare tibiis ab Olympiodoro, ſaltare à Calliphrone.* Tria præcipue ſaltationum genera Græcis in uſu fuerunt: Quorum duo recenſet Plato de leg. Δύο δὴ τὼ ὀρχήσεων τὼ κρατίστω εἰδὴ κατείσατο. τὸ μὲν πολεμικὸν πυῤῥίχιον, τὸ δὲ εἰρηνικὸν ἐμμέλειαν

[1] ſcienterque tibiis cantaſſe. Sed hi erunt fere, qui expertes literarum Græcarum, nihil rectum, niſi quod ipſorum moribus conveniat, putabunt. Hi, ſi didicerint [2] non eadem omnibus eſſe honeſta atque turpia, ſed omnia majorum inſtitutis judicari: non admirabuntur, [3] nos in Grajorum virtutibus exponendis [4] mores eorum ſecutos. Neque enim Cimo-

μίλειαν αἰνίσσεται, quum armati milites πρὸς τὸ καχύρρυθμον μέλος, quod ob id ὑπορχηματικὸν vocabant, laſcivis vertiginibus ac gyris impliciti & expliciti ſaltabant. Cujus origo ab Epicharmo refertur ad Minervam. Hunc morem Lacones ſecuti ſunt. Tradunt alii, Achillem primum eo uſum in funere Patrocli. De Hercule auctor Plutarchus in Muſicis. Quidam ad Pyrrhum referunt, Achillis filium. Unde πυρρίχη nomen invenit. Sunt qui à *pyra* dictam volunt, quod ad rogum fieret. Ut ut ſit, ſaltatio fuit, aut πολεμικὴ ὄρχησις, ex qua bellicæ rei uſus datus. Tertium genus Heſychio eſt ἔντονον, & Athenæo φορτικὸν, ἐν οἰνοφλυξὶ αἰσχρῶς ἐκλῦον. Meminit ejus Athenæus lib. XIV. ἡ δὲ γυμνοπαιδικὴ παραμεφορής ἐστι τῇ πυρρίχῃ ὀρχήσει, ἣν καὶ ἐμπέλειαν. Vide Lucianum: περὶ ὀρχήσεως, Jul. Pollucem, Platon. de legibus lib. VII. ac ex nuperrimis magnum imprimis Salmaſium in ſtupendo exercitationum Plinianarum opere. *Keuchen.*

Saltaſſe.] Romani enim ſaltationem haud probaſſe videntur. Hinc Cic. pro Mil. *Nemo ſaltat ſobrius, niſi forte infanit.* De Sempronia Saluſt. B. C. *eam literis, ait, Græcis & Latinis doctam, ſaltaſſe elegantius, quam neceſſe fuiſſet probæ.* & Horat. Od. 6. lib. 3. in luxuriam Romanorum invectus, *mollis*, inquit, *docere gaudet Ionicos, matura virgo.* Hildebr. Nepos in Epamin. *Scimus enim Muſicen noſtris moribus abeſſe à principis perſona, ſaltare etiam in vitiis poni.* cui Cicero lib. 1. de Offic. addipulatur, dum ſaltatores improbat, & alibi dum Gabinio ſingulari viro, inimico ſuo ſaltandi peritiam non diſſimilanter objecit. *Magius.*

1 *Scienterque tibiis cantaſſe.*] *Fidibus* ait Cicero Tuſculan. 2. *Schopp.* Quod ab antiquis Ducibus factitatum, ut demonſtravit ad Tacitum Lipſius. *Keuch.* Sciendum eſt magnum antiquitus apud omnes Græcos fuiſſe muſices ſtudium, tibiarumque artem non parvo in pretio habitam, ut apud Athen. lib. IV. c. 25. legere eſt. Plutarch. in Muſicis idem ferme oſtendit refertque ipſum Herculem Muſica uſum fuiſſe: item Achillem plurimoſque alios, quorum eruditor ſapientiſſimus ille Chiron dicitur. de Achille Homer. Iliad. IX. Lyra etiam, vel (ut alii dicunt nullo diſcrimine) cithara perſonare Epaminondas didicit, auctores Cicero 1. Quæſt. Tuſcul. & ipſemet Probus infra in Epaminonda. *Lyram* autem & *Citharam* pro eodem accipi inſtrumento teſtatur Jul. Pollux, inquiens: λυροῳδὸς, κιθαρῳδὸς, κιθαριστὴς idem ſignificare. Unde Athenæus libro XIV. κιθαρίζειν ad lyram retulit, cum ait, Clinias Pythagoreus ἐκιθάριζεν τῇ λύρᾳ. *Magius.*

2 *Non eadem omnibus eſſe honeſta atque turpia.*] Exempli gratia Carthaginienſibus erat rectum & laudabile Saturno hoſtias humanas immolare, Græcis & Romanis ſecus: Lacedæmoniis pueris furari, modo laterent & non deprehenderentur in furto manifeſto, honeſtum: Græcis & Romanis turpe. Sic Plutarchus in Themiſtocle: ὦ ξένε, νόμοι ἀνθρώπων. ἄλλα δὲ ἄλλοις καλά. καλὸν δὲ πᾶσι τὰ οἰκεῖα σώζειν καὶ τοσαῦτα. *Lambinus.*

3 *Nos in Grajorum virtutibus exponendis.*] Notat hunc locum ut hexametrum, inter Scriptores qui numeris Poëticis periodos contexuere, *Caſp. Barthius* libro XL. cap. 16. Adverſ.

4 *Mores eorum.*] Mores gentium. *Longolius.*

Cimoni fuit turpe, [1] Athenienſium ſummo viro, [2] ſororem germanam [3] habere in matrimonio: [4] quippe cum cives ejus eodem uterentur inſtituto. at id quidem [5] noſtris moribus nefas habetur. [6] Laudi in Græcia ducitur adoleſcentulis, quam-

1 *Athenienſium ſummo viro.*] *Miltiadis filio:* Infra in Cimone. Explicat vero M. Anton. Muretus lib. VII. Var. lect. cap. 1. & 2. & lib. XV. cap. 5. Turnebus lib. 18. Adverſ. cap. 13. & G. Xylander ad Plutarchi Cimonem. *Schott.*

2 *Sororem germanam.*] Nomine *Elpinicem*; ὁμοπάτριον. eodem patre ſed diverſa matre natam recte alii explicant. Hinc *germanitas* Livio vinculum inter fratres, quo uno eodemque patre, diverſa nati matre cohærent, lib. 40. 8. *Subituram vobis aliquando germanitatis memoriam.* Loquitur Philippus ad Perſen & Demetrium filios, quorum hic ex Gnathænio ſartrice Argolica, hic ex conjuge regia natus. ut verum fatear apud Cicer. eſt *germana ſoror* iiſdem parentibus prognata, pro Domo. *Clodius cum ſorore germana nefarium ſtuprum fecit.* pro Fontejo, *Cum præſertim virgo germana fratrem amplexa teneat.* Gebhardus. Talem ſc. ὁμοπάτριον, *conſanguineam* vocant leges Romanæ, quam ducere permiſſum Athenis, non vero ὁμομητρίαν, ſive uterinam. Ita colligo ex illo, qui ſcholia in Ariſtophanis Nebulas compoſuit: act. v. Scen 2. ΟΥΚ Ἀθηναίοις ἔξεστι γαμεῖν τὰς ἐκ πατέρων ἀδελφάς. Vide Philonem & Demoſthenem in oratione, quæ inſcribitur *Appellatio adverſus Eubulidem*, ubi reus in hunc modum loquitur: ἀδελφὴ ὁ πάππος ἡμῖν ἦν, οὐχ ὁμομητρίαν. Quod ΟΥΚ τὰς Μακεδόνων καὶ Ἑλλήνων νόμους, ut de Ptolemæo loquitur Herodianus. Lycurgus inceſtas nuptias cenſuit germanarum, uterinarum vero permiſit. Ægyptii utrarumque admittebant. Quod ex Philone Judæo patet, cujus verba notiora ſunt, quam ut addantur. Cæterum apud Perſas & Aſſyrios etiam invaluerat crimen illud inceſtus. Euſeb. IV. præpar. Euangel. Lucianus, περὶ θυσίων, de Jove loquens, ἔγημε δὲ πολλὰς μὲν ἄλλας, ὑστάτην δὲ, τὴν Ἥραν τὴν ἀδελφήν, καὶ τὰς Περσῶν τοῦτο μὲν Ἀσσυρίων νόμους. *Kuchen.*

3 *Habere in matrimonio.*] Vide infra 5. 1. principio.

4 *Quippe cum cives ejus, &c.*] Plutarch. in Themiſtocl. ſcribit ejus filium Archetolim duxiſſe in matrimonium Mneſiptolemam ſororem ſuam eodem patre natam, matre non item; Athenis mulieres propinquis nubere conſueviſſe demonſtrat & in Solone. Arnob. lib. 8. Athenienſibus ſororem in uxorem accipere licuiſſe dicit. Terent. in Adel. & Phor. lege Athenis cautum dicit, ut proximi genere orbas puellas in uxores acciperent, quam legem Donat. adnotavit: meminit ejuſdem Diodor. lib. 12. Bibl. ex Plutarchi verbis & voce apud Athenæum lib. 13. c. 21. (ubi agit de Cimone) ἀγεννόμως, qua ſignificatur Cimonem contra jus & leges adhæſiſſe ſorori, colligitur vitio & probro datum fuiſſe Cimoni, non quod ſororem in matrimonio haberet, quæ res fuiſſet ſecundum jus Atticum, ſed quod citra nuptias ea abuteretur. quæ ſententia doctiſſimo viro Xylandro probanda videtur. *Magius.*

5 *Noſtris moribus nefas habetur.*] Jure civili Romano. Atqui etiam Phocylides, Græcus auctor hoc vetat: μηδὲ καταγήτης ἐς δεύτερον ἐλθέμεν εὐνάς. id eſt *Ne ſtratum vetitum geniale ſororis inito.* Lambin. In cauſſis, quæſt. VI. huic legi aſſentitur Plutarchus: πᾶσιν ἐξεῖναι γαμεῖν (de Romanis loquitur) ἄχρις ἀνηψιῶν, τὰς δ' ἀνωτέρω κεκωλῦσθαι. Hinc Sotades in Ptolemæum Philadelphum: οὐχ' εἰς ὁσίλλου τρυμαλιὰν τὸ κέντρον ἱεῖς. *Kuchen.*

6 *Laudi in Græcia ducitur adoleſcentulis.*] Cicero lib. 4. de Republica, *Apud Græcos opprobrio fuit adoleſcentibus, ſi amatores*

quamplurimos habere amatores. [1] Nulla Lacedæmoni tam eſt

tures non haberent. Idem 4. Tuſcul. Plato in Sympoſ. & Xenophon. Stoïci vero & ſapientem amaturum eſſe dicunt. Sic & Alcinous Platonicus, cap. XXVI. εἰσὶ δὲ οἱ πῶς φιλίας ἐσὶ τὸ ἐρωτικὸν, &c. Plutarchus Ἀποφθ. Λακων. ἐρᾶν τὸν τὸ ψυχρὸν ἀπεδοκίμων παίδων ἐρίετο, τὸ δὲ πλησιάζειν αἰσχρὸν νενόμιςο, ὡς τὸ σώματος ἐρῶντας, ἀλλ' ἐ τῆς ψυχῆς, ὁ δὲ ἐλευθερίς ὡς ἐπ' αἰσχυίῃ πλησιάζων, ἀπιμᾶ λέβίᾳ τὸν. *Lambinus.* Suſpicionem rei contrariæ injicit Plato in Sympoſio, inquiens, *Parentes pædagogiis filios commendare ſolitos, quò pueros amatos cum amaſiis loqui prohiberent.* Sed diſſidium ſi quod ſuboriatur, ita exturbes. Laudi in Græcia ducitur adoleſcentulis, quamplurimos habere amatores, quod multis eorum vel ingenii vel corporis conſtitutis admiratoribus & cultoribus (multorum enim honeſti Socraticique habiti ſunt amores) maxime excellere viderentur. Verum cum haud proclive eſſet, bonos amatores à pravis vulgo dignoſcere, eamque ob rem puerorum pudicitia, ſi cum amatoribus colloqui permitterentur, in diſcrimen vocaretur, adhibiti ſunt cuſtodes, qui impudicorum amatorum libidinibus viam præciderent. Sic & in multis Italiæ urbibus honeſtum ac laudabile eſt puellis, quamplurimos habere amatores, quippe cum hoc nomine pulcherrimæ exiſtimentur. *Magius.* Rem Alcibiadis exemplo infra demonſtrat Nepos.

1 *Nulla Lacedæmoni.*] Dionyſius Lambinus, magis de Scriptoris hujus illuſtrando argumento, quam rectiſſima lectione & conjecturis meritus; ſcribit ad hunc locum, *Lacedæmoni* poni adverbialiter, (ad cujus ſententiam magis etiam Buchnerus inclinat) quaſi quicquam prohibeat eſſe nomen. Et perperam à Servio ſtatuitur antiptoſis caſuum in illis, cum dicimus: *Eſſe Carthaginì, Sicyoni, Lacedæmoni:* cum revera hi ablativi ſint, more antiquo deſinentes in *i*, quemadmodum in *turi*, *Acheronti*, & aliis, de quibus ex profeſſo Voſſ. lib. de conſtruct. cap. 46. *Keuchen.* Vetita tamen legibus Lycurgi ſcenica ſpectacula, ſed non ignorandum quod Plutarch. in Lycurgo & Laconum inſt. memoriæ prodidit, Lycurgi leges, cum Spartæ ad quingentos uſque annos perduraſſent, mox in deſuetudinem Agide regnante abire cœpiſſe. Plutarchus in Agide, *Cum primum divitiarum nimia cupiditas Lacedæmoniorum civitatem occuparit, atque ex illarum poſſeſſione ſuperbia, ex uſu autem luxuria & mollities animos invaſit, repente maximis bonis privata civitas concidit, multaque præter dignitatem abjecte nimis atque humiliter operata, ad ea tempora devênit, quibus Agis & Leonidas reges in ea ſunt conſtituti.* Divitiis igitur deliciiſque in eam urbem receptis, legibuſque Lycurgi poſthabitis: quotuſquiſque fuit qui tunc Scenicis ſpectaculis locum, atque ad ea vel viduis propter avaritiam pretio conductis, aditum fuiſſe datum neget: de horum igitur temporum moribus loquitur Probus, qui & ſua ætate ſervatos demonſtrat, & mercedis conductioniſque meminit. *Magius.* Sed quid ſibi vult iſtud *ad ſcenam ire?* Doctiſſimus Freinshemius ita ad hæc verba: *Ad ſcenam eat. actura arbitror, ſicut ſub Impp. Roman. An fuit ad cœnam? de qua re nonnihil ad Curt. 5. 7. 2. ſed hæc tantum leviter dubito. Scenam inire* eſt apud Tacit. 15. An. 39. Atque hoc ſenſu *ad ſcenam ire*, fuerit idem, quod mox noſter dicit, *in ſcenam prodire.* De cætero, etiam ſpectatores interdum mercede conductos, teſſeraſque in uſu antiquitus fuiſſe, unde ſpectatores aliquid lucrarentur probabili ratione diſputat Pignorius de ſervis pag. 162. & ſeq. ſed an hoc ad Laced. vid. pertinere poſſit, amplius deſpiciendum. *Boecler. Nulla Lacedæmoni tam eſt nobilis vidua.*] Non poſſum citare ullos auctores, qui de Lacedæmoniis talia prodant. Nam poſt Xenophontem Plutarchus in Laconum inſtitutis, vetita apud Lacedæmonios legibus Lycurgi ſcenica ſpectacula his verbis ſcribit: κωμῳδίας μὲν τραγῳδίας δὲ

eſt nobilis vidua, [1] quæ non ad ſcenam eat mercede conducta. [2] Magnis in laudibus tota fuit Græcia, [3] victorem Olympiæ citari. In ſcenam vero prodire & populo eſſe ſpectaculo, [4] nemini in eiſdem gentibus fuit turpitudini: [5] Quæ omnia apud nos partim infamia, partim humilia atque

ἠρεῶντο, ἴσως μήτε ἐν αὐτοῦ, μήτε ἐν παιδὶ ἀκούσαι τ' ἀντιλέγοντων τοῖς νόμοις. Niſi *ſcenam* palæſtram vocet: nam cum adoleſcentulis puellæ ſimul in gymnaſio exercitationi corporis mixti operam dabant, ut auctor eſt Xenophon. At quod apud Athenæum lib. 13. quidam ait, non arbitror ad Æmylii Probi ſententiam confirmandam parum facere poſſe: ἡμεῖς δ' ἐγὼ μὲν τ' ἀφύλλων τὰ κάλλιστα φορεῖσθαι νομίζοντες ἐπαινοῦντες τῶν Σπαρτιατῶν τὸ ἔθος· τὸ γυμνὰς τὰς παρθένους τοῖς ξένοις. *Longolius.*

1 *Quæ non ad ſcenam eat mercede conducta.*] Simile quid de Cretenſibus invenio apud antiquos, qui præcipuas & magno natu mulieres ad gladiatorium munus admittebant. *Alex. Neapolitan.*

2 *Magnis in laudibus tota fuit Græcia.*] Scripti immiſſa voce: *tota fere fuit Græcia.* Quomodo Edit. Pariſienſis. Quod non improbo. Nam apud omnes Græcos non æque magni habiti Olympionicæ. De Lacedæmoniis auctor Plutarchus ἐν Λυκούργ. λακ. Qui tamen ex numero Victorum στεφανίτης ἀγῶνας unum à Rege in prælium adduci ſolitum, teſtis mihi in Lycurgo: ubi ἐχόμενος ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὰς πολεμίους (inquit) ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ στεφανίτην ἀγῶνα νενικηκότα. *Kenchen.*

3 *Victorem Olympiæ citari.*] *Quod apud Græcos prope majus & glorioſius habitum, quam Romæ triumphaſſe.* Cicero pro Flacco. Et in Tuſculan. dicit; *eſſe, quibus Olympiorum victoria conſulatus ille antiquus videatur.* Hinc hieronicam, ἱερόθεον νομιζόμενον vocat Lucianus. Olympionicarum gloria humanis titulis minus continebatur. Quam qui reportaſſent, *terrarum Domini*, cœleſtes, ac *pro Diis* habebantur. Lege Chryſoſtomum, Horatium, alios. Unde ipſorum præmia ἀναθήματα dicta. Citatio per præconem fiebat: qui clara voce ad populum, Victorem pronunciabat. Cujus rei plena eſt omnis vetuſtas. Tantis in laudibus tota fuit Græcia Victorem Olympiæ citari; ut quos in Deorum numerum referrent, τ' Ὀλυμπίων παρίσους vocarent. *Kenchen.*

4 *Nemini in eiſdem gentibus fuit turpitudini.*] Itaque Ariſtodemum tragicum actorem maximis de rebus pacis ac belli legatum ad Philippum Athenienſes ſæpe miſerunt, & Æſchines Athenienſis Atrometi filius cum adoleſcens tragœdias actitaſſet, remp. capeſſivit, & magnam auctoritatem apud Athenienſes et concionibus & orationibus ſuis ſibi comparavit, ut teſtatur Cic. 4. de Rep. *Lambinus.* Virginibus tamen vitio datum in Græcia, prodire in ſcenam & in publico verſari, ut patet ex Euripidis Oreſte, Heraclidis Iphigenia Aulidenſi. Item ex Menandro ac Nazianzeno libro de documentis Virginum; & de Latinis, à Seneca Tragico extremo Agamemnone. *Schott.* Omnes hiſtriones propter improbitates foeditatesque quas repræſentabant, viles & parum honeſtos habitos ſentit Magius.

5 *Quæ omnia apud nos partim infamia.*] Nam Romæ hiſtriones erant munerum & honorum civilium expertes, legibus ἄτιμοι, atque adeo infames. *Lambin.* De his diſerte Joan. Marianæ noſter ſingulari de ſpectaculis libro poſt Tertull. *Schott.* Auguſtinus de hac æſtimatione ſcenicorum apud Græcos, & Romanos: *Quomodo abjicitur ſcenicus per quem colitur Deus? Et theatrice illius turpitudinis qua fronte notatur actor, ſi adoratur exactor? In hac controverſia Græci Romanique concertant. Græci putant re-ſte ſe honorare homines ſuos, cum colunt* ſceni-

[1]atque ab honeſtate remota ponuntur. [2] Contra ea plera-
que noſtris moribus ſunt decora, quæ apud illos turpia pu-
tantur. [3] Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere
in convivium? aut cujus materfamilias [4] non primum lo-
cum tenet ædium, atque [5] in celebritate verſatur? Quod
multo ſit aliter in Græcia. [6] nam neque in convivium ad-
hibe-

ſcenicorum ludorum flagitatores Deos. Romani vero, hominibus ſcenicis nec plebejam tribum, quanto minus Senatoriam dehoneſtari ſinunt. Hinc genus id hominum non modo honore civium reliquorum carere, ſed etiam tribu moveri, notatione cenſoria voluerunt. Idem *Auguſtin.* II. de Civ. Dei cap. 13. *Quintil.* III. Inſtit. cap. 8. *Cicero* pro Quinctio.

1 *Atque ab honeſtate remota ponuntur.*] Prætoris enim edicto qui pronuntiandi cauſſa in ſcenam prodiiſſent infamia notabantur, ut Julianus retulit lege prima ff. de his qui notantur infamia. Quemadmodum recentioribus quoque temporibus Theodoſius Imperator lege 14. C. de Spectacul. ſcenicis & lenonibus, lib. 11. *hiſtriones viles & inhoneſtos vocavit.* Mag. *Ponuntur.*] Habentur. Tranſlatio inſignis à calculatoribus ducta, qui prout calculum poſuerint, ita valet. Alcib. *ne ei par in civitate poneretur quiſquam.* ibid. *quibus rebus efficiſſe; ut apud quoſtunque eſſet, princeps poneretur.* Valer. 3. 8. ext. 6. *amicos inimicoſque juxta ponere.* & lib. 4. c. 3. 4. *Gebhardus.*

2 *Contra ea.*] E priſco more. Cæſar V. de B. G. 29. *Contra ea Tuturius ſero faſturos clamitabat.* & 3. de B. C. 74. Nepos in Alcib. *Contra ea ſi quid adverſi accidiſſet.* Sic & in Iphicrate & Epamin. quæ loca tamen vulgo ſunt interpolata. *Gebhard. Lamb.*

3 *Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium?*] Explicat eruditiſſimus Muretus lib. v. Variar. Lect. cap. 2. *Schott.* Notanter accipio *uxorem.* Nam Virgines acerbæ, id eſt, immaturæ arcebantur à convivils, ut eſt apud Nonium. *Boecler.* Vide Lipſ. ad Tac. lib. XI. An. *Percunctaretur, cur ſine uxore diſcubuiſſet.*

4 *Non primum locum tenet ædium?*] Non ſtat in prima parte domus, hoc eſt, ἐν προθύροις, & in loco celebri ſe ſpectandam præbet? Xenophon Oeconomico: τῇ μὲν γὰρ γυναικὶ κάλλιον μένειν ἔνδον, ἢ θυραυλεῖν, τῷ δ' ἀνδρὶ αἰσχιον ἔνδον μένειν, ἢ τοῖς ἐξω ἐπιμελεῖσθαι. *Lamb.* Primum locum ædium, cape atrium. *Lipſius* I. Elect. cap. 17. Horatius *aulam* vocat: Et explicat Vetus Gloſſarium: *αὐλὴ, atrium.* Arnobius: *matres familias veſtræ in atriis operantur domorum, induſtrias teſtificantes ſuas.* Iſte locus aliis Andronitis.

5 *In celebritate verſatur.*] Nihil Ciceronifrequentius quam pro cætu honoratiorum, accipere celebritatem. *Sic loci celebritatem* dixit ad Terentiam. *Vitæ* ad Atticum 3. ep. 7. *Reſtitiſſimum celebritate theatrum.* ad Quint. frat. pro Sylla: *Quæ domus? quæ celebratio quotidiana?* Quintil. Declam. 265. *Celeberrimas vias.* Tacit. *Celeberrimum fori,* dixit 4. hiſt. 67. Symmach. 2. Ep. 26. *Celebris habitatio.* ut reſtituit magnus judicio & meritis in litteras Gronov. 3. Obſerv. 16. *Kirchmaj.*

6 *Nam neque in convivium adhibetur.*] Videtur id & Vitruvius annotaſſe lib. 6. cap. 10. *Habent autem eæ domus* (Græcorum) *veſtibula egregia, ædes quadratas tam ampla magnitudine, uti facilliter in iis trichinia quatuor ſtratis miniſtrationum, ludorumque operis locus poſſet eſſe ſpatioſus. In his ædis fiunt convivia virilia. Non enim fuerat inſtitutum matres familiarum eorum moribus accumbere.* & paulo poſt, *Græci enim ἀνδρῶνας appellant ædes, ubi convivia virilia ſolent eſſe, quod eo mulieres*

hibetur, niſi propinquorum: neque ſedet, [1] niſi in interiore parte ædium, [2] quæ gynæconitis appellatur: quo nemo

non accedant. Longol. Ὁ τρίκλινος οἶκος & ὁ ἀνδρῶν Græcis conclave erat, in quo virilia conivia fiebant, ad quæ mulieribus more Græco non dabatur acceſſus. Latini quandoque *triclinium* vocant, frequentius rem ipſam *convivium*. Pollux hæc vocabula tanquam ſynonyma refert, συμπόσιον, qui & locus conivii eſt, συνέδριον, ἀνδρῶνα, τρίκλινον οἶκον, ἢ πεντάκλινον, ἢ ἑξάκλινον. Suidas: Ἀνδρόδομος, τρίκλινος: Ita legendum, non ἀνδρόδρομος. Ἀνδρόδομος, idem quod ἀνδρὼν, ſive *andronitis*, τὸ ἀνδρῶν οἴκημα, locus, in quo conivia virilia fiebant, à quibus arcebantur mulieres. Sic igitur diſtinguendum inter iſta nomina, quæ paſſim confundunt interpretes & imperiti literiones. *Keuchen.* Cicero l. 1. Accuſat. *Tum ille, ut aliquid reſponderet, negavit moris eſſe Græcorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres.* Lambin. Explicat *Muretus* Var. lect. lib. VII. 2. Sane Sybaritæ ἔχρησαν νόμον τὰς γυναῖκας εἰς τὰς ἑορτὰς καλεῖν, καὶ τὰς εἰς τὰς θυσίας καλεῖσθαι, ἵνα αὐτοῖς ποιῶνται τὸν κλῆσιν ποιεῖσθαι, ἵνα ἀξίως ποιῶνται τὸν χρόνον τὸν ἀνδρικὸν καὶ τὰ ἱματίων καὶ τὰ λοιπὰ κόσμια, φοράσιν ἅπως εἰς τὰς κλήσεις. Vide Plutarchum de VII. Sapientum convivio. Mos à Perſis proſluxit, ut ex Joſepho conſtat ac Juſtino. Hinc mulier, quæ contra viri voluntatem, vel eo ignorante extraneorum conivia petierit, repudiari poterit juxta l. conſenſu. C. de repud. Convivia enim Veneris præludia ſunt. *Alex. Neapol.* Quod vel ex Romanis certum, qui in convivio accumbentes mulieres complectebantur. *Cic.* 11. Catil. *Keuch.* Magnus tamen Caſaubonus Nepotem erroris arceſſit: Cum enim ad lib. 8. Athen. c. 9. Biotheam Nicocreontis uxorem correctione optima in convivium introduxiſſet, εἰς πότον (hoc enim ſubſtituit, cum eſſet πολεμὸν) mox addit: *Nam ſi quis objiciat ex Corn. Nepote, fœminas in conivia more Græcorum non eſſe adhibitas; in promptu*

ſunt Scriptorum Græcorum teſtimonia, quæ contrarium ſæpiſſime factum arguant. Boeclerus.

1 *Niſi in interiore parte ædium.*] Quod ſimul à Parthis obſervatum, ut gynæconitides in ſecreto domus à Viris ſemotim haberent. *Alex. Neapol.*

2 *Quæ gynæconitis appellatur.*] Græci peculiaria in domibus loca mulierculis deſtinata ſic appellant. Didymus: γυναικωνίτιδα δίοδον, hoc eſt, *ſecundum tabulatum domus* interpretatur; atque illud mulierum domicilium fuiſſe ſcribit: *οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ταῖς γυναιξὶν ὑπερῴας τὰς θαλάμους κρίσκοδίαζον ὑπὲρ τὸ δυσεντόκτους αὐτὰς εἶναι. Veteres*, inquit, *mulierculis cubicula in ſummis ædium locis ſtruebant, ne quilibet facile in eas incideret.* Unde & Homerus Ὀδυσσ. α. de Penelope canit:

Κλίμακα δ' ὑψηλὴν καταβήσατο οἷο δόμοιο,
Οὐκ οἴη, ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο.

De hac quoque ædium parte Vitruvius lib. VI. cap. 10. (quo loco de Græcorum ædificiis, quæ diſpoſitione, moribus, & uſibus ab Italicis diſcrepant, loquitur) ita tradit: *In his locis intrarſus conſtituuntur œci magni, in quibus matres familiæ cum lanificiis habent ſeſſiones. Circum autem in porticibus triclinia quotidiana, cubicula etiam & cellæ familiaricæ conſtituuntur. Hæc pars autem γυναικωνῖτις appellatur.* Longol. Alludit elegant. Plautus ad hunc Græcorum morem. Moſtell. act. 3. ſc. 2. verſ. 71. *Dare vult uxorem filio quantum poteſt: Ad eam rem facere vult Gynæceum novum.* quod noſtro *Gynæconitis*. Contra Ἀνδρωνῖτις viris deſtinatus locus. Vitruvius in Sexto: *Andronites dicuntur, quod in his viri ſine interpellationibus mulierum verſantur.* Elegant. Xenophon Oeconom. ἐδείξα ἂν γυναικωνῖτιν αὐτῇ δίοδον βαλανείῳ ἀναμίγνυσαν ἀπὸ τῆς ἀνδρωνίτιδος. id eſt, oſtendi autem ei & Gynæconitidem januam balneo

mo accedit, niſi propinqua cognatione conjunctus. [1] Sed plura perſequi tum magnitudo voluminis prohibet, tum feſtinatio, ut ea explicem, quæ exorſus ſum. [2] Quare ad propoſitum veniemus, & in hoc exponemus libro [3] vitas excellentium imperatorum.

balneo ab andronitide diſtinctam. Refert Agell. libro 17. Noct. Attic. extremo Alexandri Moloſſi dictum, ſe quidem ad Romanos ire, quaſi in Ἀνδρωνῖτιν: Macedonem vero Alexandrum iſſe ad Perſas quaſi in γυναικωνῖτιν. Julius Pollux tale conclave vocat θάλαμον ἐχῶν παλαιστρὸν οἶκον. De quo exſtat jocus Diogenis Cynici apud *Diog. Laërt.*

1 *Sed plura perſequi.*] *Sed hic plura* vetus Ultraject. editio anni M. DXLII. *Schott.*

2 *Quare ad propoſitum, &c.*] Deſiderantur hæc omnia in Ultrajectino. *Idem.*

3 *Vitas excellentium imperatorum.*] Ex Veteriſſimorum codicum fide legendum eſt, *De vita*, ut & libri titulus geminus habet. Sane hic *imperatoris* nomen, exercitus prætorem ducemque notat. Plura de hac voce in noſtris ad Juſtiniani Inſtitutiones annotationibus. *Magius.* Vide plura de vitis & vitarum ſcriptoribus ad Pelopidam.

MILTIADES.

I.

1 MILTIADES [1] Cimonis filius. Athenienſis, cum & [2] antiquitate generis, [3] & gloria majorum, & ſua [4] modeſtia unus omnium maxime floreret; eaque eſſet ætate, ut non jam ſolum de eo

1 *Cimonis filius.*] Infra in Cimonis vita Probus ait *Miltiadem Cimonis patrem fuiſſe*, unde ſibi ipſi contradicere, indocto lectori videri poſſit, ſed maxime animadvertenda obſervandaque eſt Miltiadis hujus origo, atque agnatio: nam alioqui confunderemur non modo apud Probum, verum etiam Plutar. & Herodotum. Quamobrem ego ut lectorem labore penitus levarem, ſtemma totum, ut infra cernere eſt, appoſui: atque ex quibus auctoribus illud collegerim ſubnotavi.

CODRUS.



A. *Miltiades.* Hic nullis relictis filiis decedens, Tiſagoram, vel potius Steſagoram (ut alii legunt) ſucceſſorem habuit: auctor Herodotus.

B. *Tiſagoras.* Ut Ariſtidis Scholiaſtes.

C. *Cimon.* Hunc tamen Herodotus ex materno latere Miltiadi primo fratrem dicit. Hic prior Cimon (ut Plutarchus in Cimone poſteriore ſcriptum reliquit) non admodum mentis compos fuit, quamobrem κοάλεμος dictus.

D. *Steſagoras.* Hic major natu fuit, Miltiades vero minor. Herodotus lib. VI. cap. 7.

G. *Miltiades.* Hujus vitam conſcripſit Probus noſter.

E. *Methiocus.* Herodotus auctor libro citato.

F. *Cimon cum tribus filiis.* Plutarchus in Cimonis vita. Tiſagoras Miltiadis noſtri avus (ut Ariſtidis ſcholiaſtes ait) genus ſuum ad Codrum referebat. *Magius.* Vide præterea quæ Janus Rutgerſius in variis lectionibus ſcribit convincendæ Nepotis ἀνιστορησίας. quæ cognoſcenda ſunt ut ſe Lector ab iis erroribus, quos ei Nepos offuderit, expediat. *Gebh.*

2 *Antiquitate generis.*] Nam patruus ejus Miltiades longiſſime ab Æaco & Ægina principium & originem generis repetebat: proxime à Philæo Athenienſi Ajacis filio, in cujus familiam fuerat inſitus atque adoptatus. Herodotus in Eratone: Μιλτιάδης ὁ κυψέλης ἐὼν οἰκίης τεθεωποίηται, τὰ μὲν ἀνέκαθεν, ἀπ' Αἰακοῦ τε καὶ Αἰγίνης γεγονώς. τὰ δὲ νεώτερα Ἀθηναῖος, Φιλαίου δὲ Αἰακοῦ παιδὸς γεγονὼς πρώτου τῆδε οἰκίης τοῦτο Ἀθηναίης. *Lambin.*

3 *Gloria majorum.*] Tum propter Codrum, ad quem referebat genus ſuum, de quo Vellej. l. I. c. 2. tum propter ejus poſteros qui CCCVII. annos non interrupta ſucceſſione digni habiti ſunt. *Reve.*

4 *Modeſtia.*] De Nerone Germanici C. Tacit. IV. Annal. cap. 15. *Aderant Juveni modeſtia ac forma Principe viro digna.* Gebhard. *Modeſtia maxime floruit.*]

de eo bene ſperare, ſed etiam confidere cives poſſent ſui, [1]talem futurum qualem cognitum judicarunt: [2]accidit, ut Athenienſes [3] Cherſoneſum colonos vellent mittere. Cujus generis cum magnus numerus eſſet, & multi ejus demigrationis peterent ſocietatem: ex his delecti [4] Delphos [5]deliberatum miſſi ſunt, [6]qui conſulerent [7] Apollinem, quo

reret.] De Miltiad. modeſtia quam adoleſcens exhibuit nihil hic legas, ad eam vero, quæ in virili eluxit ætate, referre licet: in iis omnibus enim moderatiſſime ſe geſſiſſe docet. *Buchner.*

1 *Talem futurum.*] Codex P. Danielis: *talem eum futurum.*

2 *Accidit, ut Athenienſes.*] Herodotus lib. VI. cap. 3. hoc Piſiſtrati tyrannidis tempore factum ſcribit, ut huic Probi loco maxime adverſetur. *Magius.* Aut aliud agebat Probus, cum hoc ſcripſit, aut aliquem Græcum hiſtoricum qui non exſtet, ab Herodoto valde diſcrepantem ſecutus eſt. Nam quæ Probus huic Miltiadi, cujus nunc vitam ſcribit, attribuit, ea Herodotus Miltiadi Cypſelli filio, hujus Miltiadis patruo adſcribit lib. 6. *Lambinus.* Notat hæc verba Janus Rutgerſ. lib. I. Var. Lect. cap. 9. *Buclerus.*

3 *Cherſoneſum.*] Peninſulam, quæ à mari Ægæo altera ex parte alluitur. *Lambin.* Unde illam Helleſpontiacam dicit Suidas. Hæc eſt Cherſoneſus Thraciæ Ptolemæo quam πολλὴν vocant Stephanus & Halicarnaſſæus, cujus Iſthmus ab occaſu Melane ſinu, ab ortu Propontide alluitur. χερσαῖον ſimpliciter nominat Lycophron, quum alii χέρσον. Breviatum illud apud Græcos, pro χερρόνησος. Sic πότ. pro πτολεμαὸς dicebant, & alia ſexcenta. Nec obſtat, quod indifferenter ſcribant χερρόνησος & χερσόνησος. Sic ſæpius eandem rem variata voce ſignificant, de qua differere, non eſt huic inſtituti norma. Adi Criticorum ſcholas, ubi ſcrutantur curioſe nimis τὸ ἐν ἕδατι πρωκέδας. Accedit, quod χέρρον à χέρρος deducant Etymologici. Quod non improbarem, niſi aliam ſciremà χεὶρ & νῆσος derivatam, præſertim cum ſit quaſi manu continenti junctus peninſulæ circuitus. *Keuchen. Cherſoneſum.*] Thracicam intelligit, quam & *magnam* Strabo vocat. Nam ſunt & aliæ Cherſoneſi. ut *Taurica* ſive Scythica, in Euxino & Mæotide: *Aurea* ſupra Gangem, & *Cymbria* quæ Dania hodie appellatur. *Buchner.*

4 *Delphos.*] Ubi ἀφιδρύσατο πάντων, πρόπυργον πολυχρήματον, τιμὴ ἢ πανίσχυον ἱερόν. *Strabo.* Solona hodie dici, ſcribit *Niger*; Caſtri, *Sophianus.* Situm vide apud Heliodorum II. & Trogum XXIV. *Keuchen.*

5 *Deliberatum miſſi ſunt.*] Cum Deo conſultationem initum. *Deliberare* enim eſt, cum Deo deliberationem habere atque inſtituere; referre, quod cœptandum eſt ad conſilium oraculi. Nepos Themiſtocle: *Deliberantibus Pythia reſpondit, ut mœnibus ligneis ſe munirent.* Cicer. lib. 5. Quæſt. Tuſcul. *Pueris nobis Cn. Aufidius in Senatu ſententiam dicebat, nec amicis deliberantibus deerat.* id eſt, ipſum conſulentibus vel conſilium ipſius petentibus. Nihil autem neque publicæ neque privatæ rei ſine Oraculi auctoritate aggrediebantur. Juſt. VIII. c. 2. *Gebhard.*

6 *Qui conſulerent.*] Conſulebantur Dii de rebus futuris & eventuris, ut Oracula Delphis. *Salmaſius.*

7 *Apollinem.*] Qui unde dictus ſit, ne Græcis quidem conſtat, tot de eo fabriculoſa ſomniantibus. Simpliciſſime ex ipſa Græcia natales ejus petere poterant. Eſt enim Ἀπολλύων, Ἀπόλλων, Hebræis אברין. Niſi tamen ab אבל, unde אבילין vel אפילין, deducere malis. Quid enim niſi tenebras & ambages

quo potiſſimum duce uterentur. [1] Nam tum Thraces [2] eas regiones tenebant, [3] cum quibus armis erat dimicandum. His conſulentibus [4] nominatim [5] Pythia præcepit, ut

ges Dæmon ille canebat. Unde & λοξίας ac σολοιτὸς à Græcis dictus eſt. Multo tamen probabilius à בעל denominatum puto. Quo nomine apud Babylonios, Phœnices, Pœnos Sol vocatur. Idem Apollo. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 17. Qui tamen, cum cæteri quoque Dii ſic vocari cœpiſſent, cum adjectione quadam Bel-Samen vocatus eſt. Euſeb. lib. 1. ϖερπαρ. Plaut. in Pœn. Idem Apollo Pythius eſt à פתח; quippe qui Μύθων ῥητὴρ erat. Unde alii πύθων inter Apollinis epitheta referentes, à πυνθάνεσθαι, quod eſt à פתח, ductum volunt. Quo illud ſpectat, quod eundem cum Mercurio faciunt. Nam quæ de פר afferunt, vereor ut vera ſint. Saltem aliunde Pythius dictus erit, quam ut Græculi putant, à ſerpentis cæde. Mercurium enim cum ſerpentibus pingunt, quod, ut puto, vetuſtatem originis & ſapientiæ profeſſionem denotat. *Horn.* Vide quæ ad Nonni metaphraſin notavit magnus Heinſius.

1 *Nam tum Thraces.*] *Threces:* Codex Danielis. Quod idem. Thraces, Thraches, Thrætes, & Threces, ejuſdem gentis nomina τετραδύναμα. Eodem modo ſcribuntur Θρᾷϊξ & Θρῆϊξ integre, & conciſe, Θρᾷξ & Θρῆξ, quod factum creditur ὀκ τῦ θρεῖν ϗ εἴκειν, quo Thraces præditos fuiſſe, narrant Hiſtorici. De ratione iſtorum nominum videndus Euſtathius in παρεκβολ. ad Hom. Ἰθακ. Nihil tam tædioſum eſt quam perſequi λεπτολογίας, quas video tamen à diligentiſſimis quibuſdam continuo eſſe obſervatas. Parum eſt, quod ad orthographiam velim; monetque doctiſſimus & paſſim de Nepotis germana ſcriptura bene meritus Ob. Giſanius Conlectaneis Lucretianis, ubique apud Scriptorem hunc reponendum videri *Thræces*, auctoribus optimis Codicibus. Sed *Threces* lego paſſim in Excerptis pro *Thræces*. Quod ex integro Θρῆϊξ, unde Θρῄικες, & conciſo Θρῆξ, ex quo *Threces*. Nam quod in Giſanii ſchedis eſt *Thiæces*, originem magis habet à Græcorum Θρᾷϊξ, unde contractum Θρᾷξ, ut à Θρῄϊξ, Θρῆξ. Eadem igitur ſunt *Thraces*, *Thræces*, & *Threces*, ejuſdem gentis nomina τετραδύναμα, ut etiam adnotavimus. *Keuchen.* Illos Thraces Doloncos fuiſſe, à Jano Rutgerſio ex Herodoto obſervatum; qui cum graviſſimo bello ab Apſinthiis premerentur, reges ſuos Delphos de belli exitu ſciſcitatum miſerunt. *Gebhard.* Δόλογκοι Θρῄικες τὸ μὲν ἀρχαῖον τ' χερρονήσ τὴν τοῦτο ἔτοι ὧν οἱ Δόλογκοι πεσθέντες πολέμῳ ὑπὸ Ἀψινθίων, ἐς Δελφοὺς ἔπεμψαν τὰς βαλλομένας περὶ τ πολέμου χρησομένους. *Herod.* Dicti ſunt Δόλογκοι ἀπὸ Δολόγκου, qui Bithyni frater. *Dolonca* Plinio, οἱ Δολόγκαι. Thrace Titanis ex Jove habuit Bithyn, à quo Bithyni: ex Saturno Doloncum, à quo Dolonci. *Salmaſ.*

2 *Eas regiones tenebant.*] Sic Virgil. lib. 1. Æn.

Qui teneant (nam inculta videt) hominesne, feræne
Quærere conſtituit.

& ſupra: *victor ditione tenebat.* Lambin. Vi, nullo juris titulo. Cicer. 2. de officiis. *Cum autem dominatu unius omnia tenerentur.* Cæſar de B. C. 3. 102. *Gebhard.*

3 *Cum quibus armis erat dimicandum.*] Certe ſuo ingenio ea gens prona ad pugnas & cædes; & jam antiquitus ſingulari certamine decertabat. *Lipſ.* Longe diverſa ab his Probi refert Herodotus lib. VI. *Magius.*

4 *Nominatim.*] Cum alias per flexuoſas ambages reſpondere Oraculum ſolebat. Auctor Scholiorum in Ariſtophanis Equites: τὸ δ' παρ' ὄσον οἱ χρησμοὶ λοξῶς ἐπιφέρονται τοῦ Ἀπόλλωνος. Andronicus Antiopa:

Ita ſeptuoſe dictio à Deo datur
Quod conſecuturum ſapiens ægre conſulit.

Pacuvius

ut Miltiadem ſibi [c] imperatorem ſumerent. Id ſi feciſſent, incepta proſpera futura. Hoc oraculi reſponſo, Miltiades, [7]cum delecta manu, claſſe [8]Cherſoneſum profectus, [9]quum acceſſiſſet Lemnum, & incolas ejus inſulæ ſub poteſtatem redigere vellet [10] Athenienſium, idque ut Lemnii ſua

Pacuvius Peribœa:

Flexa non falſa autumare dictio Delphis ſolet. Gebhard.

Oraculum exſtare arbitror in Zenobii Paroemiis. *Schott.*

5 *Pythia.*] Alio nomine *Phœbas.* Pollux l. 1. ἰδίως ὁ ἐν Δελφοῖς μάντις, πυθία. Vide Diod. Sic. libro XVI. & Gyrald. hiſtor. Deor. Syntag. 7. *Boecler.* Erat mulier quædam, quæ, ut ajunt, inſidens tripodi Apollinis, paſſis cruribus, gravem ſubeuntem è ſpecu ſpiritum genitalibus recipiebat: & ita furore repleta, & capillum promittens, & ſpumam ex ore emittens, omnia alia committebat, quæ inſanientes facere conſueverunt, ſicque verba Oraculi, ſeu potius inſaniæ reddebat. Scholiorum Græcorum Auctor in Ariſtophanis Plutum: ἡ δὲ Δελφικὴ τις ἐπὶ τοῦ τρίποδος καλυμμένη πύθων ἐφ' ᾧ ἡ πυθία παρωρμάζετο, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ Ἀπόλλων πύθιος ὀνομαζόμενος, λαβὼν τὸ τοῖς μυθευομένοις χρησμοῖς διδόναι ἐφεῖτο ὧν ἂν βούλοιντο. Cicero de Divinat. *Nam terræ vis Pythiam Delphis incitabat, natura Sibyllam.* Gebhard. Dicta eſt autem à verbo πυνθάνομαι interrogo, conſulo & audio. Strabo lib. IX. aut (ut quibuſdam placet) ab Apolline cognomento *Pythio*, ob necatum Pythonem ſerpentem, vel ſic dicto ἀπὸ τοῦ πύθειν id eſt σήπειν, quod nunquam ſine vicaloris efficitur. Macrob. Saturn. libro I. cap. 17. *Magius.* De qua vide inſignem locum apud Strabonem IX. Hinc Theon apud Plutarch. Pythiam inſtrumentum dixit illius Dei, cujus Delphis eſt oraculum. *Keuchen.* Introduxerunt igitur gentiles tales præcipuè mulierculas, quæ furorem arte ſimulare norant, vel quæ atra bile laborarent. *Thyſius.*

6 *Imperatorem ſumerent.*] Στρατηγὸν communiter Græci vocant: Juſtinianus in Nov. *Prætorem.* Sic infra: *Creati ſunt decem Prætores.* Hoc ſenſu imperator à militibus nominabatur. Eſtque hæc primaria appellatio iſtius vocis. *Keuch. Sumerent.*] Eligerent ſibique præficerent. Sic Cicer. ad Attic. dixit. *ſumere Iudicem.* & Verrina V. *ſumere recuperatores.* Gebhardus.

7 *Cum delectâ manu.*] Malim, *cum delectâ manu*, ut veteres loquebantur. *Lambin.* Sic infra: *delectus militum*, pro *dilectus.* Explicat vetus Gloſſarium: *dilectus*, ἀγαθύλεις, στρατολογία. Vide Feſtum. Inde *diligere*, Caſſiodoro verbum militare. Error ille in multis. Sic *meille*, *meillies*, *meilitia* dicebant. Notât ex Lucill. IX. ad Catullum Joſ. Scaliger. *Keuchen.*

8 *Cherſoneſum.*] Peninſula ab Ægeo mari circumdata, à quibuſdam χερρόνησος dicitur à χεὶρ *manus* & νῆσος *inſula*, quaſi inſula manu continenti juncta: aliis vero χερσόνησος à χέρσος *terra* & νῆσος *inſula*, quaſi *terra inſula*, id eſt, continens & mare. *Magius.*

9 *Cum acceſſiſſet Lemnum.*] Quæ eſt ex adverſo Thraciæ, cujus partes aliquas etiam Græci excolebant. Homerus Lemnum cum Thraciâ confundit ob vicinitatem. Quod Poëtis familiare, qui partem pro toto, & contra ſæpiuſcule ponunt. Idem πόλιν dicit, quæ νῆσος. Idem Herodot. lib. 6. cap. 10. rem aliter enarrat. eſt autem *Lemnos* inſula maris Ægei. Hodie *Archipelago*: ab antiquis *Hypſipyla* à Thoantis filia, nunc vero *Stalimene*, dicta. *Magius.*

10 *Athenienſium.*] Non adſentior viro docto, qui hoc loco *poteſtatem Athenienſium*, θαλαττίης ἐπικρατείαν exponit. Quippe illo tempore, quo Lemnum profectus Miltiades, maris imperium ſeu θαλασσοκρατία nondum obtigerat Athenien-

[1] ſua ſponte facerent, poſtulaſſet: [2] illi irridentes reſponderunt, tum id ſe facturos, quum ille domo navibus proficiſcens,[3] vento Aquilone veniſſet Lemnum. [4] Hic enim ventus [5] à ſeptentrionibus oriens, [6] adverſum tenet Athenis proficiſcentibus. Miltiades morandi tempus non habens, [7] curſum direxit quo tendebat: pervenitque Cherſoneſum. Ibi

thenienſibus. Quam Xerxe ac Perſis devictis σπαλὰξ cum Lacedæmoniis obtinuerunt. Dicendum ergo, *poteſtatem* hoc loco pro imperio accipi, quod vi ac jure in devictos exercetur. *Kench.*

1 *Sua ſponte.*] Elegans formula. Ablativi caſus. Cicer. de Senect. *Sicut ſuâ ſponte, nulla adhibitâ vi, conſumptus ignis exſtinguitur.* Plaut. Truculento. *Non queo pedibus meâ ſponte ambulare.* Virgil. VI. Æneid. 81. rarius in Genitivo. Varro l. 2. *Sponte ſuæ ſtatuerat finem.* Confer Gellium. 13. *Kirchmaj.*

2 *Illi irridentes reſponderunt.*] Multis diſcrepat ad Herodoto l. 6. prope finem Probus. Ille enim narrat, Pelaſgos, quum eis poſt necem liberorum atque uxorum neque tellus fructum redderet, neque conjuges, neque pecus, ut prius, gignerent, pariter fame & liberorum orbitate vexatos, Delphos miſiſſe petitum aliquod lenamentum præſentium malorum. Juſſos autem à Pythiâ pœnas Athenienſibus, quas illi vellent, pendere, Athenas iviſſe: polliciteſque eſſe, daturos ſe illis omnis injuriæ pœnas. Athenienſes, ſtratis in curia toris quam poterant ſplendidiſſime, appoſitaque menſa omnium bonorum refertiſſima, juſſiſſe, Pelaſgos ita ſe habentem regionem ſibi tradere. Tunc Pelaſgos excipientes dixiſſe: ἐπειὴ βορίη ἄνεμος αὐθημερὸν πρὸς ἐξαίσιον οὐκ ἦν ὑμετέρης ἐς τὸ ἡμέτερον πλέειν, φάτε ἀμοιβοὶ εἶναι. τοῦτο εἶπον, ἐπιτελήσομεν τοῦτο εἶναι δεδιτεῖον χρεόν. ἡ γὰρ Ἀττικὴ πρὸς νότον κέεται, πολλὸν τῆς Λήμνου. *Lamb.* Rem ita narrat Zenobius: Κτισθέντων δὲ Ἀθηναίων ἐκλιπεῖν τὴν Λῆμνον εἶπον οἱ Πελασγοὶ, εἴτις αὐθημερὸν (de hac circumſtantia nihil Nepos) Ἀθήνησιν ἔρξει χρησάμενος κακῶς δίκην ἔστω τῶν Λήμνιον, ἐκτίσουν τῆς χώρας αὐτῶν. *Gebhard.*

3 *Vento aquilone.*] Infra *boream* vocat. Hoc Græcum, illud Latine dictum. *Gell.* 11. 22. eſtque ventus qui ab æſtiva & ſolſtitiali orientis meta venit. *Magius.*

4 *Hic enim ventus.*] Suppoſititium hunc verſum videri, atque gloſſema eſſe, annotat Ultraject. Editio. *Schott.* Nescio tamen, an non ita ſoleat Nepos explicare etiam quæ non erant difficilia ſuppletu intellectuque, ut mox 1. 2. 4. pactum illud repetit: *Illi enim dixerant, &c.* Certe in Ms. legitur ſicut editum eſt. *Boecler.*

5 *A Septentrionibus oriens.*] Seneca V. Quæſt. Nat. *A Septentrionali latere ſummus eſt Aquilo, medius Septentrio, imus Thracias.*

6 *Adverſum tenet.*] Tranſlatio à militia, in quâ directa acies contra alterum adverſum tenere, hoc eſt, oppoſita eſſe recte dicitur. Cicero Philipp. *Tenere lucem aquilonis*, & ipſe Nepos *tenere alterum cornu. Adverſum* ergo *tenere*, eſt ex adverſo flare. Quare cauſſa nulla erat, cur quidam, quod minus intelligerent, obelo configerent, aut Lambinus contra omnes libros interpolaret *adverſum flatum emittit.* vel; *adverſus eſt* vel *adverſatur.* Tacit. 11. cap. 54. *Germanicum in regreſſu ſacra Samothracum viſire nitentem obvii Aquilones depulêre.* Rem paullo aliter narrat Zenobius.

7 *Curſum direxit.*] Navigationem: Ἀπόρευσεν. Appoſite Græci magiſtri: Πορεύθη ἡ πνεύσας ἐπὶ ὑγρῶν λέγεσθαι. Curt. l. 10. *Prætervehi Alpes Italiæque oram, unde in Epirum brevis eſt curſus.* Hinc *currere*, navigare. Flacc. 4. Argon. v. 165.

—— *Placidoſi currere fluctu.*

Vide Lambin. ad lib. 1. Carm. Od. 28. *Gebhard.*

1 *Barba-*

Ibi brevi tempore [1]barbarorum [2]copiis disjectis, [3]tota regio- 2
ne, quam petierat, potitus, [4] loca castellis idonea communi-
vit: multitudinem quam secum duxerat, in agris colloca-
vit, crebrisque [5]excursionibus [6]locupletavit: neque minus in
ea re prudentia quam felicitate adjutus est. Nam quum [7]vir-
tute

1 *Barbarorum.*] Thracum seu Dolonchorum. Unde vox deducta, varie ambigunt. Gassiodorus à *barba*; quæ vana Etymologia, tum nomen non sit Latinæ, sed alterius linguæ. Apud Strabonem XIV. dicitur effictum κατ' ὀνομαλοτέλειαν ἢ ἀντιμιμήσιν τοῦ Ἕλληνι, *barbarum opponi Græco.* Ammonius: βάρβαρον δέ ἐστιν ὄνομα τὸ μὴ Ἑλληνικόν, βαρβαρικὸν ἢ τὸ τῶ βαρβάρου. Vide quæ ad Homerum ex Geographo notat Eustathius Γ. Ἰλιάδ. β. Sed vox est ex Oriente allata. ברבר enim extraneum denotat Arabibus. Et ברבר desertum, unde Barbariæ nomen. Quod primus omnium ostendit Magnus Scaliger sub initium Exercitationis L. I. ad Cardanum. Neque hæc est mera fundata conjectura, ut post illum voluit P. Voet in notis suis ad Herodianum. Cæterum probabile est, fuisse illud communune gentibus dicterium. De Scythis & Athenienſibus Anacharsis apud Laërtium l. 1. De Ægyptiis Herodotus § 1, de Romanis Herodianus; de Phrygibus Sophocles, Horatius, alii. Sic antiquissimis Ebræis *gentes* dicebantur, quos posterior ætas ἔθνη appellavit, Christiani *paganos*. Keuchen. Vide quæ ad hanc rem scripta reliquit Alciatus in annotationibus in tres posteriores libros Codicis, & Berneggerum quæst. 91. super Tacitum.

2 *Copiis disjectis.*] Fusis ac dissipatis. Cæsar lib. 1. Comm. de Bello Gallico cap. 25. *Phalange disjecta, gladiis distributis in vos impetum fecerunt.* Cicero Attico. *Nos disjecta manus puero ad vastandis esse nimpossimus.* Gebhardus.

3 *Tota regione potitus.*] Fraudulenta principum Chersonesi captivitate. Paus. lib. 6. Eliacorum. Modum acquirendi narrat Herodotus. *Kirchner.* Interdum hoc verbum *potiri* cum auferendi casu conjungit ut in Cimone *magna præda potitus* & item alibi: interdum cum generandi casu ut in Lysandro *classis hostium potitus est.* & in Agesilao, *hic simul atque imperii potitus est*: Tullius in accusandi casu dixit lib. 1. Tusc. Quæst. *gentem aliquam potiri*: quo modo & Lucretius loquitur lib. 3. *Lambinus.*

4 *Loca castellis idonea communivit.*] Sic & Herodotus lib. 6. *Magius.* Castellorum varius usus ac finis: Propriis tamen iste Miltiadi erat propositus, contra barbarorum incursiones esse provisum; habere receptaculum, quo commeatus, præda, aliaque trahendo bello conferrentur; & ponere quasdam compedes ac frænos, quibus δορύκλυστοι continerentur in officio. Tale castellum innuit Diodorus lib. XIV. ubi Græci reduces ex expeditione contra Artaxerxem se reficiebant. Αὐτοὶ δ' λέφον, inquit, ὀχυρὸν κατελαμβανόμενοι τὴν χώραν ἱπόρθουν, ἢ τοὺς ὠφελείας εἵτ' τοῦτον ἀθροίσαντες ἀφθόνως ἐωλοῦς ἀπελάμβανον. Tacit. III. Ann. cap. 47. *Modio cum delectis castellis & munitiones idoneis locis imponens: dux ipse urbi & infesta hostibus cuncta fecerat.* Gebhard.

5 *Excursionibus.*] Ita Cicero vocem usurpat. *Excursationibus* vocat Val. Maximus lib. 2. cap. 3. Græci ἐπιδρομὴν loquuntur. *Idem.*

6 *Locupletavit.*] In Alcibiade: *Gloriosius existimans, barbarorum præda locupletari quam Græcorum.* Græci efferunt σφετερίσασθαι ἐμπολλῶσαι τὰ ὠφελείας, vel, πλῆσαι ποιῆσαι τὸ σφέτερον πλοῦτος ὠφελείας. *Idem.*

7 *Virtute militum.*] Ἀνδρῶν heic Virtus sumitur, quam veteres *fortitudinem* vocabant; ut notat Justinianus. *Keuchen.* Cæsar. de B. G. L. 1. c. 2. & c. 36. Gebhard.

1 Et

tute militum deviciſſet hoſtium exercitus, ſumma æquitate res conſtituit: atque ipſe ibidem manere decrevit. [1] Erat enim inter eos dignitate regia, [2] quamvis carebat nomine: [3] neque id magis imperio quam juſtitia conſequutus. Neque eo [4] ſecius Athenienſibus, [5] à quibus erat profectus, [6] officia præſtabat. Quibus rebus fiebat ut non minus eorum voluntate perpetuo imperium obtineret qui miſerant, quam illorum cum quibus erat profectus. [7] Cherſoneſo tali modo conſtituta, Lemnum revertitur: & [8] ex pacto poſtulat, ut ſibi urbem tradant. Illi enim dixerant, quum vento

1 *Erat enim inter eos dignitate regia.*] Qui ſucceſſit in Steſagoræ fratris locum, ut tradit Herodotus VI. *Sed hoc regnum non fuit ei diuturnum: à Scythis enim Nomadibus primum, deinde à Phœnicibus pulſus, quinque navibus inſtructis, quarum una capta eſt, Athenas confugit.* Lambinus. Plutarchus quoque in libello, de ſera numinis vindicta, aperte fatetur, Miltiadem tyrannide Cherſoneſum occupaſſe: ἀλλ' ὅτι ἦν τύραννον ἀπέκτεινε Μιλτιάδου ἐν Χερρονήσῳ, Defendit illum tamen ſatis liberaliter Probus, & *tyrannum quidem appellatum* dicit, *ſed juſtum.* Longol. Mag.

2 *Quamvis carebat nomine.*] Hoc ſolent dominandi gnari; ut invidioſo nomine remiſſo rem ipſam complectantur: & ut Tacitus loquitur lib. II. Hiſtor. cap. 52. cum *vocabulum differant* aut *recipiant, de poteſtate nihil detrahant.* Gebhard.

3 *Neque id magis imperio.*] Ἐπ' ἀλλοτρίᾳ: imperii violentia. Paullo poſt: *Imperio plerique ad officium redire coëgit.* Explicat ſeſe ipſe infra: *non erat vi conſecutus, ſed ſuorum voluntate.* Gebhard.

4 *Secius.*] Plautus;

Hæc mihi non ſecius videntur eſſe, quam inſomnia.

Cæſar lib. III. B. Civil. cap. 26. *Prætervectos Dyrrhachium magnâ vi venti nihilo ſecius ſequebantur.* Admodum eſt uſitata vocula Nepoti. Loca brevitatis cauſſa nolo accumulare. Auctor Rhetoricorum ad Herennium: *Impedimento eſt, quo ſecius lex feratur.* Gebhardus.

5 *A quibus erat profectus.*] Sic ſcribendum ſuaſit Giſanius indice Lucretiano. Longolius *quibuſcum.* Savaro, *aut quibuſcum* legit. *Schottus.* Male Savaro lectionem cum Auctoris mente pugnantem præfert, *aut quibuſcum erat profectus.* Ac plane præter mentem Cornelii Lambinus ex ſuo cerebro inſercit; *à quibus profectus erat, quam iis, quibuſcum erat profectus.* Nam etſi quidam libri agnoſcant *cum quibus erat profectus*: ea tamen verba vitio imperitorum exſtiterunt, ſuperioribus, ex lineis inferioribus, adhæſerunt. *Gebhard.*

6 *Officia præſtabat.*] Locutio familiaris auctori, in Attico: *Nihilo minus amicis urbana officia præſtitit.* Poſtea: *At ille qui officia amicis præſtanda ſine factione exiſtimabat.* Ibidem *tanta diligentia officium ſuum præſtitit.* Savaro.

7 *Cherſoneſo tali modo conſtituta.*] In antiquo Cod. P. Danielis teſtantibus Excerptis fuit *conſtituto.* Non male: Figura πρὸς τὸ σημαινόμενον, qualis in Timotheo: *Samum cepit, in quo oppugnando, &c.* ubi perperam ad præcedens *τὸ bello* relationem refert And. Schottus. Et ſic apud Poëtam: *defenſa eſt Ilion armis.*

8 *Ex pacto.*] Κατὰ συνθήκας. *Lamb. Ex conſtituto:* Cod. Schotti. Quod interpretamentum agnoſco. Cicero Attico *Pomponius enim ex pacto & convento tam à me diſceſſerat.* Gebh.

to Borea domo profectus, eo perveniſſet, ſeſe dedituros, ſe autem domum Cherſoneſi habere. [1] Cares qui tum Lemnum incolebant, etſi præter opinionem res ceciderat, tamen [2] non dicto ſed ſecunda fortuna adverſariorum capti reſiſtere auſi non ſunt, atque ex inſula demigrarunt. Pari [3] felicitate [3] cæteras inſulas, quæ Cyclades nominantur, ſub Athenienſium redegit poteſtatem. [4] Eiſdem temporibus [5] Perſarum Rex [6] Darius ex Aſia in Europam exer-

1 *Cares, qui tum Lemnum incolebant.*] Gens illa per totam quondam Græciam militans erravit. Lege *Strabonem* l. XIV. Sed Pelaſgos tum Lemnum incoluiſſe, refert Herodotus VI. non longe ab extremo. *Longol. Lambin. Marg.* Sane Cares Lemnum incoluiſſe ex Poëta conſtat, qui illos ἀλὸς παμίας vocat; veterem illorum Θαλαττοκρατίαν ſpectans, non mercaturæ habita ratione, quæ eam gentem, quod ſciam, nobilem fecit nunquam. Maris imperium populi Græciæ atque Aſiæ alius alio tempore obtinuerunt, ut ſcimus ex Strabone & Hiſtoriis. Cares, quo tempore Romam à ſe conditam regebat Romulus, principes maris mediterranei fuiſſe, Euſebius ſcriptum reliquit in Chronico. Græcis ſemper habiti pro barbaris, cum moribus inſtitutiſque, tum lingua: cujus gratia Vatum Principi dicuntur βαρβαρόφωνοι. *Caſaub.* Excerpta *Chares*. Cum tamen non Græcis Χάρης ſed Κᾶρες ſcribantur. Sic *Hyſter*, pro *Iſter*, *Dathis*, *Arthemiſium*, *Phydna*, *Cythium*, & alia immiſſo ſpiritu in iiſdem ſchedis & editionibus antiquis.

2 *Non dicto ſed ſecunda fortuna adverſariorum capti.*] Elegantiſſime: Nam non tam captioſis dictis, quam ſucceſſibus adverſariorum dare manus cogebantur, & ſtare conventioni per ludibrium interpoſitæ. Zenobius paullo aliter ὑστερον δ' Δαρεῖος ὁ Πέρσης ἀεὶ Θρᾴκιλλον ὄντα, καὶ πάντα ἐφυμένον τὰ πρὸς, Μιλτιάδης Ἀθηναῖος ἐπὶ τὸ χερσόνησον ἀφεὶς εἰς τὸ ὑπόλοιπον καλαμβάνειν τῶν Λήμνιον, καὶ πρὸς τοὺς Πελασγοὺς ἔφη, βορέα χειμάζον αὐθημερὸν ἥκειν. Ἐρμῶν δ' βασιλέων τῶν Πελασγῶν ἐξάρη τὸ χώρας, τῇ μὲ ἀληθείᾳ τὸ Δαρείου τῶν δυνάμιν φοβηθεὶς, πεζοπορεύεσθαι δ' ἐκέλευε τοῖς Ἀθηναίοις τῶν χάρεν. Cent. III. num. 85. *Gebhard.*

3 *Cæteras inſulas, quæ Cyclades nominantur.*] Cyclades inſulæ ſunt in mari Ægæo, ſic dictæ, quod in orbem ſitæ ſint; ut tradunt Geographi, Strabo, Plinius, Mela, cæteri. Strabo lib. X. ἐν τῷ αἰγαίῳ μᾶλλον αὐτὴ τε Δῆλος, καὶ αἱ περὶ αὐτὴν κυκλάδες. *Lambin.* Hæ numero XIII. ut Paulus Oroſius lib. I. cap. 2. teſtatur. De his Plinius, lib. IV. cap. 12. & VI: cap. 34. *Magius.*

4 *Eiſdem temporibus.*] Anno ab Orbe condito 3439. Circa Olympiadem ſexageſimam octavam. *Salmaſ.*

5 *Perſarum Rex.*] Equi hinnitu electus, quod erat fatale Imperii omen. Apud Herodotum lapis: ΔΑΡΕΙΟΣ Ο ΤΣΤΑΣΠΕΟΣ ΣΤΝ ΤΕ ΤΟΤ ΙΠΠΟΤ ΤΗ ΑΡΕΤΗ, ΚΑΙ ΟΙΒΑΡΕΟΣ ΤΟΤ ΙΠΠΟΚΟΜΟΤ, ΕΚΤΗΣΑΤΟ ΤΗΝ ΠΕΡΣΕΩΝ ΒΑΣΙΑΗΙΗΝ. Unde poſtea Darium in ſigillo habuiſſe ſculptum equum, διὰ ἵν χαμαὶ ἵσαντα ἱκάστοτε λάβοιεν, à Scholiaſte Thucydidis eſt notatum. *Keuchen.*

6 *Darius.*] Hyſtaſpis filius, quem Eſdras & Philo nominant Aſſuerum. *Strigel.* Δαρεῖος φερώνυμος. Heſych. ἐρξείης Herodot. libro VI. Hyſtaſpes in Tarich. dicitur كشتاسب, Kitſchtasb, eſtque ipſius Darii nomen. Videtur nomen fuiſſe Medicum, apud quos Hydaſpes & fluvii & Regis nomen fuit. Eratque nomen regium. Juſtin. X. *Darii nomine,*

[1]exercitu trajecto,[2] Scythis [3]bellum inferre decrevit:[4] pc
tem fecit in Iſtro flumine, [5]quà copias traduceret. Ej
pontis, dum ipſe abeſſet, cuſtodes reliquit principes, qu
ſecum ex [6]Ionia & Æolide duxerat: [7]quibus ſingulis ip
ru

mine, ne quid regiæ majeſtati deeſſet, honoratus.

1 *Exercitu trajecto.*]Septingentis millibus hominum. Juſtin. II. ἦγε ὃ πάντα τὰ ἤπειρωτικὰ μυριάδας ἑξακοσιομύριον, χωρὶς τῶν ναυτικῶν, ἑβδομήκοντα σὺν ἵπποις. *Herodot.* IV. Muſa.

2 *Scythis.*] Europæis, quorum regionem, parvam Scythiam vocat *Strabo* libro VII. μετὰ δὲ τοὺς Βαβυλῶνα & ἄρκτον ἐχόντων ἐθνῶν ἐπὶ Σκύθας αὐτοὺς Δαρεῖος ἤλασεν. *Herod.* Antiquiſſimi orbem in tres partes diſtinxerunt, quarum media ipſis nota, Græciam, Italiam, Aſiam complectebatur. Septentrionalis Scythia, Auſtralis Æthiopia dicebatur. Strabo I. Illa Scythia eſt quam hodie uno nomine Tatariam dicimus, plena pugnaciſſimarum gentium. Unde nomen illud fluxerit, incertum. Probabilis magni Salmaſii ſententia, à Getis: unde præpoſito Σ. more Æolum fecerunt Σκύθας. Getæ, Gothi, Gitæ, Kitæ, Scythæ, unius nominis gens, in multos populos diviſa. Arabes الخطا vocant, qui ſunt Chatæi veterum, Ptolemæo χάται, nobis hodie Catai, vel Kitaini. Sed cum olim Scytharum nomen proprium populis Tauricæ Cherſoneſi eſſet, paulatim expeditionibus ſuis in reliquam Sarmatiam & Aſiam Septentrionalem, omnibus id gentibus in ſeptentrione tributum, ut Ammianus Marcellinus docet. Quod etiam ante cccc. annos, in Tatariis factum videmus. Quorum nomen unde fluxerit, ex Planocarpo & aliis docere promptum; niſi obſtaret opuſculi hujus brevitas. Denique illi, quibus bellum Cyrus intulit, Scythæ fuerunt inter Tanaim & Jaxartem, ſupra mare Caſpium, quæ Scythia ante ccc. annos, Timuri ævo dicta fuit الى شش قفخاق وبر كة deſertum Kafthak & Barca, hodieque *Tataria* ſerta dicitur. Qualis illa gens fuerit, quam egregiâ armis, moribuſque, ſtoria Timuri Arabica oſtendit. Ita tur illa: *Termini ejus, ad auſtrum m Hyrcanum & Pontus Euxinus, interja teſque Circaſſiorum montes. Ad Orien Choraſmios, Atrar & Schagnak hab Donec per multas gentes in Turqueſtan uſque & Catajam protenſi, cum Sinis, golibus, Catainis terminos jungant. In ptentrione Sileria eſt, & vaſtæ incultæ regiones. Hinc in Occidentem Ruſſia, B garia, Græcum Othmannicumque Imperi jacet. Gens ipſa moribus, forma, armis egregia eſt. Paucæ illis urbes ſunt. In pl ſtris per aperta camporum, vagis ſedib degunt. Tribus eorum plurimæ, linguâ Arabum gentes, diviſæ. Summa omni ſimplicitas & integritas. Fraudes & a fallendi artes ibi exulant.* Cæterum i Scythia ſemper inacceſſa & fatalis F gibus Perſiæ fuit, adeo, ut numquam tra Jaxartem vel Tanain fines imp ſui protulerint. *Horn.*

3 *Bellum inferre decrevit.*] Quod ſcribit *Herodot* VI. *Juſtin.* II. *Oroſius*: *Diodor.* II. *Pauſanias* I. Cauſa hujus b non alia fuit, quam quod Jancyri Re Scytharum filia, quam matrimonio ju gere cupiebat, ſibi negaretur. *Long. M.* Vide Jornandem de rebus Geticis.

4 *Pontem fecit in Iſtro flumine.*] Δ Γαυτὶς ἐς τὸν Ἴστρον, τοῦτο Γέφυρα π ἐκβολὰς πλέειν ἐς τὸ πόντον, μίχρι Ἰ πολεμῶ. ἐπεὰν δὲ ἀπίωσι ἐς τὸ Ἴστρ ἐνθαῦτα αὐτὸν ἀπεμένους, ζεύγνυντα ποταμόν. *Herod. Oroſ.* II. 9. Vide & J nandem.

5 *Quas copias.*] *Quæ* ſcriptus liber Longolius ad pontem referenda. *Sch tus.* Quod non probat *Gebhardus.*

6 *Ionia & Æolide.*] Helleſpontion quoque meminit Herodot. l. 4. *Magn*

7 *Quibus ſingulis ipſarum urbium*

Leg

rum urbium perpetua dederat imperia. [1] Sic enim putavit facillime ſe Græca lingua loquentes, qui Aſiam incolerent, ſub ſua retenturum poteſtate, ſi amicis ſuis oppida tuenda tradidiſſet: quibus, ſe oppreſſo, nulla ſpes ſalutis relinqueretur. In hoc fuit tum numero Miltiades, [2] cui illa cuſtodia crederetur. Hic quum crebri afferrent nuncii, [3] male rem gerere Darium, [4] premique ab Scythis: [5] Miltiades hor-

Legendum fortaſſe eſt *ipſorum*, ut intelligamus regem Perſarum ſingulis principibus Ioniæ & Æolidis dediſſe imperia earum urbium, in quibus ipſi nati erant. Hoc modo, *urbium ipſorum*, id eſt, urbium in quibus ipſi principes erant nati. *Lambinus*. Sed nihil fortaſſe mutandum eſt. *ipſarum*, id eſt, Ionicæ atque Æolidis regionum. *Buchn.*

1 *Sic enim putavit.*] Locum explicat Boeclerus in notis ſuis ad Miltiadem, hoc ſenſu: Darius effectum pontem receptui ſuo ſervari volens, cuſtodibus curam ejus tradidit Ioniæ & Æolidis Principibus. Horum fides pignorata erat imperiis: In amicitiam quippe aſſumptos, ut domi nari magis quam ſervire ſibi viderentur, urbium ſingularum (in Ion. Æol.) tyrannos fecit. Διὰ δωρεὴν ἑκάστους τῶν αὐτέων ἐτυράννευε πόλιος, inquit *Herodot.* l. IV. Hoc ejuſmodi erat, ut ſua quiſque poteſtate contenti, de libertate popularium parum eſſent ſolliciti, adeoque Græcos Aſiam incolentes, quos Perſicus dominatus comprehenderat, ad res novas & libertatis reſumendæ ſtudium minime erigerent, erigive parerentur. Singularis enim perpetuique imperii dulcedine allecti, ejus auctorem Darium haud dubie credebantur defenſuri: præſertim cum intellectu non eſſet difficile, Dario potentia demoto urbes, quas obtinuiſſent ipſi, odio ſingularis imperii inſito, expulſis tyrannis (quibus duplici nomine contigerat invidiam mereri, & quod inſtrumenta Perſicæ dominationis, & quod tali poteſtatis forma, id eſt, inſolita ac tyrannica uſi erant,) priſtinam regiminis diſciplinam reſumturas eſſe, βουλήσεσθαι τὸ ἀρχαῖον τῶν πολίων δημοκρατέεσθαι μᾶλλον ἢ τυραννεύεσθαι: Verba ſunt Iſtiæi apud Herod. Græcorum qui Aſiam incolebant mentionem facit Hippocrates libro de aëre, aquis, & locis. *Magius.*

2 *Cui illa cuſtodia crederetur.*] *Traderetur*, membranæ Mendozii. *Schot.*

3 *Male rem gerere.*] Nam amiſſis XC millibus militibus ignominioſe ſe in Aſiam recepit. *Longol.* Juxta Oroſium lib. 2. cap. 8. octoginta millibus. *Male rem gerere.*] Sic infra in Themiſt. de Xerxe. *Hic etſi male rem geſſerat*, pro clademacceperat. *Gebhard.*

4 *Premi à Scythis.*] Cæſar l. III. c. IV. 102. *Si nemo premeret.* Frontin. lib. II. cap. IV. 3. *Minutius Ruffus Imper. cum à Scordiſcis Daciſque premeretur.* Eſt verbum Venatorium, unde Ovidius in Phædra:

In nemus ire libet, preſſiſque in retia cervis
Hortari celeres per juga ſumma canes.

Virgilius:

Ingenti clamore premes ad retia cervum.

Idem.

5 *Miltiades hortatus eſt pontis cuſtodes.*] Paullo aliter rem narrat Herodotus lib. IV. Ubi ait, Scythas ipſos, cum prius ad pontem in Iſtro factum, quam Perſæ perveniſſent, hanc orationem ad Ionas habuiſſe: Ἄνδρες Ἴωνες, αἴ τε ἡμέρη ὑμῖν ἢ ἀριθμὸς δισχίλιοι, οὐκ ἐόντες δίκαια ἔτι δεδιότες, ἀλλ' ἰσονεῖ πρότερον δειμαίνοντες ἐμέτητε, νῦν λάσιοι τ' ἔστον, τλῶτα χάλκεα ἔπητε χαίροντες, ἐλεύθεροι, ἴσοι καὶ σὺν θεοῖσι εἰδότες χάριν. Vide ſequentia. His de rebus conſultabant Iones. Ac Miltiades quidem cenſebat Scythis eſſe parendum;

hortatus eſt pontis cuſtodes, [1] ne à fortuna datam occaſi
nem liberandæ Græciæ dimitterent. Nam ſi cum his c
piis, quas ſecum tranſportaverat, interiiſſet Darius, nc
ſolum Europam fore tutam, ſed etiam eos qui Aſiam inc
lerent Græci genere, liberos [2] à Perſarum futuros dom
natione & periculo. Id & facile effici poſſe: [3] Ponte eni
reſciſſo, regem vel hoſtium ferro vel inopia, paucis diebı
interiturum. Ad hoc conſilium quum plerique accederen
[4] Hiſtiæus Mileſius ne res conficeretur obſtitit, dicen
Non idem ipſis, [5] qui ſummas imperii tenerent, expedi
& multitudini, quod Darii regno ipſorum niteretur dom
nati

Iſtiæus vero Mileſius contra, ne res conficeretur, obſtitit. *Lambin.* Plutarch. in Apophtheg. Idathyrſum Scytharum regem, auctorem fuiſſe dicit. *Magius.*

1 *Ne à fortuna datam occaſionem.*] P. Syrus: *Cavendi nulla dimittenda eſt occaſio.* Cæſar lib. v. de Bello Gallic. extrem. *Ne quam occaſionem rei bene gerendæ dimitteret.* Idem lib. VI. cap. 36. *Seque ipſi adhortantur, ne tantam fortunam ex manibus dimittant.* Ciceroni animadverti placere *amittere occaſionem*, non *dimittere.* Notanda eſt heic τῶν ἀπολωλεκότων διδασκαλία, χρόνῳ φείδεσθαι, ὅτε γὰρ παρελθόντα ἀναλαλεῖσθαι, ὅτε αἰτήσαντες λαβεῖν αὐτὸν δυνάμεθα. Didymus ad Homerum β. Ἰλιαδ. *Gebhard.*

2 *A Perſarum futuros dominatione & periculo.*] Quibus ſolenne fuit, captivos vario ſupplicíorum modo afficere. De quo *Zopyri* hiſtoria apud Herodotum.

Perſarum.] Perſæ & Parthi eadem gens. Græci qui diſtinxere Πάρθους & Perſas, more ſuo fecerunt, dum omnia turbant & confundunt, quæ diſcriminanda ſunt, aut non diſtinguenda dividunt. Idem nomen Πάρθων & Πέρσης ex proprio ἴδιον. unde & Πάρθοι. Hinc Παρσεσσάδαι urbs, tranſpoſitis literis, pro παρσαγάδαι vel παρσγάδαι. Quod ſignificat Πέρσων στρατόπεδον, ut interpretatur apud Stephanum Anaximenes. Nec obſtat, quod Perſas & Parthos Græci regionibus diſtinguunt. Nam Parthos collocant ubi nunc eſt *Iſpahan* Perſas ubi *Iſtachar.* Sic enim & Ἀθυρ & Ἀσσυρίαν diſtinxerunt, cum idem vocabulum Atur & Aſſur. *Salmaſ.*

3 *Ponte enim reſciſſo.*] Vel *reciſo.* Quidem eſt. Cæſar lib. 7. c. 58. *Refecto pontem quem ſuperioribus diebus hoſtes reſciderat* alibi *interſcindere pontem. Interrupto ponte:* Juſtin. II. cap. 5. *Gebh.* Ζεύγματα Περσῶν λυθέντα. *Heradot.* Strategem illud polemicum, de quo ad Vegetium Stewechius. *Reuchen.*

4 *Hiſtiæus Mileſius.*] Codex Daniel *Heſtiæus.* Lambinus lenitet legit *Iſtiæus.* Omnino *Hiſtiæus* reponendum, qui Herodoto Ἱστιαῖος. Locus eſt l. IV. c. 13 Ἱστιαῖος ὁ Μιλησίου τύραννος, ὃς ἐπὶ τῷ Δαρείου ἐκστρατεύσαντος ἐπὶ τοὺς Σκύθας ἐπὶ τῷ Ἴστρῳ γεφυρώσαντος, ἐπὶ Δαρείου διαβάντος καλαιρεθείσης, ὅτε αὐτὸς δὲ λυθέντων οἱ τὸν ἔζωσε ἀρχήν, ὅτε ἄλλον οὐδένα ἐδυνάμων. Βυλόμενος γὰρ ἑκάστων τῶν τοὺς δυνατωτάτους ἐδίωκε μᾶλλον ἢ τυραννεύσθαι. Quam ſententiam cum Hiſtiæus dixiſſet continuo ſeſe ad eam converterunt, quæ antea à parte Miltiadis ſtabant, eique aſſenſi fuerant. Vide *Plutarch.* Ἀποφθεγμ.

5 *Qui ſummas imperii tenerent.*] Τοὺς τὰ πλεῖστα δυναμένους. Iſtiæus eſt *ſummus imperii, ſumma belli* ἐπικῶς. Cicero quoque dicit, *ſummam rerum adminiſtrare ſummæ reip. præeſſe.* Gebh.

I *Cujus*

natio. Quo extincto ipſos poteſtate expulſos civibus ſuis pœnas daturos. Itaque adeo ſe abhorrere à cæterorum conſilio, ut nihil putet ipſis utilius quam confirmari regnum Perſarum. Hujus quum ſententiam plurimi eſſent ſequuti, Miltiades non dubitans, tam multis conſciis, ad regis aures conſilia ſua perventura, Cherſoneſum reliquit, ac rurſus Athenas demigravit. [1] Cujus ratio etſi non valuit, tamen magnopere eſt laudanda, quum amicior omnium libertati quam ſuæ fuerit dominationi. Darius autem quum 4. [2] ex Europa in Aſiam rediſſet,[3] hortantibus amicis, ut Græciam in ſuam redigeret poteſtatem, [4] claſſem quingentarum navium comparavit, eique [5] Datim præfecit & Artapher-

1 *Cujus ratio etſi non valuit, tamen magnopere eſt laudanda.*] Atqui nonne fidem violabat Miltiades, & ita non eſt ejus ratio laudanda? Reſpondeo, primum nullam fidem antiquiorem eſſe habendam pietate erga patriam: deinde quod poſuit Probus, *Miltiadem, ſi aliud, quam quod dedit, Græcis conſilium dediſſe, non tam fidei quam Perſarum regi dederat, quam ſuæ dominationi, fuiſſe conſulturum.* Maluit igitur Græcorum libertati, quam ſuæ dominationi ſervire, fide, quam barbaro adverſus patriam, & libertatem Græciæ dederat, neglecta. Omnino, ne quid diſſimulem, melius feciſſet Miltiades, ſi fidem Perſis non dediſſet. *Lambin.* Peccaſſe videntur Magio & Miltiades, qui proditionis hoc conſilium agitaverit; & Nepos, qui id factum approbaverit. Lambinus recte vidit hunc locum non eſſe ἁπλῶς καὶ κοίσεως, ſed συγκεκριμένης ὑποθέσεως. Iſtiæus & quos ſententiæ approbatores habuit, cæteri, non tam fide in Perſam, quam cura ſuæ dominationis poteſtatiſve tuendæ pontem cuſtodiebant; Miltiades cum detrimento ſuæ poteſtatis, patriæ opes, quam regis augere maluit. *Boecler.* Alii libri habent, *Tamen magnopere eſt laudandus.*

2 *Ex Europa.*] Scythia Europæa, nonaginta militum millibus amiſſis. *Metuens ne ſibi reditus interrupto ponte Iſtri negaretur.* Oroſius 2. 8. Jornandes de rebus Geticis.

3 *Hortantibus amicis.*] Hippia imprimis Piſiſtrati Tyranni filio, regno nuper pulſo, qui ſe Xerxi belli etiam ductorem obtulit adverſus patriam. Confer Juſt. 1. *Kirchm.*

4 *Claſſem quingentarum navium.*] Ἔπλεον ἐξακοσίῃσι τελήρεσι ἐς τὴν Ἰωνίλην *Herodot.* Sexcentarum triremium claſſem ſine navibus hippagogis lib. VI. In navium numero non conſentiunt, quemadmodum & hominum. Quod crebrum apud Scriptores in Hiſtoriis bellicis. Trecentas tantum fuiſſe in Epitaph. Plato refert.

5 *Datim præfecit & Artaphernem.*] Herodotus l. VI. ἄλλες δὲ στρατηγὲς ἐπέδειξε ἀπίσω ἐπὶ τὴν Ἐρίτρειαν καὶ Ἀθηνέας, Δᾶτίν τε ἐόντα Μῆδον γένος, καὶ Ἀρταφέρνεα τὸν Ἀρταφέρνεος παῖδα. Plato Datim ſolum commemorat; in Epitaph. & de Leg. Sic Plutarchus καὶ Φιλέλλην. Δᾶτις ὁ Περσῶν σατράπης μετὰ τελάρχου μυριάδων εἰς Μαραθῶνα ἀφηγούμενος πεδίον τῆς Ἀττικῆς. *Lambin.* Pauſanias ſolius Artaphernis meminit, in Atticis. *Mag.* Quem Ariſtophanis Enarrator *Artabazum* vocat: Μαραθῶν τόπος τῆς Ἀττικῆς, εἰς ὃν ἀνέβησαν Δᾶτις καὶ Ἀρταβάζος, Μήδοι σατράπαι πεμφθέντες ὑπὸ Δαρείου βασι-

phernem: hiſque [1] ducenta peditum millia & decem equitum dedit, [2] cauſam interſerens, [3] ſe hoſtem eſſe Athenienſibus, [4] quod eorum auxilio Iones [5] Sardis expugnaſſent, ſuaque præſidia interfeciſſent. [6] Præfecti regii [7] claſſe ad Euboeam appulſa, [8] celeriter Eretriam ceperunt: omneſque ejus gentis cives abreptos, [9] in Aſiam ad regem miſerunt.

βασιλέα κελεύσαντος τῶν Ἑλλήνων. Addit Ælianus, quod cum hi præfecti à Dario miſſi toti Græciæ poſt Marathoniam cladem acceptam bellum denuntiaſſent, à civitatibus & inſulis paſſim in belli ſignum ignem & aquam poſtulantes, à Spartanis in puteum conjecti ſuperſtructa pyra vivi ſuffocati ſint; ſubſannantibus interim eos Laconibus, quod haberent id quod petiiſſent. *Long.*

1 *Ducenta peditum millia.*] Plato in Menexeno claſſis milites millia quingenta impleviſſe ait. Naves vero fuiſſe trecentas. *Magius.*

2 *Cauſam interſerens.*] Infr. Themiſt. *Cauſam interponens.* Gebh.

3 *Se hoſtem eſſe.*] Darius hic adeo infenſus fuit Athenienſibus, ut appoſita cœna à ſatellite ter moneri voluerit, μέμνησο Ἀθηναίων.

4 *Quod eorum auxilio.*] Legitime bellum cum iis ſuſcipitur, qui adverſarium quacunque re juverunt, quod pluribus demonſtrat *Gebhardus.* Plutarchus contra Herodotum & Juſtinum in vita Ariſtidis, non fuiſſe Athenienſes auxiliarios Ionibus adſerit, ſed Sardeis incendio vaſtaſſe: ἐπεὶ δ' Δάτις ὑπὸ Δαρείου πεμφθεὶς λόγῳ μὲ ἐπιθεῖναι δίκην Ἀθηναίοις, ὅτι Σάρδεις ἐνέπρησαν, ἔργῳ δ' κελαστρίψαιτὸ Ἕλλησας. *Longol.* Plato vero in Menexeno: *Nos autem,* inquit, *Eretrienſeſque accuſans Darius, quaſi Sardibus inſidiaremur: tali ſumpta bellandi occaſione.* Mag.

5 *Sardis.*] Vel *Sardas.* Pro quo melius *Sardias.* τὰς Σάρδιας Ionice, ut Σάρδιες pro Σάρδεις. Alcman.

Σάρδιος ἀρχαίων πάλιρρων νόμων. *Salmaſ.* Hæc urbs olim *Gordium* dicta. Oroſius 3, c. 16. Fuitque (ut Strab. teſtatur) Lydiæ olim Mæoniæ votatæ caput. *Mag.* Urbs prædives & clara Crœſi regia.

6 *Præfecti regii.*] Utitur paſſim voce Satrapæ, quod idem ac σατράπης *Herod.* Notant veteres, Perſis proprie dictos Satrapas, mari & claſſibus præfectos, quales hodie *Archithalaſſi*, vel Arabico vocabulo *Ammirales* dicuntur. Tales fuere primi Perſarum Satrapæ, rei maritimæ Regum nomine Præfecti. tandem omnibus omnino præfectis regiis id nomen tributum eſt. *Satrapa* enim Perſis idem ſignificavit, quod veteribus Germanis *Gereba*, aut *Kuning Gereba*, nunc Præfecti regii, nunc Satrapæ nomine, à Perſis accepto, ſed Romana quaſi civitate jam donato, paſſim redditur. *Boxhorn.*

7 *Claſſe ad Euboeam appulſa.*] Vide Platonem dialogo de Legibus III. circa finem, & in Menexeno. *Euboeam* noſtra ætate *Negropontem* vocant. *Mag.* Situm inſulæ & promontorii vide apud Ptolemæum tab. Europæ X.

8 *Celeriter Eretriam ceperunt.*] Spatio trium dierum. *Plato* in Menex. Adeo ut nulli elabendi locus ſit datus. Et III. de *Leg.* refert, hujus belli tempore famam Athenas pervaſiſſe, Perſas junctis invicem manibus, omnique ita Eretrienſium regione circumdata, quotquot ibi aderant homines cepiſſe. *Mag.*

9 *In Aſiam ad regem miſerunt.*] Nam mortem Dati fuerat interminatus, niſi ad eum Eretrienſes & Athenienſes perduceret. Auctor Plato in Menexeno. *Mag.* Unde elucet, uſitatum fuiſſe priſcis Regibus hoſtium regiones vacuefacere, omneſque incolas correptos ac vinculis conſtrictos eo transferre, ubi pro ludibrio illis illuderent, vel ad abjectiſſima miniſteria abuterentur 1. Regum XX. *Vſ.* 18. Curtius lib. 5. cap. 26. Polienus l. 4. in Philip. comm. 12. *Gebh.*

1 *Inde*

runt. [1] Inde ad Atticam acceſſerunt, ac ſuas copias [2] in campum Marathona deduxerunt. [3] Is abeſt ab oppido circiter millia paſſuum decem. Hoc tumultu Athenienſes tam propinquo tamque magno permoti, [4] auxilium nuſquam niſi à Lacedæmoniis petiverunt: [5] Philippidemque cur-

1 *Inde ad Atticam acceſſerunt.*] De qua legendi Strabo libro IX. & ex nuperis Ubbo Emmius in illuſtrata Græcia.

2 *In campum Marathona.*] Sic ſolet Nepos. Ita alibi Lacedæmona dicit. Et Juſtinus Babylonia, Chalcedonia, Lacedæmonia. *Keuchen.* Herodotus l. VI. ſeu Eratone: ἐγὼ δὲ ἐῶν Μαραθῶνι ἐπιπολαιότατον χωρίον τῆς Ἀττικῆς ἐς ἵππου δρόμους, καὶ ἀγχοτάτω τῆς Ἐρετρίης. Stephanus: Μαραθὼν δῆμος τῆς λεοντίδος φυλῆς, &c. M. Tullius lib. I. de Off. *Hinc rhetorum campus de Marathone.* Lambin. Illo bello nihil notius. Marathon magnarum & multarum virtutum teſtis. *Mela* II. Vide *Pauſan.* I. *Juſtin.* II. Contigit illud Diogneto Archonte. Auctor Anonymus: ἐν Μαραθῶνι μάχη. Dion. Halic. lib. V. XVI. annis poſt mortem primi Romanorum conſulis, L. Junii Bruti, accidiſſe tradit: Τετρεῖ δὲ καὶ τὰ Μαραθώνια καὶ τὰ Βρούτου ταφῆς, εἰ δὴ ἀπὸ τούτων πρώτων ἤρξαντο οἱ ἐπαινοι λέγεσθαι τοῖς ἀποθνῃσκουσίν, ἐκκαίδεκα ἔτεσιν. Vide *Meurſii* Archontes. Diem pugnæ notat Plutarchus in Camillo. ἕκτῃ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου. Erat annus LVIII. periodi Olympicæ: proinde XX. periodi Atticæ. Neomenia Βοηδρομιῶνος XXX. Septembris. Ergo pugna Marathonia contigit V. Octobris, Ἀπελλαίου δεκάτῃ φθίνοντος, anno mundi 3460. Zygonos VI. *Scaliger.*

3 *Is abeſt ab oppido circiter millia paſſuum decem.*] Athenis. Tantundem illis diſtat, quantum Cariſto Euboeæ. *Pauſan.*

4 *Auxilium nuſquam niſi à Lacedæmoniis.*] Socia tum civitate. *Juſtin.* II. Ait Plato III. de Leg. cum in omnes Græciæ partes legatos miſiſſent Athenienſes, qui auxilium peterent, ſubveniſſe tamen neminem præter Lacedæmonios: qui neſcio, qua religione impediti poſt pugnam Marathoniam venerunt. *Lambin.* Illam religionem addit Strabo lib. IX. ex Herodoto, cujus verba non pigrabor aſcribere: Μαραθὼν ὅτε Μιλτιάδης τοὺς μηδὲ Δᾶτιν καὶ Πίρρον ἀναμείνας ἀρδην διέφθειρεν, ἐπὶ ἀσεμείναις ὑστερίζοντας Λακεδαιμονίους ἀφ' ἑνὸς παντελῶς. Hoc eſt, quod Juſtinus dicit, *quatridui religione tenebantur Lacedæmonii.* De qua Lycurgi legem commemorat Lucianus de Aſtrologia: μηδαμῶ μηδὲ ἐς πόλεμον προχωρίειν, ΠΡΙΝ ΤΗΝ ΣΕΛΗΝΑΙΗΝ ΠΛΗΡΕΑ ΓΕΝΕΣΘΑΙ. Quippe Lycurgus omnem illis Reipublicæ adminiſtrationem è cœlo temperabat, & qui aliam civitatis adminiſtrationem exiſtimabat creſcente Luna & evaneſcente, propterea, quod omnia ab illa regerentur. *Keuchen.* Videtur Ariſtides geminas cauſas in Declamatione quadam recitare, quare poſt pugnam venerint Lacedæmonii: Λακεδαιμόνιοι δ' εἴτε νῦν πρὸς Μεσσηνίους πολέμῳ, εἴτε τῷ παντελῶν μήνεσιν ἀδὲ αὐτοὶ βοηθεῖν εἶχον. *Longol.*

5 *Philippidemque curſorem.*] Καὶ πρῶτα μέν, ἴσμεν ὅτι ἐν τῷ ἄστει οἱ στρατηγοὶ, ὅπως πέμψουσι ἐς Σπάρτην Κήρυκα Φειδιππίδην, Ἀθηναῖον μὲν ἄνδρα, ἄλλως δὲ ἡμερόδρομόν τε καὶ τὰ μάλιστα. *Herodot.* *Phidippides*, non *Philippides* hic curſor vocabatur, Φειδιππίδης. Atque ita in Plinio reponendum, ubi & perperam *Philippides*, ſcribitur. Et verum eſt, hunc Phidippidem biduo Athenis Lacedæmonem perveniſſe. Herodotus l. VI. φθάσαντα ἐν τῇ Ἀθηναίων ἄστεος ἐν Σπάρτῃ. Hoc iter mille centum quadraginta ſtadiis definiunt. *Salmaſ.*

curſorem ejus generis, [1] qui hemerodromi vocantur, Lacedæmonem miſerunt, ut nunciaret quam celeri opus eſſet auxilio. [2] Domi autem creati decem prætores, qui exercitui

1 *Qui Hemerodromi vocantur.*] Semper aliquid exhibent correctores, præſertim qui antiquitatem pro opinione intelligunt, quod aut carpendum eſt, aut emendandum. Qui *hemerodromi* repoſuerunt ex *hemerodromæ*, non aſſequuntur ſcripturam Nepotis ἀρχαΐζοντα. Vidit primum Giſanius hactenus perperam iſtam γραφὴν ab imperitis eſſe ſuſceptam, ſed ex Mss. & Excerptis legendum *hemerodromæ*, quam & alii poſtmodum, & Boſius celeriter arripuerunt. In antiquo carmine Saliari: PILUMNOE POPLOE, & FASCINOE, pro quo deinceps *ei* maluerunt, *Pilumnei populei, & faſcinei*; nempe pro *Pilumni populi, & faſcini*. Sic ex *hemerodromæ* igitur primum *hemerodromei* (quam ſcripturam & in veteri Ms. Præſtantiſſimi & amiciſſimi mihi Everhardi Sluiskenii offendi) & ſtatim *hemerodromi*. Nam ex Græco ἡμεροδρόμοι confeſtim factum eſt Latinorum *hemerodromæ*, ἀγλώσσῳ veteribus frequentata, ut ex Ἀδελφοὶ, Κληρόμοι, *Adelphoe, Clerumenoe*, quod & hodie in vetuſtis Plauti & Terentii comœdiarum inſcriptionibus oſtenditur. *Hemerodromi*, peculiariter & vi primæ originis Solis epitheton. Suidas: Ἡμεροδρόμος, ὁ ἥλιος. Inde ad homines tranſlatum. Idem: λέγονται δὲ καὶ οἱ ταῖς βασιλικαῖς ἀγγαρείαις ταχύταται ἀγγελίαι. νέοι δέ εἰσιν ἐφήβων ὀλίγον πρεσβύτεροι πρωτοψειῶν ἰσχὺν ταῖς τοιαύταις ὑπηρεσίαις χρείαις. τέξων, καὶ βελῶν, καὶ ἀκοντίων, καὶ πυροβόλων λίθων ἱπποφόρβιον πλέον ἢ δίην. ταῦτα γὰρ αὐτοῖς πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν γίνεται χάσμα. Vocis ratio ἀπὸ τῆς ἡμέρας καὶ δρομῶ notata, quod ſcilicet totum diem curſitantes non fatigentur. Vel, quod uno die magnum viæ ſpatium emetiantur; ut voluit Livius 1. Decad. 4. Verba ejus ſunt: *Hemerodromos vocant, ingens uno die ſpatium emetientes.* Appellabantur & ἡμερομύρμηκες. Harpocration: ἡμερομύρμηκες. Αἰσχίνης, οἱ λεγόμενοι ἡμεροδρόμοι. Vide Polyænum v. in Eudocimo. Erantque alii *delichodromi, diaulodromi, oplitodromi, ſtadiodromi*. Veteres Romani habebant *Viatores* ſuos, quos Byzantini *Curſores* vocabant. Vetus Onomaſticum: *Curſor*, δρομεύς. Gloſſæ: ταχυδρόμος, *Curſor*. Gloſſæ aliæ: *Excipes*: ταχυδρόμος, δρομεὺς καὶ κύρσορ. Res antiquæ originis, & olim Perſis nota, qui *Angaros* & *Aſtandas* vocabant. Suidas: Ἀγγάρδας, οἱ ἐν Λιδοκῆς γεγραμμένοι, οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ Ἄγγαροι. τὰ δὲ ὀνόματα Περσικά. Hinc *Angarias* deducunt, quæ ſunt impoſitæ onerum vehendorum neceſſitates. Ita ἄγγαρος, manſiones ſingulorum dierum. Et *angariare*, vi cogere ad onus ſubeundum. De quibus ex profeſſo Boxhornius in Epiſtola præmiſſa Curtio Blanckardiano. De triplici Hemerodromorum genere vide differentem Lipſium Centur. III. Epiſtol. LIX. *Keuchen.*

2 *Domi autem creati decem Prætores.*] Libri veteres: *Domi autem creant decem Prætores*, & mox, *in eis Miltiadem.* Schott. Dan. alii. *Decem Imperatores*, Exemplar Longolianum. Herodotus: στρατηγοὶ δέκα, ὧν ὁ δέκατος ἦν Μιλτιάδης. Negat hoc Plutarchus in Parall. & quatuor tantum à populo delectos aſſeverat: Δέκα ὁ Περσῶν εἰς Μαραθῶνα διαβιβάσας πεδίον δ' Ἀττικῆς, καὶ στρατηγὸν δυσὶ μάχαις πόλεμον τοῖς ἐγχωρίοις κατηγγείλαν. Ἀθηναίοις δὲ βαρβαρικὰ πλήθη καταφρονήσασιν ἐνακισχιλίους ὑπέμειναν, στρατηγοὺς ποιησαμένοις Κυνέγειρον, Πολύζηλον, Καλλίμαχον, Μιλτιάδην. At omnes hiſtoriæ, quotquot ego hactenus inſpexi, decem Athenienſium duces numerant. Quin etiam ipſe Plutarchus in vita Ariſtidis, ut Miltiadi Duci in hac pugna primas defert, ita Ariſtidi ſecundas. Quod idem adſerit Ariſtides rhetor in Declam. de Miltiade. *Longol.*

1 *In*

citui præeſſent: [1] in eis Miltiades. Inter quos magna fuit contentio utrum mœnibus ſe defenderent, an obviam irent hoſtibus [2] acieque contenderent. Unus Miltiades maxime nitebatur, ut primo quoque tempore caſtra fierent. Id ſi factum eſſet, & civibus animum acceſſurum, quum viderent de eorum virtute non deſperari: & [3] hoſtes eadem re fore tardiores, ſi animadverterent, auderi adverſus ſe tam exiguis copiis dimicare. [4] Hoc in tempore [5] nulla civitas Athenienſibus auxilio fuit [6] præter Platæenſium: [7] ea mille miſit militum. Itaque horum adventu decem mil-

1 *In eis Miltiades.*] Πολέμαρχος autem erat Callimachus Aphidnæus. Herodot. VI. & Pauſan. I. *Bongarſ.*

2 *Acieque contenderent.*] Ita Lambinus ex Græco συμβάλλειν, quod eſt apud Herodotum in eadem narratione, reſcribendum putavit. Vetus quidam liber; *aciemque cernerent.* Helleniſmus. Malim tamen ut eſt in Mss. *acieque decernerent*, quomodo ſolet loqui Nepos in Eumene & Hannibale. Quanquam & iſtud ſincerum & de Græco expreſſum. Dicunt enim, κρίνειν ἢ πόλεμον καὶ μάχην κρίνειν, venuſte κρίνειν τὰ ὅλα, quod de *ſumma imperii dimicare* explicat auctor noſter in Hannibale. Sic *cernere bellum* apud Poëtam Latinum, cujus meminit Seneca epiſt. 58. *Cernere vitam* in verſibus Ennianis. Quod Euripides in Medea dixit, ὡς πρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα στῶσ' ἀλόιμ' ἂν μᾶλλον ἢ τόκους ἅπαξ. Et ſic abſolute κρίνειν & etiam Græci uſurpabant; pro quo *cernere* veteres Latini eadem ſignificatione & uſu. *Kewchen.* Vulgatam tuetur Gebhard. & puriſſimam oſtendit. Sic & Aldus. nam *equis contenderent* Longolius. qua repudiata Magius *æquis* rectum putat pro æquis & planis locis. Verum cras cum Varrone credam, hodie nihil. Savaro *acieque decernerent.* membranæ noſtræ *decertarent.* quam lectionem antepono cæteris, non repudiata Savaronis. *Schottus.*

3 *Hoſtes eadem re fore tardiores.*] Græci conjungunt ἐκπλὴς & δειλός. Polyæn. III. in Iphicrat. Comment. I. τῶ στρατιωτῶν τινὲς ἐκπλεῖς καὶ δειλοὶ καὶ ἀμάχητοι ἔσεσθαι. Cæſar de B. G. lib. II. cap. 25. Infra Epaminonda: *Hujus cæſa aliquantum retardati ſunt Bœotii.* Hunc locum expreſſum cenſeas verbis Diodori XIV. Biblioth. τοῖς μὲν ἰδίοις θάρσος παρέξειν· τοὺς δὲ πολεμίους δειλοτέρους ἔσεσθαι. *Gebhard.*

4 *Hoc in tempore nulla civitas.*] Sic edendum curavimus, cum à vulgatis quibuſdam exulet præpoſitio. Monetque diligentiſſ. Gifanius Conlectan. Lucretianis pag. 360.

5 *Nulla civitas auxilio fuit.*] Nam Lacedæmonii, ut ſcribit Juſtinus religione quatuor dierum obligati, poſt prælium convenerunt. Strabo lib. 9. aliam occaſionem ex Herodoto recenſet, Μαρδόνιον ὅπως Μιλτιάδης τὸς μετὰ Δάτιος ἦλθε Πέρσας δυνάμεις ἀφ' ὧν διέφθειρεν, ἐπεξεμείνας, ὑστερίζοντας Λακεδαιμονίους καὶ τὴν παντοίλιων. Ariſtides in citata declamatione geminas cauſas recitare videtur, Λακεδαιμόνιοι ἢ εἴτε ὑπὸ τῆς πρὸς Μεσσηνίους πολέμου, εἴτε τὴν παντοίλιων μᾶζονος, ἐδὲ αὐτοὶ βοηθεῖν εἶχον. *Langel.*

6 *Præter Platæenſium.*] Vel *Platæenſes.* Ἀθηναῖος Scriptor apud Scholiorum Auctorem in Ariſtophanis Equites: μόνων Πλαταιέων συμμαχησάντων αὐτοῖς χιλίοις ἀνδράσιν, ὡς ἐξισωθείσης τῆς τῶν Ἀθηναίων δυνάμεως τῇ Περσῶν. *Gebhard.*

7 *Ea mille miſit militum.*] Juſtin. *Platæenſibus auxiliaribus* mille. Herodo-

millia armatorum completa ſunt: quæ manus mirabili [1] flagrabat pugnandi cupiditate. Quo factum eſt ut plus, [2] quam collegæ, Miltiades [3] valuerit. Ejus enim auctoritate impulſi Athenienſes, copias ex urbe eduxerunt, locoque idoneo caſtra fecerunt. [4] Deinde poſtero die ſub montis radicibus [5] acie è regione inſtructa, [6] nova arte, vi ſumma prælium commiſerunt. Namque [7] arbores multis locis erant raræ,

tus cum univerſis copiis opitulatum Athenienſibus veniſſe adſerit: Ἀθηναίοις δὲ τέλαγμόν τις ἐν τεμένει Ἡρακλέους, ἐπῆλθον βοηθοῦντες Πλαταιεῖς πανδημεί. *Lambin.* Cui conſonum, quod Plutarchus dicit, novem millia Athenienſes in Marathonem miſiſſe. *Mag.* Cæterum Thucydides, ſolos Athenienſes cum Lacedæmoniis manus conſeruiſſe refert. Quod contra omnium fidem. Lege Iſocrat. Orat. IX.

1 *Flagrabat pugnandi cupiditate.*] Juſtin. II. *Magna in pugnam euntibus alacritas animorum fuit, adeo, ut cum mille paſſus inter duas acies eſſent, citato curſu ante jactum ſagittarum ad hoſtem venerint.* Vide Oroſium II. 9. Addit Iſocrates, paucos multis ſic obviam iviſſe, quaſi in alienis animabus non in ſuis periculum facturi eſſent. Panegyrico: ἁπλῶς τῶν τῇ οἰκείᾳ δυνάμει ἐχόντων ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς μυρίους ὡσπερ ἐν ἀλλοτρίαις ψυχαῖς μέλλοντες κινδυνεύσειν.

2 *Quam collegæ.*] Polyzolus, Cynægirus, alii. *Lamb.*

3 *Valuerit.*] *Valeret.* Cod. Dan.

4 *Deinde poſtero die.*] Concinnius in Veteri Cod. Danielis, *Dein.* Quomodo Alcibiade. *Dein Thebas* in eodem libro, pro *deinde.* Sic *exin* & *proin* dicebant. Vide Feſtum.

5 *Acie è regione inſtructa.*] Quomodo inſtructa fuit, narrat Herodotus VI. Muſa. Ita autem ille: Ὡς δὲ ἐς ἐκεῖνον περιῆλθε, ἐνθαῦτα δὴ ἐτάσσοντο ὧδε Ἀθηναῖοι ὡς συμβαλέοντες· ἦρχε δὲ σφέων κάρτα ἀγάστου ὁ πολέμαρχος Καλλίμαχος· ὁ γὰρ νόμος εἶχε τότε τοῖσι Ἀθηναίοισι, τὸν πολέμαρχον ἴσχειν κέρας τὸ δεξιόν. ἤγετο μὲν τότε, ἐξεδέκοντο ἐς ἀριθμίους αἱ φυλαί, ἐχόμεναι ἀλλήλων. τελευτῶσι δὲ ἐτάσσοντο, ἔχοντες τὸ εὐώνυμον κέρας, Πλαταιέες, ὑπὸ ταύτης γὰρ σφι τῆς μάχης, θυσίας Ἀθηναίων ἀναγόντων ἐς πανηγύρεας τὰς ἐν τῇσι πενταετηρίσι γινομένας, κατεύχεται ὁ κήρυξ ὁ Ἀθηναῖος, ἅμα τε Ἀθηναίοισι λέγων γίνεσθαι ἀγαθὰ καὶ Πλαταιεῦσι. τότε δὲ τασσόμενοι περὶ Ἀθηναίων ἐν τοῦ Μαραθῶνι, ἐνίκων τοιῇδέ τι. τὸ στρατόπεδον ἐξισόμουν τῷ Μηδικῷ στρατοπέδῳ τὸ μὲν αὐτὸ μέσον ἐγίνετο ἐπὶ τάξιας ὀλίγας. καὶ ταύτη λῷ ἀσθενίσατον τὸ στρατόπεδον. τὸ δὲ κέρεος ἑκάτερον ἔῤῥωτο πλήθεϊ. Vide ſequentia. Unde lux Juſtino adfertur: magnum dimicandi impetum Græcis inceſſiſſe, ut unanimi Marte impulſi, curſu in barbaros per octo ſtadiorum capedinem irruerent. *Keuchen.*

6 *Nova arte.*] Alibi vocat *conſilium novum*, ſingulare quoddam ad rem agendam ἕῤῥημα. I. 5. 3. Flor. 4. 2. *Boecler.* Locus impeditus mire variantibus libris. Noſter & Savaronis, *in parte montis ſumma.* Gifanii ſcidæ & Ultrajectina editio, *nona partis ſumma.* placuitque Scioppio lib. Veriſ. II. cap. X. equidem manuſcripti noſtri lectionem libens amplector, quod ad montis pedem inſtrui aciem potuit, pugna vero ad montis verticem committi urgente ut fit hoſtili acie. *Schottus.*

7 *Arbores multis locis erant raræ.*] Sic Ovidius:

— *Apparent frutices in vertice vari.*

Gebhard. Cæterum hoc ex conſuetudine militari inſtitutum. Quale ſtrategema infra de Eumene producit. *Keuchenius.* Mavult Kirchmajerus *Strata.*

1 *Arbo-*

raræ, hoc consilio, ut & montium tegerentur altitudine & [1] arborum tractu [2] equitatus hostium impediretur, ne multitudine clauderentur. Datis, etsi non locum æquum videbat suis, tamen fretus numero copiarum suarum, confligere cupiebat: eoque magis, quod [3] prius, quam Lacedæmonii subsidio venirent, dimicare utile arbitrabatur. Itaque in aciem peditum centum; equitum decem millia produxit, prœliumque commisit. In quo tanto plus virtute valuerunt Athenienses, ut decemplicem numerum hostium profligarent: adeoque perterruerunt, ut [4] Persæ non castra, sed naves peterent. [5] Qua pugna nihil adhuc est nobilius. nulla enim unquam tam exigua manus [6] tantas

1 *Arborum tractu.*] Arboribus productis, & longo ordine positis; sive longa arborum serie. Sic *tractus ævi* apud Lucret. 1. *Lambin.* Lege quæ idem ad hunc locum fuse tractat in Annotationibus. An arbores erant prostratæ, ut ingentem Persarum equitatum impediret? Frontinus 11. 9. *Cleomenes Lacedæmonius adversus Hippiam Athenienses, qui equitatu prævalebat, planitiem in qua dimicaturus erat, arboribus prostratis impedivit, & inviam equiti fecit.* Licet etiam capere *arborum tractum*, pro regione arboribus consita ac densa. *Gebhard.* Qualis campus Marathonius. Vide Pausan. 1. *Longol.*

2 *Equitatus hostium.*] Persarum. פָּרָשִׁים *Equus.* פָּרָשִׁי *Equitem* notat, unde Phareśi vel Persa; sicut ante dictum fuit. Sunt enim ἱππικῶς studiosissimi, & equitare à teneris edocti. Herodotus: παιδεύεται δὲ τοὺς παῖδας ἀπὸ πενταέτεος ἐς τὰ δεκάμηνα, μιχθὲν εἰκοσαέτεϊ τρέφειν μοῦνα, ἱππεύειν, καὶ τοξεύειν, καὶ ἀληθίζεσθαι. *Keuchen.*

3 *Priusquam Lacedæmonii subsidio venirent.*] Qui plenilunium exspectabant. *Lambin.* Secuti hoc omnes rei militaris periti duces. Cæsar 1. de B. G. 27. & lib. VII. c. 56. nam (ut ait Hirtius lib. 8. de B. G. c. 7.) *Miseriore ac duriore, conditione cum tali exercitu decertatur.* Gebh.

4 *Persæ non castra, sed naves peterent.*] Quod erat ingentis terroris indicium, & desperantium rebus suis, cum *acerrimus quisque castra, ut novissimam spem retineat*, teste Tacito 3. Hist. c. 48. *Gebhard.* Justinus 11. *Victi Persæ in naves confugerunt; ex quibus multæ suppressæ, multæ captæ sunt.* Herodotus: φθάσαντες δὲ τοῖσι Πέρσῃσι ἐς πόλεμον κατίστασθαι, ἐς ὃ ἀπὸ τῶν θαλασσίων ἀμυνόμενοι, πῦρ τε αὐτέων καὶ ἐμπρησμὸν ἔσχον τῶν νεῶν. lib. VI. Sic Pausanias, qui tamen in Marathonis lacum incidisse vult, ibique confertim aggregatos & cæsos. *Magius. Lambinus.*

5 *Qua pugna nihil adhuc est nobilius.*] Causam gloriæ hoc prœlio comparatæ subdit continuo. Sic Pausaniâ: *Hujus illustrissimum est prælium apud Platæas.* Quare ridiculum est, Schottum approbare; *Quoniam pugna nihil adhuc est nobilius.* Et referre ad ancipitem Martis aleam. *Gebhard.* De hac pugna Herod. Plato, Plutarchus, Pausanias, Valerius lib. 5. c. 3. lib. 8. c. 18. Justinus lib. 2. Frontinus lib. 4. Strateg. cap. 7. & ex Justino Orosius lib. 2. cap. 8. Per eos, qui ei interfuerant, jurare mos fuit. Athen. lib. 9. pugnata autem est Anno secundo Olympiadis 72. *Savaro.*

6 *Tantas opes.*] Δυνάμιν πολεμικὴν. Thrasybulo. *Neque tamen pro opinione Thrasybuli* [illegible] *opes.* Ulricus [illegible]

Comon

6 tas opes [1]proſtravit. Cujus victoriæ non alienum videtur, quale præmium Miltiadi ſit tributum, docere; quo facilius intelligi poſſit, eandem omnium civitatum eſſe naturam. [2]Ut populi noſtri honores quondam fuerunt rari & tenues; ob eamque cauſam glorioſi, nunc autem effuſi [3] atque obſoleti: ſic olim apud Athenienſes fuiſſe reperimus. [4] Namque huic Miltiadi, qui Athenas totamque Græciam liberavit, talis honos tributus eſt in porticu, [5] quæ Pœcile vocatur,

Canone & Dione. Flaccus lib. 3. Argon. verſ. 494.

—— *Repetit quo crimine Perſes,*
Barbaricas jam movit opes Hircanaque ſigna.

Deſiderata ſunt hoc prælio ex Perſico exercitu cc. hominum millia. *Oroſius* 11. 9. cxc. milites, *Herodot.* Valer. Max. libro 5. cap. 3. *Trecenta millia* refert. Dum conſligeretur, viſum fuiſſe, dicit Pauſanias, hominem facie & armis ruſticum, qui, cum aratro multos Perſas trucidaſſet, nuſquam loci poſtea conſpectus ſit. Quem Echetleum heroëm fuiſſe, poſtea Oraculum aperuit. Plutarchus Theſei ſimulachrum viſum voluit. Idem Polyzelum Prætorem, unum è decem, quendam ſpecie humana auguſtiorem conſpexiſſe, indeque cœcum redditum, auctor eſt. *Mag.*

1 *Proſtravit.*] Frequens phraſis. Cimone; *barbarorum uno concurſu maximam vim proſtravit.* Curt. lib. IX. pr. *Quicquid India virium fuiſſet, illa dimicatione proſtratum.* Cæſar lib. 7. cap. 78. *Nec ſtultitia ac temeritate veſtra aut imbecillitate animi omnem Galliam proſternere.* Gebhard.

2 *Ut populi noſtri honores.*] Scripti, *Ut enim P. R. honores.* Quod rectius. Nam alibi ſic loquitur. Exempla locorum paſſim obvia. *Keuchen.*

3 *Atque obſoleti.*] Sic legendum potius quam *aboleti*, ut habent libri vulgati. *Obſoletos honores* interpretor, tritos & nimis uſitatos. Oppoſuit autem obſoletos raris, effuſos tenuibus, ut ſit χαυνότερα. *Lamb.* Curtius lib. IX. cap. 1. *Jam pridem & obſoleta eſſe ſpolia de Perſis.* Cic. pro Fontejo. *Studia militaria apud juventutem obſoleta.* ſic *obſoleſcere* paſſim pro *vileſcere.* Gebhard.

4 *Namque huic Miltiadi.*] Alterum Miltiadis præmium ſunt tropæa ex hoſtium manubiis, quibus ſe à ſomno quotidie excitari jactabat Themiſtocles. Auctor Tullius 4. Tuſcul. & Plut. *Schott.* Deſcripſit autem Nepos locum ex oratione Æſchinis rhetoris contra Demoſthenem, ſive Cteſiphontem. παρεσκέλθετε ἐν τῇ ἀγορᾷ εἰς τὸν ζωὸν τὸν ποικίλον. ἁπάντων γὰρ τῶν κακῶν ἔρξων ὑπομνήματα ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀνάκειται. τί ἔν ἐστιν ὦ Αἰθιωπῶν ὁ ἐγὼ λέγω. ἐσθαῦτα ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη γέγραπται. τίς ἦν ὁ γραπτός; ὅτῳ μὲ ἐρωτηθέντες δοκεῖνεθαι ἂν ὅτι Μιλτιάδης. ἐπεὶ ἦν ἐπιγέγραπται πῶς, ἐκ ἤτησε τὸν δῆμον ἐκ ἔδωκεν, ἀλλ' ἀντὶ τῶν ὀνόματος σωσιχώρησεν αὐτῷ πρώτῳ γραφῶναι τοὺς γραπτοὺς. *Longol.* Lege *Plut.* in Cimone. Rem tangit Plin. lib. 35. cap. 8. fuiſſe autem hunc honorem athletarum ut iis icones ad vivum expreſſæ ponerentur docet Pet. Faber lib. 2. Agon. c. 21. *Schottus.*

5 *Quæ Pœcile vocatur.*] A picturæ varietate. *Pauſan. Ariſtid.* ποικιλία enim, ſive ποίκιλμα, *varietatem* denotat. ποικίλλω vero idem eſt quod *variego.* Unde Ariſtoteles XI. cap. 1. de Animal. avem colore variam *Pœcilidem* vocat. *Mag.* ποικίλη ante πισπαλάκης dicta. *Idem, Gebh. Longol.* Nomen mutatum fuit Phanippo imperante Athenis, ſub quo Marathonium prælium commiſſum. *Long.* Pictor hujus porticus Polygnotus

catur, quum pugna depingeretur Marathonia; ut in decem Prætorum numero prima ejus imago poneretur, iſque hortaretur milites, præliumque committeret. Idem ille populus poſteaquam majus imperium eſt nactus, & largitione magiſtratuum corruptus eſt, [1] trecentas ſtatuas Demetrio Phalereo decrevit. [2] Poſt hoc prælium claſſem ſeptua- 7
ginta navium Athenienſes eidem Miltiadi dederunt, ut [3] inſulas quæ barbaros adjuverant, bello perſequeretur. Quo imperio [4] pleraſque ad officium redire coëgit: nonnullas vi expugnavit. [5] Ex his Parum inſulam [6] opibus elatam,

gnotus Thaſius fuit. *Lamb.* Aglaophontis filius & diſcipulus. *Gebh.* Qui eam ſine ulla mercede, ſed ob gratiam duntaxat ſuæ urbem adductus, depinxit. *Mag.* Diog. Laërtius 8. in Zenone: Ἀνακάμπτων ὁ ἐν τῇ ποικίλῃ φησί, τὴν καὶ πεισαναξίλεω κεκλημένην, ἀπὸ τῶν γραφῶν τῶν Πολυγνώτου ποικίλης. Vide & Scholiaſt. Ariſtidis. Etenim prima pictura, qua porticus iſta depingi cœpit, Marathonia fuit pugna, adſcripto hoc diſtricho:

Ἑλλήνων στρατιὴ καὶ Ἀθηναίων Μαραθῶνι,
Ἕλκεσιν Μήδων εἶκε μυριάδας.

In eo epigrammate numerus καὶ ἰσοκλὼ, mendacio ſupra veritatem effertur. Variant alioqui à Probo omnes Græci Hiſtorici. *Long.* Sed Plutarchus mulieres quaſdam prius fuiſſe pictas demonſtrat. *Mag.* Quod cum Pauſania facit, qui Marathoniam pugnam in extremo picturæ fuiſſe delineatam, tradit. Vide Jan. Rutgerſii Var. lect. lib. 5. c. 1. J. Meurſii Athen. Atticas lib. 1. cap. 5. Similis Romæ fuit *Media*, vel *Medica*, de qua Perſon. in Sat. & porticus Argonautarum apud P. Vict. *Pæcile.* In excerptis: Ποικίλη. Ut ὀφρυσισμός, ἀεὶ, & alia Græco charactere & terminatione. *Keuchen.*

1 *Trecentas ſtatuas Demetrio Phalereo.*] Quæ eo vivo everſæ fuere. *Plut.* Narrant hiſtoriam Laert. v. & Strab. 9. *Longol.* Addendæ numero ad ſtatuarum ſexagintas ſtatuæ. Plin. 34. H. N. 6. Sequitur & Varro numerum prædictum. Strabo quoque plures quam trecentas, Diogenes Laërt. *trecentas ſexaginta* refert. *Kirchmaj.* Fuit autem hic Demetrius dictus *Phalereus* ad differentiam, à *Phalaris* Athenienſium porticu. eloquentiſſimi Peripateticorum Theophraſti diſcipulus primo poſt ob eximias virtutes, annis decem præfuit Athenienſibus. *Idem.* alter item Demetrius Pharius apud Strabonem lib. 8. γεωγρ. ἐμνημόνευσε δοκιμωτάτου Βίκτορος lib. 2c. Var. lect. cap. 4. cujus caſtigationem confirmat Strabonis locus alter lib. 7. Φάρος ἡ πρώτη Πάρος Παρεῖναι, ἐξ ἧς Δημήτριος ὁ Φαλεύς. *Schottus.*

2 *Poſt hoc prælium claſſem ſeptuaginta navium.*] Paullo aliter rem proſequitur Herodotus, aliam à Nepote cauſam ſubnectens. Verba lege lib. 6.

3 *Inſulas.*] Cycladas.

4 *Pleraſque ad officium redire coëgit.*] Schotti liber *plures*. Officium vero hoc notat obedientiam, qua populus magiſtratui tenetur. Infra Cimone; *Inſulas alienatas ad officium redire coëgit.* Gebh.

5 *Ex his Parum inſulam.*] Παρίαται δὲ ὁ Μιλτιάδης τὴν στρατιὴν, ἐπιπλεύσας ἐπὶ Πάρον, πρόφασιν ἔχων ὡς οἱ Πάριοι ἔστησαν πεντήρεσι στρατεύσαντες πρότερον ἐς Μαραθῶνα ἅμα τοῖς Πέρσῃσι. *Herod.* Vide ſequentia; & Ephorum apud Stephanum. Græci Scriptores cum de inſulis tradunt, quæ urbes habent cognomines; ita loqui ſolent, Πάρος ἡ νῆσος ἡ πόλις. Κίμωλος ἡ νῆσος ἡ πόλις. Quod

Plinius

tam,[1] quum oratione reconciliare non posset, copias è navibus eduxit, urbem[2] operibus clausit, omnique[3] commeatu privavit. Deinde[4] vineis ac testudinibus constitutis, propius muros accessit. Quum jam in eo esset ut oppido potiretur, procul in continenti lucus, qui ex insula conspiciebatur, nescio quo casu,[5] nocturno tempore incensus est. Cujus flamma ut ab oppidanis & oppugnatoribus est visa, utriusque venit in opinionem, signum à[6] classiariis regiis datum. Quo factum est, ut & Parii à deditione deterrerentur, & Miltiades timens ne classis regia adventaret, incensis operibus, quæ statuerat, cum totidem navibus, atque erat profectus, Athenas magna cum offensione civium suorum rediret.[7] Accusatus ergo proditio-

Plinius dixit, *Paros cum oppido ab Delo xxvIII. marmore nobili.* Quæ verba id significant, Paron insulam cum oppido ejusdem nominis distare ab Delo insula triginta octo millibus passuum. Ita isse accepit, quasi dixisset Paron cum oppido Abdelo, ut Abdelos sit nomen oppidi in Paro. *Salmasius.*

6 *Opibus elatam.*] Sic loquitur Tacitus xv. Ann. cap. 20. *Opibus nimiis ad injurias minorum elati.* Sic Alcib. *Secundæ fortunæ.* Pausan. *Victoria elatus.* Gebhard.

1 *Quum oratione reconciliare.*] Inclinat eo doctiss. Gronovius, ut probet *ratione*, hoc est, via aliqui commoda, conditionibus. Adi ipsum lib. II. Observ. cap. 10. & in Addendis p. 216. *Kerchen.*

2 *Operibus clausit.*] Operibus oppugnantur munitiora, quam quæ impetu seu corona capi, subigique possint. Tac. 5. Hist. 13. Livius 37. *Cum ad mœnia castra posuisset, non corona, sicut Lamiam, sed operibus oppugnare urbem est aggressus.* Vide Cæsar. lib. II. de B. G. cap. 12. Tacit. 6. Annal. 41. Græci vocant τὰ φέρεσις καὶ σαμβολὰς περιβαλεῖν, vel etiam περιλαμβάνειν. *Gebhard.*

3 *Commeatu privavit.*] Nempe mari prohibitos, atque intercluſos. Unde Ephorus ait: Πάρον ὁ δὲ δαιμόνιος περιτείχει μεγάλῳ ἔσαν τ κυκλάδων, (hoc est, quod Nepos *opibus elatam* dicit) καθιζήσαντος ἐπολιόρκει πολλῷ χρόνῳ τὴν δυναμένης ἐπιχωρεῖν, καὶ κατὰ γῆν μηχανήματα ἄγων. *Lambin.*

4 *Vineis ac testudinibus constitutis.*] De quibus legendus Justus Lipsius in libris πολιορκ. Vegetius lib. 4. cap. 14. & 15.

5 *Nocturno tempore incensus est.*] Circa Muconum. Ephorus: ἦδε ὁ τὸ τειχῶν πιπτούσῃσιν, καὶ ἐπὶ τὸ ἔρυμα δύνας πάλιν διωμολογημένων, ὕλης πύρος ἐξ αὐτομάτου ἐκεῖ τ Μύκωνον ἐξαφθείσης, οἱ δὲ Πάριοι δ' ἄλλην αὐτοῖς προθύειν ὑπολαμβάνοντες, ἐσφάγιόν τε τὰς ὁμολογίας, καὶ πάλιν ἐκ ἴσης τῷ Μιλτιάδῃ παρῆσθαι. Addit illos uti adhuc proverbio de pactis irritis, quod ἀναπεμάζειν, hinc vocant. De hoc incendio ne quid Herodotus & longe aliam causam disceſſus in Eratone refert. quem consule.

6 *Classiariis Regiis.*] Themistocles: *Cum classiariis Regis conflixit.* Id est, Xerxis, quemadmodum hic Darii. Rex enim Persarum speciali nomine Βασιλεὺς appellatur, Suidas, Curtius lib. 2. Hirtius & Xenophon epibatas vocant qui iidem cum classiariis.

7 *Accusatus ergo proditionis.*] A Xantippo

ditionis, quod quum Parum expugnare posset, [1] à rege corruptus, infectis rebus à pugna discessisset. Eo tempore æger erat vulneribus, [2] quæ in oppugnando oppido acceperat. Itaque quoniam ipse pro se dicere non posset, verba pro eo fecit frater ejus [3] Tisagoras. Causa cognita, [4] capitis absolutus, [5] pecunia mulctatus est, [6] eaque lis quin-

tippo Ariphronis filio. Herodotus: Ἀθηναῖοι δὲ ἐκ Πάρου Μιλτιάδεα ἐπὶ σφέων ἐόντα ἐπεποίηντο ἔχοντα ἐς χεῖρας, οἵ τε ἄλλοι, καὶ μάλιστα Ξάνθιππος ὁ Ἀρίφρονος, ὃς θανάτου ἐζημίωσε τὸν Μιλτιάδεα ὑπὸ τοῦ δήμου, Μιλτιάδεα ἐδίωκε τῆς Ἀθηναίων ἀπάτης εἵνεκα.

1 *A Rege corruptus.*] Reges absolute non dicuntur nisi de Persidis Regibus. Ita eos Plinius semper vocat. *Salmasius.* Unde apud Suidam, βασιλεὺς μέγας, ὁ τῶν Περσῶν. τοὺς δὲ ἄλλους ὑποτιθέασιν καὶ τῶν ἀρχομένων τὰ ὀνόματα οἷον Λακεδαιμόνιοι, Μακεδόνες. Quales Turcarum Imperatores, qui se omnium *ter Maximos* vocabant. Quæ appellatio ab Imperatoribus Constantinopolitanis propagata est una cum Imperio, quorum stemmata quadruplici β figurabantur: βασιλεὺς βασιλέων, βασιλεὺς βασιλέων. *Kenchen.*

2 *Quæ in oppugnando oppido acceperat.*] Sic Mss. & Lambinus. Reliqui *ceperat.* In Dione: *Accepit gravissimum parens vulnus morte filii.* in Epamin. *At Epaminondas cum animadverteret mortiferum vulnus se accepisse.* in Datame, *celans quantum vulnus accepisset.* Plin. Ep. 5. lib. 8. *Grave vulnus Macrinus noster accepit.* Savaro. Μιλτιάδης, αὐτὸς μὲν παρὼν ἐν ἀπολογίᾳ (διὰ τὸ ἀδυνατεῖν, ὡς τὰ σπουδαῖα τῶν μηρῶν) Herodot. Idem tradit, ei fuisse tentum convulsum, seu luxatum, dum desiliit ex solario aut, maceria. *Lambin.* Alii putridum factum vel emortuum volunt. Nonnulli ad sideration̄em perveniſſe, interpretantur ex Celso: quod probabile videtur, præsertim cum ex diversa causa apoplexia originem trahat; ut miratur Fernel. lib. 5. cap. 8. Path. *Kenchen.*

3 *Tisagoras.*] *Stesagoras* figmentum Longolii: cum contra extet in omnibus libris *Dixagoras.* P. Danielis excerpta *Sagoras*, Vulgati *Diagoras* nulla ratione. Verum Cl. Rutgersius è Libanio reducit *Tisagoras.* Idem accusat ex Herodoto erroris, quod multo antequam Miltiadi hoc accideret, jam obiisset ille. *Gebhard.* Herodotus causam ejus ab amicis defensam tradidit: ὑπαπολογέοντο οἱ φίλοι, & mox, τῆς μάχης τε τῆς ἐν Μαραθῶνι πολλὰ ἐπιμεμνημένοι, καὶ τῆς Λήμνου αἴρεζιν ὡς ἑλὼν Λῆμνόν τε καὶ Τισάγορον τοὺς Πελασγοὺς, παραδοὺς Ἀθηναίοισι. lib. VI.

4 *Capitis absolutus, pecunia mulctatus est.*] Προσχωμένου τῷ δήμῳ αὐτῷ, καὶ τῶν δικαστῶν τὸν θάνατον, ζημιώσαντες τῷ ἀδικήματι πεντήκοντα τάλαντοισι. *Herod.*

5 *Pecunia mulctatus est.*] Leve est, quod notamus, tamen quia crebrius occurrit, semel hoc loco observandum. *Mulctari* & *multari* promiscuè καὶ τὰ εἰθισμένα scribebant veteres, unde *multatus est* in Excerptis. Sed in aliis *mulcatus est*, pro *mulctatus*, vel *multatus*, quæ verba male confunduntur à literionibus vulgatis. Nam *mulcare* est aliquem verberibus excipere, unde *Mulcibri*: *mulctare* vero πληγὴν ζημιοῦν, pœnam pecuniariam alicui irrogare, à *multa*, cujus originem ad Sabinam linguam refert Varro in undevigesimo antiq. humanar. Nihil frequentius in libris occurrit, quam mutatio harum literarum invicem. *Kenchen.*

6 *Eaque lis quinquaginta talentis æstimata est.*] Id est, aureorum triginta millibus, si Budæo adhibenda fides. *Magius.* Litem æstimare, teste Asconio Pediano, est pecuniam, de qua lis fuit, & propter quam reus condemnatus est, in

quinquaginta talentis æſtimata eſt: quantus in claſſem ſumptus factus erat. [1] Hanc pecuniam quod ſolvere non poterat, [2] in vincula publica conjectus eſt, [3] ibique diem 8 obiit ſupremum. Hic etſi crimine Pario eſt accuſatus, tamen [4] alia fuit cauſa damnationis. Namque Athenienſes propter [5] Piſiſtrati tyrannidem, [6] quæ paucis annis ante fue-

ſummam redigere. Cimone: *Cum pater ejus litem æſtimatam populo ſolvere non poſſet.* Timotheo; *Hoc judicio damnatur Timotheus, liſque ejus æſtimatur centum talentis.* Vellej. Paterculus l. II. c. 8. *C. Cato conſularis M. Catonis nepos, Africani ſororis filius, repetundarum ex Macedonia damnatus eſt, cum lis quatuor millibus æſtimaretur.* Cæſar lib. 5. Comment. capite 2. *Arbitros inter civitates dat, qui litem æſtiment pœnamque conſtituant.* Ita creberrime loquitur Cicero. Val. Max. lib. v. cap. III. 2. *pœnam finire.* pro eodem. *Gebhard.* Sed talentum varium apud Veteres. Nam Atticum, affirmante Jul. Polluce, ſexaginta fuit minarum. Aliud rurſus Babylonium, aliud Syrium & Æginæum. Verba ejus l. IX. in univerſum ſunt hæc: Τάφοι μὲν οὖν ἀκριβέστερον, ὅτι μὲ ἀπλοῦν τάλαντον ἑξακισχιλίας ἔχειλε δραχμὰς ἀπλᾶς. τὸ δὲ Βαβυλώνιον, ἑπταχιλίας. τὸ δὲ Αἰγινατῶν, μυρίας. τὸ δὲ Σύρων πεντακοσίας καὶ χιλίας, ὡς φησὶ Φ Α πλοῦς δραχμὰς λογισμόν. Sed intelligenda hæc de talento nummario. Dixerit aliquis: *Quot ergo minarum erat ponderale talentum?* Reſpondeo, totidem. Docet id Diodorus apud Suidam his verbis: τάλαντον ὡς φησὶ Διόδωρος ἐν τοῖς περὶ σταθμῶν, μνᾶς ἔχει ξ. ἃ δὲ μνᾶ, δραχμῶν ρ. ἃ δὲ δραχμὴ ὀβολοὺς ἕξ. ὁ δὲ ὀβολὸς, χαλκοῦς ς, ὁ δὲ χαλκοῦς λεπτὰ ν. Quod Græci τάλαντον dixerunt, ἀπὸ Φ τλῆναι τὸ βάρος, à ſuſtinendo onus vel pondus, quum videlicet pecuniæ certa ſumma appenditur, hoc Hebræi appellant ככר *Cicar*, quaſi ponderis ſpeciem planam & extenſam placentæ inſtar, ut explicat Arias Montanus. *Funger.* Lege quæ de talentis ad Feſti locum notavit maximus Scaliger.

1 *Hanc pecuniam quod ſolvere non poterat.*] Græce μὴ ἐκτίλισέν τὸ τίμημα. Amplius vero calamo exarati libri: *Quod ſolvere in præſentia non poterat.* quod eſt, præſentibus nummis. *Schott.* Teſtantur hiſtorici Cimonem filium Miltiadis pecuniam pro patre numeraſſe. verum ne ſic quidem illum invidia & carcere liberatum. plura hac de re in vita Cimonis. *Longol.*

2 *In vincula publica conjectus eſt.*] In Pauſan. *huc ut venit ab ephoris in vincula publica conjectus eſt.* in Conone, & aliis. *Savaro.* Alludit eo Cicero pro Sextio: *Miltiadis calamitas non deterruit Themiſtoclem à republica defendenda.* Lege Pauſan. in Att. & Val. Maximum, l. 5.

3 *Ibique diem obiit ſupremum.*] Occurrit hæc Phraſis ſæpius apud noſtrum. In Dione. Timoleone, bis. de Morte autem Miltiadis Herodot. & Valerius Maximus libro 5. cap. 3. infra in Cimone. *Savaro.* Μιλτιάδης μὲ μετὰ ταῦτα σφαγιάσασθαι αὐτὸν τῇ μητρὶ, καὶ σπάσας αὐτὸ, τελευτᾷ· τὰ δὲ πεντήκοντα τάλαντα ἐξέτισε ὁ παῖς αὐτοῦ Κίμων. *Herodot.*

4 *Alia cauſa damnationis.*] Peculatus juxta Juſtin. lib. 2. ubi agit de Cimone, Seneca in controverſiis. *Miltiades peculatus damnatus in carcere alligatus deceſſit.*

5 *Piſiſtrati tyrannidem.*] Duæ tyrannidis ſpecies à Cicerone memorantur: Πεισιστρατισμὸς & Φαλαρισμὸς. *Keuch.* De hoc Piſiſtrato, ejuſque elogiis vide Pauſaniam in Atticis. Gellium Noct. Attic. 6. 17. Valer. Maxim. 8. 9. Herodot. lib. 1. Cicero ep. ad Attic. lib. 7. *Incertum eſt, Cæſar Phalarimne, an Piſiſtratum ſit imitaturus.* & Ariſtot. l. 5. de rep. 5. *Lamlin.*

6 *Quæ paucis ante annis fuerat.*] Tyranni-

fuerat, [1] omnium ſuorum civium potentiam extimeſcebant. Miltiades [2] multum in imperiis magiſtratibuſque verſatus, [3] non videbatur poſſe eſſe privatus: præſertim [4] cum conſuetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur. Nam Cherſoneſi omnes illos quos habitarat annos, perpetuam obtinuerat dominationem, tyrannuſque fuerat appellatus, ſed juſtus. Non erat enim vi conſequutus, ſed ſuorum voluntate, eamque poteſtatem bonitate retinuerat. [5] Omnes autem

rannidem Piſiſtratus conſtituit Olympiad. 2. anno 1. ut ex Tatiano, Clem. Alexandrino, & aliis conſtat. Quo tempore Archon Comias. Plutarchus: ἐπὶ Κομίου ἤρξατο τυραννεῖν Πεισίστρατος. Regnabat Romæ Servius Tullus. Vide Ciceronem in Bruto. Aulus Gellius XVII. 31. *Servio autem Tullo regnante, Piſiſtratus Athenis tyrannus fuit.* Meurſius. Tempus tyrannidis fuit XXXIII. annorum, Heraclides in Rep. Πεισίστρατος, τεσσαρακοντα τρία ἔτη τυραννήσας ἀπέθανεν De Piſiſtratidis eſt Herodoti locus Muſa quinta, qui accipiendus, ut XXV. impleto, ſextus inchoatus fuiſſe exiſtimetur. Valde erravit Ariſtoteles in iſtis verbis Politicor. 5. 12. ὥστε τὰ πάντα ἐχρῶντο ἔτη τεσσαράκοντα καὶ πέντε. Nam quod ille univerſum tempus ſtatuit, illud tantum Piſiſtratidarum fuit, ut ex Herodoto clarum. *Keuchen.* Quem vide lib. 1. & Juſtinum libro 2.

1 *Omnium ſuorum civium potentiam extimeſcebant.*] Hinc tam exoſa memoria fuit, ut viros quoſque præſtantiſſimos, cum excellere poteſtate in Republica incepiſſent, ſolo hoc duntaxat nomine amoverent. Poſt Hippiam decretum factum in omneis Piſiſtratidas longe aſperrimum; cujus mentio eſt in illo adverſus Philippum, quod exſtat apud Livium l. XXXI. Ac tam pertinaci odio eos deinde habuerunt, ut ne quidem accepta in Sicilia clade, in diſcrimen ſuum adducti, poſt annos nonaginta duos, cum exulibus quibuſcunque reditum darent, inſtaurandæ reipublicæ hos recipere voluerint. *Marcellinus* in vita Thucyd. De exoſo nomine ſub oſtraciſmo Cimonis & Themiſtoclis unus inſtat. omnium Ariſtides in oratione de Quatuor viris: Δοκοῦσι γάρ μοι (οἱ Ἀθηναῖοι) τὰς συμφορὰς ἐνθυμούμενοι, τὰς ἐπὶ τῇ Πεισιστρατιδῶν γνωμένας ἰδίοις, μηδένα βέλεσθαι μεῖζον ἰᾶν τῆ πολῶν φρονεῖν, ἀλλ' ἐξ ἴσου εἰς δικαίαν ἄγειν ἐποίουν, ἰλαύνοντες Κίμωνα, καὶ Θεμιστοκλέα. Vide Thucydidem de Alcibiade, lib 6. *Meurſius.*

2 *Multum in imperiis.*] *Magniſque*, Cod. Giſanii. *Schott.*

3 *Non videbatur poſſe eſſe privatus.*] Tanta eſt imperii dulcedo, tamque penetrans ambitio, ut dediſci non poſſit. Liv. lib. 11. cap. 2. *Neſcire Tarquinios privatos vivere.* Ariſtotel. III. Polit. cap. 3. Καὶ λέγ' τὰν' ἴσως Γ' ἄσων ἔφη, πεινεῖν, ὅτι μὲν τυραννοῖ, ὡς οὐκ ἐπιζάμενος ἰδιώτης εἶναι. Juſtin. XXXVIII. c. 9. *Demetrius privatam, etſi opulentam vitam portaſſus, tacitus in regnum fugam meditabatur.* Gebhard.

4 *Cum conſuetudine ad imperii cupiditatem.*] Iſaacus Caſaubonus Animadverſionibus Suetonianis, legit: *Cum imperii conſuetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur.* Ut τὸ *imperii* bis repetatur. *Schot. Boecler.* Quod probare non poſſum. *Gebhard.*

5 *Omnes autem & habentur & dicuntur Tyranni.*] Hæc videntur eſſe dicta propter C. Jul. Cæſarem, cujus potentiam immoderatam & injuſtam, ſive Æmilius Probus, ſive Cornelius Nepos, ut qui eſſet bonarum partium, non probabat. *Lambin.* Vox tamen *Tyranni* antiquitus bonæ ſignificationis regem de-

 notat.

autem [1] & habentur & dicuntur tyranni, qui poteſtate perpetua in ea civitate, [2] quæ libertate uſa eſt. Sed in tiade erat cum ſumma humanitas, [3] tum mira comitas nemo tam humilis eſſet, cui non ad eum aditus pateret gna auctoritas apud omnes civitates: nobile nomen:

notabat, unde & poëtæ omnes monente *Suida* ante bellum Trojanum reges & principes Tyrannos nominarunt. *Jupiter* deorum *Tyrannus* audit apud Ariſtophanem. Virgil. 7. Æneid. Ovid. XI. de Laomedonte. Martial. lib. 9. *Pellæum Tyrannum*, id eſt, regem, ut convenienter Raderus. *Kirchmaj.*

1 *Et habentur & dicuntur.*] Legunt Excerpta: *& dicuntur & habentur.* Cæterum *juſtus tyrannus* eſt Ariſtoteli τυραννος κατ' νόμιον, quales erant reges Orientis, qui non vi, ſed voluntate populorum, imperium obtinebant. *Kenchen.*

2 *Quæ libertate uſa eſt.*] Ἐν δημοκρατουμένῃ πόλει. *Schott.*

3 *Tum mira comitas.*] Sic conſtanter Mss. & vulgati omnes. Vetus Codex & Puteanus *Communitas* legebat. Sed ambigo, num receptum ſit nomen in ea ſignificatione apud Latinos auctores. *Communio* Sidonio noſtro epiſt. 3. l. 2. Vide notas ibidem & infra in Attico. *Sævaro. Communitas* noſtet & Giſanii codex. Sic Terent. Heaut. 4. 5. *Quemquam animo tam communi aut leni putas?* Suet. 21. *Nec ulla ſpectaculi genere com aut remiſſior erat.* Et Græci κοινὸν hibent. Demoſthenes περὶ στεφ. κ φιλάνθρωπον. Phocilidæ quoque tum, ut & Iſocrati in Euag. & Xe non ſemel 1. ἀλλὰ. Etymologiſt νὸς ὁ δίκαιος· γενόμενος· πᾶσι.

4 *Ut nemo tam humilis.*] Qui ſe in magna dignitate affabiles atqu tus faciles præbent altiora ſpirare ſ Tacit. 15. Ann. 46. de C. Piſone. *tis quoque communi ſermone & congreſſu.* tegit hoc ulcus Ariſt. IV. Polit. cap. Menelaus in Iphigeniâ Aulidenſi mmonis artes. *Gebh.*

MILTIADIS res habentur Plutarchum vita Cimonis. Herod ſertim l. 6. Pauſan. in Attic. Ælia 35. Platon. in Gorgia, Cic. paſſim Max. 5. 3. ext. 3. & 8. 14. ext. 1. Juſ 9. & 15. Gell. 17. 21. & alios. *Boecl.* Suidam in verbo Μιλτιάδης. *Ernſt.* giem ejus habes ex Herma Veteri imagines illuſtrium. F. Urſinus nun

MILTIADES.

Ejuſ

rei militaris maxima. Hæc populus reſpiciens, maluit eum innoxium plecti, quam ſe diutius eſſe in timore.

Ejuſdem Hermes alius repertus Romæ olim in monte Cœlio his verſibus Græcis & Latinis inſcriptus.

QVI. PERSAS. BELLO. VICIT. MARATHONIS. IN ARVIS.
CIVIBUS. INGRATIS. ET. PATRIA. INTERIIT.
ΠΑΝΤΕΣ. ΜΙΑΤΙΑΔΗ. ΤΑΛΑΦΡΙΑ. ΕΡΓΑ. ΙΚΑΚΙΝ.
ΠΕΡΣΑΙ ΚΑΙ. ΜΑΡΑΘΩΝ. ΣΗΣ. ΑΡΕΤΗΣ. ΤΕΜΕΝΟΣ.

Exhibent Gruterus inſcript. p. cccc xxxviii.6. & Joh. Faber in Commentario ad imagines Urſini pag. 58. Spectatur & in numiſmate pereleganti (neſcio quam vetuſto) quod penes me eſt effigies Miltiadis cum titulo ΜΙΑΤΙΑΔΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ, in averſa parte imago libertatis ſiniſtra manu pileum tenentis ſuper puero lauream attollente, cum hac inſcriptione ΕΛΛΗΝΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΕΙΑ.

THEMISTOCLES.

II.

THEMISTOCLES [1] Neocli filius Athenienſis. [2] Hujus vitia ineuntis adoleſcentiæ, magnis ſunt emendata virtutibus. 1

[1] *Neocli filius.*] Titulus hujus vitæ à Cornelio talis mihi videtur eſſe conceptus:

THEMISTOCLES NEOCLI FILIUS ATHENIENSIS.

Hujus vitia ineuntis adoleſcentiæ. Sic refingendum cenſeo titulum vitæ Alcibiadeæ:

ALCIBIADES CLINIÆ FILIUS ATHENIENSIS.

In hoc naturæ, &c. Idem tenendum in Timotheo, Chabria, Epaminonda, Eumene, Timoleonte, Annibale. *Gelbard.* Θεμιστοκλῆς, Ἀθηναῖος δημαγωγός, Νεοκλέους υἱός. *Suidas.* In veteribus libris manuſcriptis ea nomina Græca quæ primæ ſunt declinationis contractorum, Latine ab Æmilio Probo per ſecundam reddiuntur: ut, Περικλῆς, *Pericles*, Νεοκλῆς, *Neoclus*, & ſimilia. *Proclus* in Vita Ageſilai, cum Περικλῆς Græce ſcribatur. *P. Daniel. Savaro.* Verum ad Ciceronem Lambinus obſervat in Græcis hujuſmodi obliquis ς à fine ſæpe extritum, ut proxime in Ariſtide *Themiſtocli æqualis* pro Themiſtoclis. *Schottus.* Solebant Latini non raro Græca aut barbara ad Latinorum rationem inflectere & commutare. Sic hoc in loco pro *Neoclem*, *Neoclum* & inde *Neocli* noſter fecit, quemadmodum & paullo poſt pro *Neocles* in quibuſdam libris *Neoclus*. auctore Scotto, invenitur. Sic *Coum* & in ſecundo caſu *Coi* noſter dixit in Iphicrate ſub finem qui *Coty* alias Græca terminatione dicebatur. Item *Nectanebum* Ægypti regem, qui *Nectanebis* Plutarcho & aliis dicitur. *Buchner.* Adde Voſſium de Analogia 2. 9.

[2] *Hujus vitia ineuntis adoleſcentiæ.*] Achilles Tatius VIII. ἐρωτικῶν prope finem in tali exemplo: κἀμὲ ἔν τινι στάσει τῶν Θεμιστοκλέους, ὅτι κἀκεῖνος τὴν φρόνησιν ἡλικίαν σφόδρα δόξας ἀκόλαστος εἶναι, πάντας ὑπερβαλεῖν Ἀθηναίους ὑπέλαβον σοφίᾳ τῇ, καὶ ἀνδρείᾳ. Atque hunc colorem in Cæliana, ſuo propoſito accommodat Cic. c. 12. *Boecler.* Ipſe quippe dicere ſolitus erat, *afferos & indomitos pullos in optimos equos evadere, ſi quis illis diſciplinam rectamque inſtitutionem*

ta virtutibus: adeo ut anteferatur huic nemo, pauci pares putentur. Sed ab initio eſt ordiendum. [1] Pater ejus Neoclus generoſus fuit: [2] is uxorem Acarnanam civem duxit, ex qua natus eſt Themiſtocles. Qui quum minus eſſet probatus parentibus, [3] quod & liberius vivebat, & rem familiarem negligebat; [4] à patre exheredatus eſt. [5] Quæ contumelia non fregit eum; ſed erexit. Nam quum judicaſſet, ſine ſumma induſtria non poſſe eam exſtingui, totum ſe dedidit reipublicæ, diligentius amicis [6] famæque ſerviens. Mul-

adhibeat. Gebhard. Hinc Val. Maximus lib. VI. cap. 12. *Piget Themiſtoclis adoleſcentiam attingere, ſive patrem aſpiciam, abdicationi inurentem notam; ſive matrem, ſuſpendio finire vitam propter filii turpitudinem coactam; cum omnium poſtea Graji ſanguinis virorum clariſſimus exſtiterit, mediumque Aſiæ & Europæ vel ſpei, vel deſperationis pignus fuerit. Hæc enim ſalutis eum ſuæ patronum habuit, illa eadem victoriæ adſumpſit.* Enumerat ejus vitia Plutar. & Ælian. l. II. c. 12. *Schott.*

1 *Pater ejus Neoclus generoſus fuit.*] At Plutarchus contra: πατρὸς μὲν οὐ Νεοκλέους ὄντος ἀφανῶς Ἀθήνησι φρεαρίου δ' δήμου. *Longol. Lambin.*

2 *Is uxorem Acarnanam civem duxit.*] Turbant in matre Themiſtoclis Mss. Qui *Halicarnaſſiam* abnegant Mss. Codices *Acarnanam* ſubſtituunt. Longolius primus *Carinam* repoſuit. *Gebhard.* Nam Carina vel Cariatide matre Euterpe illum natum plerique prodidere. In quibus eſt Fanias, ut refert Plutarchus. *Lambin.* Quin idem Plutarchus tradit, Neanthem quendam memoriæ prodidiſſe, eam Halicarnaſſi natam eſſe. *Idem.* Sed certi nihil ob opinionum varietatem de nomine conſtitui poteſt. Maxima autem Hiſtoricorum pars meretricularn Threjiciam, Abrotanum nomine, illum edidiſſe teſtatur. Athenæus l. XIII. Amphicrates de claris viris idem hoc adſerit, adjecto epigrammate Iphicratis: quod ipſum & Plutarchus tacito auctoris nomine (videtur autem vitiatus ille locus) adduxit:

Ἀξεότονον Θρῄσσα γυνὴ γλύφω, ἀλλὰ τέκεσθαι
Τὸν μέγαν Ἕλλησιν φασὶ Θεμιστοκλέα. *Longol.*

3 *Quod & liberius vivebat.*] Imo nimis licenter & diſſolute: ut voluntii, qui Themiſtoclem ἀκόλαστον & ἀσώτων fuiſſe in adoleſcentia dicunt, ob eamque cauſam à patre abdicatum: in quibus ſunt *Ælianus* II. Var. *Suidas.* Quos refellit Plutarchus in Themiſtocle. Idem tamen ὥρᾳ τῆ θείᾳ βεβιωκὼς τιμιωρ. eorum ſententiam videtur probare. Quemadmodum in Ἀσπαθ. βασ. Θεμιστοκλῆς μειρακίου ὢν, ὡς πότοις ἐκυλινδεῖτο καὶ γυναιξί. *Lambin.* Vide ſis Athenæum, & Val. Max. VI. XI. 13.

4 *A patre exheredatus eſt.*] Ἀπεκηρύχθη, dicunt Græci, id eſt, abdicatus eſt, non quidem à familia patris alienatus, ſed propter effuſionem ab hereditate ſummotus. *Lambin.* Valer. 8. C. de patria poteſtate. Inter juſtas abdicationis cauſas, liberius vivendi morem & rem familiarem diſperdendi numerat Quintil. decl. 279. 290. *Sav.*

5 *Quæ contumelia.*] Contumelia non pro injuria. *l.* 1. *D. de injuriis.* ſed pro contemptu dicitur, ut Seneca in libell. *de conſtantia ſapientis.* & recte hæc exheredatio è perſona Themiſtoclis appellari poteſt. Vid. *Tit. Inſtit. de inofficioſ. teſt.* Ernſtius.

6 *Famæque ſerviens.*] Sic Cicero epiſt. ad Att. lib. VI. 10. *Perſuaſum eſt omnibus meis ſerviendum eſſe famæ meæ.* Et ep. 14. *ſpero meos omnes ſervire laudi meæ.* Lamb.

Multum in judiciis privatis verſabatur: ſæpe [1] in concionem populi prodibat: nulla res major [2] ſine illo gerebatur: [3] celeriterque quæ opus erant, reperiebat, facile eadem oratione explicabat. Neque minus in rebus gerendis promptus quam excogitandis erat: quod & de inſtantibus [4] (ut ait Thucydides) veriſſime judicabat, & de futuris callidiſſime conjiciebat. [5] Quo factum eſt ut brevi tempore illuſtraretur. Primus autem gradus fuit capeſſendæ reipu- 2
blicæ, [6] bello Corcyræo: ad quod gerendum [7] prætor à populo factus, non ſolum præſenti bello, ſed etiam reliquo tempore, [8] ferociorem reddidit civitatem. Nam quum pecunia publica [9] quæ ex metallis redibat, largitione ma-
1
giſtra-

1 *In concionem populi prodibat.*] Εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Vel: εἰς τὸ βῆμα παρήϊ, ſeu παρήρχετο. *Lamb.*

2 *Sine illo gerebatur.*] Editio Longoliana: *regebatur.*

3 *Celeriterque quæ opus erant, reperiebat.*] Addunt excerpta P. Danielis: *facile eadem oratione explicabat.* Quæ & Cl. Schottus ex Ultrajectino producit, cujus judicio aſſentior. Tale enim quicquam deſideratur, cum & prudentiæ juxta & eloquentiæ laude viguerit Themiſtocles. *Gebhard.* Vide Lucianum in Encomio Demoſthenis. Marcus Tullius in Bruto: *Conſtat tum prudentia tum eloquentia præſtitiſſe Themiſtoclem.*

4 *Ut ait Thucydides.*] Lib. 1. οἰκεία γὰρ ξυνέσει τὰ μὲν ἥκιστα προμαθὼν ἐς αὐτὰ ἐβούλευε, τὰ δ' ἂν ἐπιμαθὼν τῶν τε παροντων κράτιστα γνώμων, καὶ τῶν μελλόντων ἐπισκοπεῖσθαι ἥκιστα ἀμαρτάνων ἐξ ὧν ἐγίνετο εἰκαστής. Quem locum etiam M. Tullius profert epiſt. 3. lib. x. ad Atticum. Laudat & prudentiam & induſtriam ejus in proſpiciendis prævidendiſque futuris Ariſtides Rhetor. Plutarchus quoque de illo hoc adſerit: προῤῥώθην ἤδη πρόσθεν τὸ μέλλον. *Longol.*

5 *Quo factum eſt, ut brevi tempore illuſtraretur.*] Herod. l. 8. Θεμιστοκλῆς ταῦτα μὲν λέγων διέβαλλε· ἀθλωτὸς δὲ ἐπείθοντο. ἐπῃνέετο γὰρ καὶ πρότερον δεδοξασμένος εἶναι σοφὸς, ἐφάνη ἐὼν ἀληθέως σοφὸς τὰ καὶ δεύτερος, παύλῃ σε τοῖσι ἔπεσι λέγοντι πείθεσθαι. i. *Hæc Themiſtocles cum diceret non ex animi ſententia, fidem fecit Athenienſibus. Quoniam enim qui antea ſapiens habitus eſſet, repertus eſt vere ſapiens, & conſultus, omnino parati erant ei dicenti parere.*

6 *Bello Corcyræo.*] Vel ex aliquo hiſtorico, qui hodie non exſtat, ſumpſit hæc Probus; vel, pro *Corcyræo, Æginetico* legendum. Sic enim Herodotus lib. VI I. paucis poſt Oraculum Delphicum de muro ligneo: ἐτέρη δὲ Θεμιστοκλέϊ γνώμη ἐμπεσοῦσα ταύτης ἐς μαχὴν ἠείρθησι, ὅτε Ἀθηναίοισι χρημάτων μεγάλων ἐν τῇ κοινῶν, &c. Commemorat hoc bellum & Thucydides lib. 1. *Lamb. Long.* Item Polyænus lib. 1. Strat. Verum Plutarch. *Corcyræis* & Corinthiis datum arbitrum controverſiarum refert extremo Themiſtocle. *Longol. Schott.*

7 *Prætor à populo factus.*] Neque in Corcyræo bello egit imperatorem ſeu prætorem, ſed arbiter datus inter Corcyræos & Corinthios pro Corcyræis judicavit, & bellum compoſuit, ut à Plutarcho traditum eſt: χρώμενος δὲ αὐτῶν (Corcyræos intellige) κρίσις πρὸς Κορινθίους ἐχόντων διαφορὰς, ἔλυσε τὸν ἔχθρας, εἴκοσι τάλαντα κρίνας τοὺς Κορινθίους καταδικάσαι. *Longol.*

8 *Ferociorem.*] Ad periclitandum alioſque laceſſendos proteriorem ſive animoſiorem. Cicer. epiſt. *Victoria reddidit hominem ferociorem* in malam partem.

9 *Quæ ex metallis redibat.*] Argenti-fodi-

giſtratuum quotannis interiret: [1] ille perſuaſit populo, ut ea pecunia claſſis centum navium ædificaretur. Qua celeriter effecta, primum Corcyræos fregit: deinde [2] maritimos prædones conſectando, mare tutum reddidit. In quo cum divitiis ornavit, tum peritiſſimos belli navalis fecit Athenienſes. Id quantæ ſaluti fuerit univerſæ Græciæ, bello cognitum eſt Perſico. Nam quum [3] Xerxes [4] & mari & terra

fodinis, ut Græci referunt, ne quælibet metalla intelligamus. Iſte proventus Laureoticus erat, à Laureo Atticæ regiuncula, in qua fodinæ erant Athenienſium. Suidas, Thucyd. II. & VI. Pauſ. in Att. Strab. 3. & IX. Vitruv. VII. Cæterum deſcripſit hoc ex Herodoto lib. VII. Plutarchus, à quo Probus eſt mutuatus. *Longol.* De proventu Laureotico legendus Polyænus l. I. in Themiſt. Comm. 5. Verbum *redire* ſignificans περίοδον rarioris uſus. Cicero pro Roſcio: *Hæc bona in tabulas publicas nullas redierunt.* Gebhard. Videndus Meurſius Fortunæ Atticæ cap. 7.

1 *Ille perſuaſit populo.*] Dio Pruſæus Orat. 25. *De illo*, nempe Themiſtocle, *audiviſti, quod Athenienſes navali prælio certare coëgerit, cum antea fuiſſent pedites.* Ernſt.

2 *Maritimos prædones.*] Purioris ævi ſcriptores *Prædonem* tam in mari quam in terra latrocinantem vocant. Cicero in Verrem, *Feciſti item, uti prædones ſolent: qui quum communes ſint hoſtes omnium, tamen aliquos ſibi inſtituunt amicos, quibus non modo parcant, verum etiam prædâ quos augeant.* Conjungit idem Prædonem & Piratam: ibidem; *Hæc civitati iſti prædoni ac piratæ Sicilienſi Phaſelis fuit.* Et auctor ad Herennium; *Urbes piratis prædonibuſque patefactæ.* Sed noſter diſtinguit Epitheto *maritimi*, ut Valer. Max. VI. cap. IX. 15. de C. Julio Cæſare. *Gebhard.*

3 *Xerxes.*] Darii filius. *Herod. Thucyd. Diod. Plut.* In Tarih אחשורוש יבאר Iſphandiar. In ſacris annalib. אחשורוש, ut ex nomine probat Scaliger. Videtur poſt Cyrum nomen gentilitium fuiſſe Xerxes & Artaxerxes, præter nomen quod habebant ante Imperium. Omnes Reges, poſt illum memorioſum, dictos Ἀρταξέρξας ait Diod. Siculus XV. Etiam Darius ab Alexandro victus, dicitur Artaxerxes Iachiadæ ad Daniel. 12. ℣. 5. Ex אחשורוש autem, omiſſis gutturalibus, & ש quod fieri ſolet in ξ verſo fit Xwerx. Et quia ש durior eſt in media voce, etiam hæc à Græcis omiſſa, factum eſt Xerx, & cum Græca terminatione Xerxes. *Art* eſt additamentum quoddam honorificum, ut *Sha* apud Perſas poſteriores. Significat magnum, interprete Heſychio. *Scaliger, Grotius.*

4 *Et mari & terra.*] Hinc Val. Maximus lib. III. cap. 2. vocat *gravem illum & mari & terra Xerxem, nec hominibus tantum terribilem, ſed & Neptuno quoque compedes, & cœlo tenebras minitantem.* Schottus. Unde illa epitheta nata ſunt plena ambitionis atque arrogantiæ, φρενοβλαβὴς καὶ ἀτάσθαλος. Qualem Xerxem deſcribit Herodotus, Muſa VIII. & II. *Keuchenius.* Cæterum, ut de copiis, ſic de anno diſſentiunt Scriptores. Tradunt alii contigiſſe hanc in Europam trajectionem archonte Callia, cujus initium memoratur Olymp. LXXV. anno I. Auctor Anonymus: Ξέρξης εἰς Ἑλλάδα. Ξέρξης εἰς τὸν Ἀθηναίων ἐμβαλὼν, τὸν μὲν κόσμον ἐδήωσε. τὰς δὲ Ἀθήνας κατέσπασε, καὶ τὰς ναῦς ἐνέπρησεν, ἃ ἐπὶ Σαλαμῖνι ναυμαχία. Euſebius Chron. II. Ξέρξης εἰς Ἀθήνας ἐλθὼν, ἐνέπρησεν αὐτὰς, ἐπὶ Καλλιάδου Ἀθηναίων ἄρχοντος. Videndus Herodotus VIII. Meminit etiam Thomas Magiſter in vita Euripidis. Tradit Laërtius in Ana-

terra [1] bellum univerſæ inferret Europæ, [2] cum tantis eam copiis invaſit, quantas neque ante neque poſtea habuit quiſquam. Hujus enim claſſis [3] mille & ducentarum [4] navium longarum fuit, quam [5] duo millia onerariarum ſequebantur. Terreſtres autem exercitus, [6] ſeptingentorum mil-

in Anaxagora, τὸν Ξέρξεα λέγεσιν εἴκοσι ἐτῶν εἶναι, quippe qui natus Olymp. LXX. anno I. *Meurſius.* Polybius ait l. III. fuiſſe annum XXVIII. à primis Romæ Conſulibus. Diodorus in Conſulatum Sp. Caſſii II. & Procli Virginii conjicit, qui annus Urbis CCLXVII. Dionyſius citat Kæſ. Fabium, & Sp. Furium Coss. Nempe Romæ conditæ CCLXXII. Adi *Caſaub.* ad Polybium. *Scalig.* de Emend. Temporum lib. V.

1 *Bellum univerſæ inferret Europæ.*] Quod quinquennium inſtruxit. *Juſt.* II. Variant tamen, & tres tantum annos in iſthoc apparatu Xerxen conſumpſiſſe, inquit Diodorus. Julianus vero ὁ Θεμιστοκλέους, orat. priori de laudibus Conſtantii, inquit; τὸν Ξέρξου χρόνον ἐτῶν ἓξ ἐλάττονα δέκα πρὸς ἑπτὰ πόλεμον ἐπενόησε Θεμιστοκλέους. Quod eſſe non poteſt, cum ſexto anno, ex quo regnum adeptus eſt, bellum in Græcos moverit Xerxes. *Voſſius.*

2 *Cum tantis eam copiis invaſit.*] Addunt alii libri: *quantas neque antea neque poſtea habuit quiſquam.* Curtius lib. IV. I. *Rurſus rex Xerxes gentis ejuſdem ad oppugnandos cum immanium barbarorum copiis venit.* Gebhard. De quibus non convenit inter Hiſtoricos. Vide Herod. VII. Cteſiam in Perſic. Plin. XXXIII. 10. Diod. Siculum II. Iſocratem Panath. Plutarchum Parall. Juſtin. II. Quomodo autem exercitum Xerxes dinumeravit, vide Herod. VII. 60. Plin. IV. II. *Bongarſ. Eam invaſit.*] Ut Gloſſemata omiſit ſcriptus codex Schotti, & probe conſtat ſenſus, retinendum tamen putat *Gebhardus.*

3 *Mille & ducentarum navium.*] In navium numero valde variant. Æſchylo ut ſcienti, quemque illis temporibus proximum fuiſſe conſtat, creditur. Nam in Perſis tragœdia, quæ etiamnum exſtat, ita eas recenſet:

Ξέρξης ὃ κἀγὼ οἶδα, χιλιὰς μὲν ὧν νεῶν
Τὸ πλῆθος, αὐτὸς ὑπερέρχομαι τάδε·
Ἑκατὸν δὲ ἄλλαι ἦσαν, ἐπίστασθε δὲ κἀγὼ λόγῳ.

Nam quod Juſtinus lib. II. ex Trogo recenſet, mendacio quam veritati ſimilius eſt. Herodotus in ſeptimo, innumerabiles prope copias illius recenſet. Sed nemo cum Probo, præter Æſchylum rectius conſentit. *Longol.* Diodorus: τῆς δὲ σύμπασαι μαχαῖραι πλείους τ' χιλίων καὶ ἑξακοσίων. Plutarchus Æſchylum ſecutus claſſem mille navium, barbarorum fuiſſe ſcribit. Sic reliqui, aut in exceſſu aut in defectu peccarunt. Unum Iſocratem excipimus, qui Perſarum τελέρεις ἑξακοσίας καὶ χιλίας enumerat. *Keuchen.*

4 *Navium longarum.*] Militarium, quas Græci μακρὰς vocabant, & Livius quoque 25. 27. Cæſar B. G. 5. 25. ac Scaurus in libello de orthographia ſimpliciter opponunt *onerariis.* Videndus Scheffenus lib. 2. de Militia Navali Veter. cap. 2. & lib. 4. c. 1.

5 *Duo millia onerariorum.*] Quæ Græcis φορτηγοὶ νῆες, & νῆες ὁλκάδες appellabantur. *Camerar.*

6 *Septingentorum millium peditum, equitum quadringentorum.*] In numero terreſtrium copiarum mire variant auctores, Herod. lib. 7. capp. 184. 185. 186. Cteſias in Perſicis c. 23. Diod. Sic. II. 5. Plin. 33. 10. Ælian. 13. 10. Juſt. 2. 10. 18. Oroſ. 2. 10. Theodoret. Orat. 10. adv. Græcos. Iſocrates ait, Hominum univerſorum fuiſſe quingentas myriades, id eſt, quinquagies centena millia militarium, & ad pugnam aptorum ſeptingenta millia, ſeu ſeptuaginta myriades. *Lambin.* Sic Plutarchus περὶ Θεμιστ. Alii innumerabilem fuiſſe tradunt exercitum, ob immenſam multitudinem. Keu-

millium peditum, equitum quadringentorum millium fuerunt. Cujus de adventu quum fama in Græciam esset perlata, & [1] maxime Athenienses peti dicerentur, [2] propter pugnam Marathoniam: miserunt Delphos [3] consultum [4] quidnam facerent de rebus suis. [5] Deliberantibus [6] Pythia respondit, [7] ut mœnibus ligneis se munirent. Id responsum [8] quo valeret [9] quum intelligeret nemo, [10] Themistocles persua-

chen. Pompon. Mela spatio potius mensum exercitum, quia numero non poterat, auctor est lib. II, c. II. *Schottus.* Meminit D. Hieron. in Daniel. cap. 7. & his similia Euseb. in Chronico Olymp. LXXV.

1 *Maxime Athenienses peti.*] Venusta translatio à gladiatoribus, qui in quam partem ferri mucronem dirigunt, eam *petere* Latinis dicantur. Cicero de Oratore: *Gladiatores & vitando caute & petendo vehementer omnia faciunt, utiliter ad pugnam, & ad aspectum jucunde.* Pro Murena: *Etenim sciebam Catilinam non latus aut ventrem, sed caput & collum solere petere.* Claud. de Bello Getico v. 99.

Nec tanti nomen stirpemque abolere Getarum
Ut propius peterere, fuit.

Infra Annibale: *Sensit id non fortuito factum, sed se peti.* Liv. lib. XXXIII. *Annibalem unum se peti à Romanis non fallebat.* Tacit. Agricola c. 31. Just. l. XIX. c. 5. *Neq; enim dubium erat imperium Persarum his apparatibus peti.* Cicero in Clodium: *Quotiescunque me petisti, per me tibi obstiti, nunc remp. universam petis.* Gebhard.

2 *Propter pugnam Marathoniam.*] Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι πᾶν τοῦτο εἰς αὐτὸς ᾤοντο ἀφικνεῖσθαι, ἀφ' οὗ ἐν Μαραθῶνι ἐνίκων. Aliam causam istius belli affert Callicles apud Platonem in Gorgia; qui nullo alio jure hoc illatum disputat, quam quo res imbecilliorum, sunt potentiorum. *Lambin.*

3 *Consultum.*] Modum consulendi Oracula, notat ad Aristophanis Plutum Scholiastes, Οἱ μαντευόμενοι, inquit, ἐπὶ τρεῖς ἀνακοιτῶσι πρὸς τὸν θεὸν τὰς πυθίας ἐπιόντων, γενόμενοι ἐν πυκτίῳ τὸ ἥμισυ προβάτου αὐτοῖς κείμενον σφάγιον τι ἀμφιστάντες ἄρρῳ τῷ μαντικῷ ἐχρῶντο. Ὁ δὲ ἐνταχὺ σύμφωνον τοῖς ἐπικρίνουσι τοῖς προσκειμένοις ἀπεκρίνατο. Gebhard.

4 *Quidnam facerent de rebus suis.*] *Quidnam facerent rebus suis.* Schott. Lambin.

5 *Deliberantibus.*] Vide notas supra in Miltiad. *Principes Delphos deliberatum missi sunt.*

6 *Pythia responsit.*] Πύρξυ ἐπόντος ἔχρησεν ὁ θεός. Syrianus in Hermogenem. Sic τῷ θεῷ χρήσαντι, inquit Sopater, quod est, *Oraculo discere.* Keuchenius. Vid. sup. ad. I. 1.

7 *Ut mœnibus ligneis se munirent.*] Oraculum integrum, sive responsum exstat apud Herodotum lib. VII. Cujus vis in hoc latet carmine:

Τεῖχος τεξίσωμεῖ ξύλινον διδοῖ δίρυσσα Ζεύς
Μοῦνον ἀκρόθιλον τελέθειν, τὸ σε τίκτα τ' ὀνησῃ.

Jupiter è ligno muris Tritonida donat,
Qui soli invicti tibi sint, natisque salutí.

Refert & Polyænus lib. I. Strat. *Lamb. Longol.* Præter eos Aristot. I. Rhet. Cic. 3. de officiis & 10. ad Attic. epist. 7. Val. 6. 5. Frontin. I. Strat. 3. Justin. 2. *Savaro.*

8 *Quo valeret.*] Quo vergeret, quo propenderet, quorsum spectaret. Aristoph. Pluto.

Οὐκ οἶδ' ὅποι ὁ χρησμὸς εἰς τὰλλ' ῥέπει.

Cicer. de natura Deor. *Quod eo volebat.* Gebhard.

9 *Cum intelligeret nemo.*] Alii enim muris lapideis destructis ædificandos eorum loco ligneos interpretabantur. Quidam, veteres sepe ambiendos. A omnium optime Themistocles ἀφικνεῖσθαι-

ſuaſit, conſilium eſſe Apollinis, ut in naves ſe ſuaque conferrent: 'eum enim à Deo ſignificari murum ligneum. Tali conſilio probato, addunt ad ſuperiores totidem naves triremes, ſuaque [2]omnia, quæ moveri poterant, [3]partim Salaminem, [4]partim Trœzenem aſportant: [5]arcem ſacerdotibus pau-

πιθυάζεσθαι ὧν αὐτὸς ὡς ναυμαχήσοντας, συνεβούλευε, ὡς τότε ἰόντι· τὸ ξύλινον τεῖχος. Valebant namque Athenienſes claſſe, qui, ſi periculi impendentis metu & triſti prædictione oraculi de excidio Urbis territi, Xerxi ſeſe dedidiſſent, tota haud dubie Græcia in Perſarum poteſtatem fuiſſet redacta. Hinc non immerito eoſdem vocat *Græciæ Servatores* Herodotus. *Kenchen.*

† *Themiſtocles perſuaſit conſilium eſſe Apollinis.*] Maximus Tyrius Orat. III. Ὁ δὲ θεὸς αὐτοῖς χρᾷ φεύγειν τὸ ἄστυ ξύλινον τεῖχος. Θεμιστοκλῆς λέγει, ὅτι οἱ δοκεῖ τὸ ξύλινον τεῖχος αἱ τριήρεις εἶναι. Adducitque ut exemplum Ariſtoteles lib. I. Rhet. de futuris oraculis. Vide *Plutarchum* in Themiſtocle. *Polyænum* I. Strat. Hoc tempore Cyrſilus quidam Athenienſibus ſuadebat; ut in urbe manerent, Xerxemque reciperent. Sed ejus conſilium tanquam turpe relinquentes, lapidibus eum (ut Cicero inquit l. III. Off.) obruerunt. Legitur apud Demoſthen. ἐν τῷ περὶ στεφάνου λόγῳ. *Magius.*

1 *Eum enim à Deo ſignificari murum ligneum.*] Vulgati: *Eum enim ſignificari murum ligneum.* Frontinus eadem de re: *Melius itaque ſalutem navibus quam urbi commiſſuros: hujus ſententiæ etiam Deum auctorem eſſe.* Fundamentum præterea hujus ſuæ interpretationis habebat politicum. *Nam neque prælio pedeſtri, neque finium tutelæ neque obſidioni credebat ſufficere Athenienſes*, idem Julius lib. I. 3. *Gebhard.* Habes & oraculum hoc ejuſque interpretationem apud Suidam in dicto ἀτείλεσεν.

2 *Omnia quæ moveri poterant.*] Græci exponunt δυνατὰ ἢ χειμάπων. Rectius τὰ ἵππεια, quibus opponuntur τὰ ἴγγεια. Et Pauſanias dicit, ἵππεια eſſe κλίμακα τὰ μὲν ἴγγεια, ἀλλὰ πρὸς οἶκον κλῖναι πρὸς δυναμένου πλεῖσθαι. Quæ Euſtathius profert, ita ut & aliam ſuam opinionem adddat: ἢ μᾶλλον ἄλλως ἵππεια καθ' ἑτέρας, ἐν ᾧ ἱππόλης τὰ οἰκεῖα τὰ ἱππολάζοντα ἐν τῷ φορεῖσθαι. Infra Dione: *Dionyſius omnia quæ moveri poterant, Dionis in naves impoſuit.* Ammian. Marcell. lib. 28. cap. I. vocat *mobilem cenſum.* Juſtin. 38. 3. *Homines vero & quæcunque auferri poſſent, Tigrani cederent.* Gebhard.

3 *Partim Salaminem.*] Codex Ultrajectinus: *Partim Salamina, partim Trœzena.* Utrumque enim legitur *Salamine* & *Salamina.* Nam idem eſt. *Salamina* quippe & *Salamin* dicebatur. Illud magis Latinum eſt, ſiquidem ex quarto caſu Græcorum, πρὸς Σαλαμῖνα, factus eſt Latinis primus, *hæc Salamina*, ut in aliis ſexcentis. *Salmaſius.*

4 *Partim Trœzenem.*] Pomponius Mela lib. II. *Trœzenii fide ſocietatis Atticæ illuſtres.* Herodotus Urania: οἱ μὲν πλεῖστοι ἐς Τροιζῆνα ἀπέστελλαν, οἱ δὲ ἐς Αἴγιναν, οἱ δὲ, ἐς Σαλαμῖνα. Cicero libro III. Officiorum: *Athenienſes, cum Perſarum impetum nullo modo poſſent ſuſtinere, ſtatuerunt, ut urbe relicta, conjugibus & liberis Trœzene deportatis, naves conſcenderent, libertatemque Græciæ claſſe defenderent.* Vide *Frontinum* lib. I. cap. 3. & *Plutarchum.* Juſtinus II. *Conjuges, liberoſque cum pretioſiſſimis rebus abditis inſulis demandaſſe*, dicit. *Mag. Lambin.* Senes in inſulas deportaſſe, inquit Ariſtides in Oratione ὑπὲρ τῶν τριήρων. Conjuges vero & liberos Trœzenem miſiſſe, non in inſulas. *Voſſius. Partim Trœzenem aſportant.*] Non eſt, cur ex Excerptorum fide reſcribamus, *deportant.* Nam elegantius *aſportare* dicebant veteres de rebus neceſſitatis tempore deportatis. *Omnia quæ moveri poterant, partim Salami-*

pauciſque majoribus natu, [6] ac ſacra procuranda tradunt:
3 reliquum oppidum relinquunt. Hujus conſilium pleriſque civitatibus diſplicebat, & in terra dimicari magis placebat. Itaque [1] miſſi ſunt delecti cum Leonida Lacedæmoniorum rege, qui [2] Thermopylas occuparent, longiuſque barbaros pro-

nem, partim Trœzenem aſportant. In Veteri Onomaſtico: *Aſportare*, ἐμφέρειν. Gloſſarium: *Aſportavit*, ἐξεφορτίσατο. Apulejus lib. IV. Metam. *Aſportare quantum quiſque poterat. Aſportant* autem, ut *aſferrent* in iiſdem Excerptis, vita Miltiadis. *Keuchen.*

5 *Arcem ſacerdotibus, pauciſque majoribus natu.*] Plutarchus, infirmos viribus, affectaque jam ætate multos relictos fuiſſe dicit. Juſtinus horum non facit mentionem, ſed Xerxem ait, Athenarum urbem vacuam hominibus, incendio vaſtaſſe; eumque qui in homines ferro ſævitiam exercere non potuerat, eam igne in ædificia exercuiſſe. Pauſanias in Atticis, literis mandavit, Athenis homines armis ineptos remanſiſſe, ac eos etiam, qui melius quam Themiſtocles feciſſet, oraculum ſibi interpretati eſſe videbantur, eamque ob rem, arcem ab illis lignis valliſque fuiſſe munitam. Herodotus Pauſaniæ adſtipulatur, qui & pauperes relictos fuiſſe dicit. *Mag. Majoribus natu.*] Senioribus. In Iphicrate: *Ut non ſolum ætatis ſuæ cum primis compararetur, ſed ne de majoribus natu, &c.* In Timoth. *non ceſſit natu majorum auctoritati.* i.e. Timothei & Iphicratis veterum Imperatorum, ut explicat Varro apud Nonium. & Val. Max. 2. 1. ext. 9. ibid. ext. ſeq. *Savaro.*

1 *Ac ſacra procuranda.*] Intelligit plurimorum Deorum ſimulachra, & alia idola, quæ ibi aſſervabantur. Vide ſis paſſim incomparabilis Meurſii Cecropiam. *Keuchen.*

2 *Miſſi ſunt delecti cum Leonida Lacedæmoniorum rege.*] Qui vocabantur poſtmodum Græciæ Proviſores. Erantque trecenti numero: Herodotus Polyhymnia: ὃς τότε (Leonidas) ἵκετο ἐς Θερμοπύλας, ἐπιλεξάμενος ἄνδρας τε τοὺς κατὰ-

στῶτας τριηκοσίους, καὶ τοῖσι ἐτύγχανον παῖδες ἐόντες. Quo libro tradit, illos fuiſſe milites gravioris armaturæ; additque ex pleriſque Græciæ civitatibus miſſos tales delectos. Ex Tegæetis & Mantineis mille quingentos ex utriſque: ex Orchomeno Arcadiæ urbe centum & viginti; ex reliqua Arcadia mille, à Corintho quadringentos: à Phliunte ducentos: Mycenæorum octoginta: à Bœotiis & Theſpienſibus ſeptingentos: Thebanorum quadringentos. Ad hos acceſſerunt evocati Locrenſes Opuntii cum univerſis copiis, & Phocenſium mille. Ex quibus intelligere licet, ex Lacedæmoniis trecentos duntaxat fuiſſe, qui ad Thermopylas cum Perſis pugnarunt. Quod confirmat & Plutarchus τῷ αὐτῷ λογῳ. Λεωνίδας ἅμα τριακοσίοις ἐπέμφθη εἰς Θερμοπύλας ὑπὸ Λακεδαιμονίων. Sed Iſocrates & Diodorus, mille tantum dilectorum fuiſſe, tradunt. Cteſias non ponit numerum, ſed illorum virtutem miris laudibus inclamat. Vide ipſum lib. XII. Περσικῶν. Ubi adjungit, duobus diebus Xerxem Græcis oppoſuiſſe exercitum. Hæc fere *Lambinus.* Quo animo ad pugnam iverit Leonidas, explicat Plutarch. in apopht. Lacon. *Cum Leonida.*] De Leonida multa collegi in Senecæ Rhetoris Suaſor. 2. ad de Strabon. lib. IX. Geograph. *Schuttus.*

8 *Thermopylas.*] Διόδυμος, ut ſi tranſitum dicas, vocat Herodotus. Et addit à pleriſque Græcis *Thermopylas* dici, ab incolis *Pylas*: καλέεται ὦν ὁ χῶρος οὗτος ὑπὸ μὲν τῶν πλεόνων Ἑλλήνων, Θερμοπύλαι· ὑπὸ δὲ τῶν ἐπιχωρίων καὶ περιοίκων πύλαι. Harpocratio ſcribit; *Thermopylas*, Pylas, id eſt, portas dici, quod anguſtus ſit introitus iis, qui è Theſſalia in Phocidem iter habent. *Lambin.* Vocantur etiam à Thermis, quia calidæ

progredi non paterentur. Hi vim hoſtium non ſuſtinuerunt,[1] eoque loco omnes interierunt. At claſſis communis Græciæ [2]trecentarum navium, in qua [3]ducentæ erant Athenienſium, primum [4] apud Artemiſium, inter Euboeam continentemque terram cum claſſiariis regis conflixit. [5]Angustias enim Themiſtocles quærebat,[6]ne multitudine circumiretur.

calidæ aquæ in ipſis faucibus ſunt. *Livius.* Qui addit, Thermopylas locum appellari nobilem Lacedæmoniorum adverſus Perſas morte magis memorabili, quam pugna. Alii notationem à Pylade trahunt, quæ frivola eſt, & Græcorum ſimilis. πύλαι dictæ, quas januas vocant, vel portas: unde Thermopylæ. Cicero v. ad Atticum: *Itaque conſeſtim iter in Ciliciam fecit per Tauri pylas.* Pylæ Ciliciæ & Pylæ Suſidæ apud Plinium & Curtium. Tales erant Thermopylæ mons, qui à Leucade incipiens, atque inde ad ortum flexus, in Ægæum uſque mare protendebatur. In Ægypto non abſimilis fuit Pihachiroth, duo montes ad mare rubrum inſtar oris hiantis. *Keuchen.*

1 *Eoque loco omnes interierunt.*] ccc. Lacedæmonii, cum D. circiter ſociis, qui Theſpienſes erant & Thebani. Ex quo Leonidæ jocus, qui cum videret milites ad pugnam paratos, juſſit eos prandere, tanquam apud inferos eſſent cœnaturi. *Lamb.* Erecta cæſis publica monumenta in agro Locrenſium; ut qui pro libertate patriæ interiiſſent. Suntque illa locus *polyandrion* apud Strabonem, quaſi multorum cœmiterium dicas. Inſcripta tropæis epigrammata, quæ videas apud eundem libro nono. Cæterum diverſo loco cecidiſſe, ex Geographis clarum eſt. Pomponius Mela lib. II. *Maliacus & Opuntius grandes ſinus, & in his cæſorum etiam Laconum tropæa.* Keuchen.

2 *Trecentarum navium.*] CCLXXI. *Herodot.* in principio Οὐεγενίας· Ἀριθμὸς δὲ τῶν συλλεχθεισῶν νεῶν ἐπ' Ἀρτεμίσιον, ἦν, πάρεξ τῶν πενηκοντόρων, διηκοσίαι καὶ ἑβδομήκοντα καὶ μία. Præter penteconteros, id eſt, navigia quinquagenum remorum. Illa erant novem, duo Chiorum, ſeptem Locrorum Opuntiorum. Ergo cum illis univerſa claſſis fuit navium CCLXXX. Sed & de Platæenſibus non conſtat. Ut credibile ſit illos etiam quaſdam ad inſtaurandam claſſem contuliſſe. *Keuchen.*

3 *Ducentæ erant Athenienſium.*] LX. Iſocrat. CXXVII. Herodot. lib. 8. Ἀθηναῖοι μὲν, νέας παρεχόμενοι ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑπτά. Sed vetiſimile eſt, alterum defectu, alterum exceſſu peccaſſe. *Idem.*

4 *Apud Artemiſium.*] Quæ ſecunda pugna inter Xerxem & Græcos; quarum una terreſtris ad Thermopylas, duæ maritimæ ad Salamina & Artemiſium. *Keuchen.* Plutarchus in vita Themiſtoclis ita Artemiſium deſcribit: ἔστι δὲ τῆς Εὐβοίας τὸ Ἀρτεμίσιον ὑπὲρ τῆδε ἐσταλμένον αἰγιαλὸς εἰς βορέαν ἀνατεταμένος, ἀντείνει δ' αὐτοῦ μάλιστα τῆς ὑπὸ Φιλοκτήτῃ χώρας γνωμένης ὀλιζόνων. Addit & originem appellationis: ἔχει δὲ ναὸν μέγαν Ἀρτέμιδος ἐπίκλησιν προσπόλεως. *Longol.* Ἄρτεμις nobis Dianam, quæ Luna eſt, ſignificat; ut teſtatur Macrobius Saturn. lib. I. cap. 15. & lib. 6. cap. ultimo. Sic autem dicta, quaſi ἀεσότομις, hoc eſt, aërem ſecans. Ἀρτεμίσιον autem feſtum & ſtatuam Dianæ ſive Lunæ ſignificat. *Mag.*

5 *Angustias enim Themiſtocles quærebat.*] Hortabatur Ariſtidem, ἐν τοῖς στενοῖς ναυμαχῆσαι. Plut. in Vita. Hoc ſemper obſervandum cum minores numero ſumus. Sic Miltiades non modo ſuos ſervavit ſed & hoſtes vicit. ſupra I. 5. 3. Et vetus eſt illud apud Vegetium 3. 26. *Amplius ſæpe locus prodeſt quam virtus.* Buchn.

6 *Ne multitudine circumiretur.*] *Multitudine circumiri* eſt ab eadem circumveniri, circumquaq; cingi. Cic. Philip. XIII. *Qui ſe circumiri totius belli fluctibus, quam*

illum

iretur. Hinc etſi [1] pari prælio diſceſſerant, tamen eodem loco non ſunt auſi manere, quod erat periculum, ne, ſi pars navium adverſariorum Euboeam ſuperaſſet, [2] ancipiti premerentur periculo. Quo factum eſt ut ab Artemiſio diſcederent, [3] & exadverſum Athenas [4] apud Salamina claſſem
4 ſuam conſtituerent. At Xerxes Thermopylis expugnatis, protinus [5] acceſſit Aſtu: [6] idque nullis defendentibus, interfectis

illum aut regredi aut progredi maluit. Ex quibus patet ſane eum locum habere Datame: *iis locis caſtra ponit, ut neque circumiri multitudine adverſariorum poſſet.* Ubi Lambinus non neceſſario *à* præpoſitionem interponit. Latino autem cœlo utrumque probum atque uſitatum eſt. Ibid. *Locum delegit talem, ut neque circumiretur ab hoſtibus, neque præteriret adverſarius, quin ancipitibus locis premeretur.* Frontinus lib. II. cap. III. 17. *Qua ratione ne circumiretur ab hoſte, & peditum numero & maxime equitatum ſuperante conſecutus eſt.* Gebhard.

1 *Pari prælio diſceſſerant.*] Æquo Marte & æquis manibus. Tacit. I. Annal. cap. 63. *Inde hoſtibus terror, militi fiducia, & manibus æquis abſceſſum.* Salluſt. Catil. *quod ſi primo prælio Catilina ſuperior aut æqua manu diſceſſiſſet.* Curt. lib. 6. cap. 2. *duarum nobiliſſimarum bello gentium exercitus pari Marte pugnabant.* Græci vocant ἐπεροκλίνως ἀγωνίζεσθαι. *Gebhard.* Sic Herodotus libro VIII. ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ ὁμοκλινέσι ἀλλήλοισι ἐχρώντο. & Diodorus. Sed Iſocrates ait in Panegyrico, Athenienſes adverſariorum naves quæ in primo ordine erant, ſuperaſſe. *Lambin.* Unde Pindarus Artemiſium, φανὰν κροπιδὰν ἀλαθείας vocat, quaſi ex iſta pugna Græci animos ceperint, ut arbitrarentur, ſe in libertate patriæ defendenda Xerxe poſſe ſuperiores eſſe. *Longol.*

2 *Ancipiti premerentur periculo.*] Hoſte & à fronte & à tergo inſtante. Sic Curtius dixit VII. 46. *ancipiti periculo implicitus.* Græci vocant μάχλω ἀμφισβήτημον. Curt. lib. III. cap. 26. Cæſar lib. VII. Comm. cap. 76. Curt. lib. 5. cap. 24. *Undique ergo Macedonum armis fulgentibus ancipiti malo oppreſſi.* Varro; *Cæſar reverſionem fecit, ne poſt occipitium in Hiſpania exercitus quierant, relinqueret: quo ſe conjiceret Pompeius, ut ancipiti urgeretur bello.* Gebhard.

3 *Et ex adverſum Athenas.*] Ita melioris notæ Codices. *Adverſum* tamen repoſuerunt, quibus ſuſpecta fuit compoſita præpoſitio *exadverſum*; cum antiquiores habeant, *& exadverſum Athenas.* Ut in Thraſybulo: *quidem exadverſus Thraſybulum*, pro *adverſus* vel *adverſum.* Utitur Terentius etiam in Adelph. & Phormione. *Keuchen.* Et Cicero de Divinatione. Plura hac de re Voſſius 4. de Analog. 23.

4 *Apud Salamina.*] Idque non ſine conſilio & magno labore Themiſtoclis, cum Græci in ſuas quiſque ſedes reverti vellent, multique adeo ſe domum recepiſſent. Vide Diodorum IL & Herodotum Uran. *Lambin.*

5 *Acceſſit Aſtu.*] Codex Ms. Longolii: *acceſſit Arcem.* Quod non probo. Ut Romani *Urbem* κατ' ἐξοχὴν ſuam Romam: ita Græci inque iis præcipue Attici Athenas vocabant *Aſtu.* Alcibiade: *Poſtquam Aſtu venit.* Etiam *Urbem* καθ' ἐξοχὴν. Phocione: *cum Demade de Urbe tradenda Antipatro conſenſerat.* Vitioſe exſcriptores exhibuerunt *Arcem*; Longolii editio *aſtum*: Et ita Attius Oenomao:

— *Ut omnes qui arcem aſtumque incolunt.*

Stephanus de Alexandria: ἁλίσκετο δὲ κατ' ἐξοχὴν Πόλις, ἡ πολίτης ἐξ αὐτῆς, ὡς Ἀθηναῖος ὁ Ἀθηναίου καὶ Ἀθηναῖοι, ὡς ἐκ τῆς Ῥώμης λέγει Οὔιργ. *Gebhard.*

fectis ſacerdotibus, quos in arce invenerat, [2] incendio delevit. [2]Cujus fama perterriti [3] claſſiarii, quum manere non auderent, & plurimi hortarentur, ut domos ſuas quiſque diſcederent, mœnibuſque ſe defenderent: [4] Themiſtocles unus reſtitit, & [5] univerſos eſſe pares ajebat: [6] diſperſos teſtaba-

Gebhard. Sic Cicer. de Legib. *ut veſtri Attici priuſquam Theſeus eoſdem migrare ex agris & in Aſtu quod appellatur omnes ſe conferre juſſit.* Longol. Sic Medina Arabum & Iracenſium. Et קרתא Phœnicibus urbs eſt: unde Carthago & Carthagena, civitas hortorum, quam Græci ἀνθεμοῦσαν verterunt. Ab aſtu mediaſtinus dicitur, & ἀστυκοὶ ἀγῶνες Græci inſtituti, ludi aſtyci, ἀλλωιζοντες, ut obſervat Joſ. Scaliger. Qui etiam τὸ ἄστυ veras Athenas dixit. Vide Turneb. & alios. *Kruchen.*

6 *Idque nullis defendentibus.*] Urbem nulli defenderunt; ſed arcem, qui in ea relicti erant: Neque eam ſine magno labore, multiſque machinis ac telis Perſæ ceperunt, ſed via quadam ardua & præcipiti reperta, quam nemo idcirco cuſtodiebat, quod ea neminem aſcenſurum quiſpiam ſuſpicari poterat. Herod. in Uran. *Lamb.* Pauſanias quoque in Atticis, barbaros ex tali præruptò loco arcem conſcendiſſe teſtatur. *Mag.*

1 *Incendio delevit.*] Sic Herodotus: τὸ ἱερὸν συλήσαντες, ἐνέπρησαν πᾶσαν τὴν ἀκρόπολιν. Sed aliter Gellius lib. 6. cap. 17. *Lamb. Mag.* Phraſis elegans. Iphicrate: *Non prius Thebani Spartæ abſceſſiſſent, quam captam incendio deleſſent.* Curt. lib. III. cap. 38. *Dis dedita templa ruinis & ignis eſſe deleta.* Flor. II. 6. *Quæ quantaque utriuſque caſtra facibus illatis una nocte delevit!* Cicero: *Tu cruore & flamma omnia delere vis.* Gebhard.

2 *Cujus fama perterriti.*] Sic ſolus P. Daniel. Alii *flamma.* Quid autem in eo ſit abſurditatis doceri velim. Salamis enim tam longe non diſtat Athenis, ut flamma incenſæ urbis cerni non potuerit. Lectionem, quam dico, manifeſte ſtabilit è Miltiade per Savaronem adductus locus: addo ego Claudiani, è lib. II. in Eutrop.

——*longe ſpectari puppibus arces*
Accenſas, lucere ſretum. Gebhard.

3 *Claſſiarii.*] Græci, qui hujus incendii nuntio ita perterriti erant, ut nonnulli etiam Duces, qui ad Salaminem erant, paſſis velis fugam ornarint. *Herod.*

4 *Themiſtocles unus reſtitit.*] Exſtat oratio ejus, qua ad Eurybiadem uſus eſt, apud Herodotum. Quem cum in ſententiam ſuam adduxiſſet, adverſus Corinthios, qui ad Salaminem pugnare nolebant, fuit alia aſtutia adhibenda; de qua mox Probus. Alii tamen nec Eurybiadem ſatis motum eſſe, narrant; quibus aſſentiri videtur Plutarchus apophth. Lacon. Ibi, μὴ πιθὼν δὲ Εὐρυβιάδην ἐν τοῖς ἕνοις ναυμαχῆσαι, κρύφα πέμπει βάρβαρον ὑπηρέτην. *Lamb.* Vide ſequentia.

5 *Univerſos pares eſſe.*] Cæſar 6. Com. cap. 34. vide Frontinum lib. 1. cap. 10. Locum in mente habuit Ciceronis ad Atticum: *Nos dixiſſe manu pares adverſariis eſſe non poſſumus.* Id eſt, reſiſtere & bellum ſummovere. Infra Alcibiade: *Neque terra neque mari hoſtes pares eſſe potuerunt.* Eumene; *Hoc Antigonus cum comperiſſet intelligeretque ſe parem non eſſe paratis adverſariis.* Annib. *Dolo erat pugnandum cum par non eſſet armis.* Cæſar lib. 1. Comm. de Bell. Gall. cap. 40. Cicero pro Lege Manilia: *Hi nullo in loco pares jam prædonibus eſſe poterant.* Juſtin. lib. VII. cap. 6. Par ergo eſt ἰσοπαλὴς. *Gebhard. Et univerſos eſſe pares ajebat.*] Recte feceris, ſi Excerptorum auctoritate immiſeris vocem: *Et univerſos pares eſſe poſſe ajebat.* Sed in aliis: *& in univerſum*, ſalvo ſenſu & ordine. Gloſſæ veteres: *in univerſum*, ὅλως, ubi ὅλως reſcribendum, non dubitabunt, qui Græce ſciverint. *Kruchen.*

6 *Diſperſos teſtabatur peritiores.*] Sa-

pien-

ſtabatur perituros. Idque Eurybiadi Regi Lacedæmoniorum, [1] qui tum ſummæ imperii præerat, fore affirmabat. [2] Quem quum minus quam vellet, moveret, noctu [3] de ſervis ſuis quem habuit fideliſſimum, [4] ad regem miſit, ut ei nunciaret ſuis verbis, adverſarios ejus in fuga eſſe. Qui ſi diſceſſiſſent, [5] majore cum labore & longinquiore tempore bellum confecturum, quum ſingulos conſectari cogeretur; quos ſi ſtatim aggrederetur, brevi univerſos oppreſſurum. Hoc eo valebat, [6] ut ingratiis ad depugnandum omnes cogeren-

pientiſſimum monitum. ſic Tac. de Britannis in vita Agricolæ 12. *Ita dum ſinguli pugnant, univerſi vincuntur.* Thucydides lib. 4. εἰπὼν ὡς καθ' ἡσυχίαν βλαπτόμενοι ξυμπαραλύσει κινδυνεύσομεν. *Gebh.*

1 *Qui tum ſummæ imperii præerat.*] Athenienſium & Themiſtoclis conceſſu; ut narrat Herodotus lib. VIII. in principio: τὸν δὲ στρατηγὸν ἦτε μέγιστον κάρτῳ ἔχοντα παρεῖχον Σπαρτιῆται, Εὐρυβιάδεα δὲ Εὐρυκλείδεω οὐ γὰρ ἐμέμαχοι οὐκ ἐφάτιζον, ἢν μὴ ὁ Λδμειῶν ναύαρχος, Ἀθηναῖοι δὲ ἦσαν οἱ πολλοὶ στρατεύματος. *Lambin. Longol.* Et Plutarchus dicit, Græcos, maximeque Lacedæmonios Eurybiadi imperium demandaſſe. Juſtinus *Eurybiadis* non meminit. *Magius.*

2 *Quem quum minus, &c.*] Cauſam addit Herod. in principio Octav. *Longol.* Plutarchus ait Eurybiadem timidum ignavumque fuiſſe in adeundis periculis & ideo intra Iſthmum cum copiis ſe recipere decreviſſe. *Magius.* Adde Æliaum 13. 10.

3 *De ſervis ſuis, quem habuit fideliſſimum.*] Qui erat Eunuchus, & τῶν παιδίσκων παιδαγωγὸς, nomine Sycianus. Polyæn. lib. 1. in Themiſtocl. Comm. 2. Νύκτωρ ἀπέστειλε τὸν αἰχμάλωτον παῖδα. *Gebhard.* Captivus, genere Perſa, & Themiſtocli imprimis charus. Lege Plutarchum & Frontinum II. Strat. 2. Herodotus hunc οἰνίτην vocat, *Verum*, quod Laurentius Valla male *contubernalem* vertit. *Longol. Mag.* Ab hoc Sycinno vel Sicinno barbaro, qui liberorum Themiſtoclis pædagogus fuit, dicta eſt *ſicinnis* ſaltatio. Meruit aſtutia ſua inter claros Græciæ propugnatores illorum temporum nominari. Quo facit Clementis Alexandrini locus: Καὶ ὁ Θεμιστοκλῆς παιδὸν ὁ παιδαγωγὸς Σίκιννος, οἰνίτης ῥάθυμος ἦν, ὀρχεῖσθαι φασὶν αὐτὸν καὶ σικιννίζειν διδάξαι. *Caſaubonus.*

4 *Ad regem miſit.*] Id eſt Xerxem. Vid. Herod. 8. Iuſt. 2. Frontin. 2. 2. Polyæn. lib. 1. *Savaro.*

5 *Majore cum labore & longinquiore tempore bellum confecturum, quum ſingulos conſectari cogeretur.*] Hæc pene eadem Front. lib. 2. cap. 2. Strateg. exemplo ult. *difficilioremque rem Xerxi futuram, ſi ſingulas civitates obſidione aggrederetur.* Eadem de cauſa lætatur Alexander Darium univerſas regni vires diſcrimini offerre. *Magnum ſe actu liberatum ait, quod liceat cum omnibus Darii copiis confligere; veritum ſe longam belli moram, ſi Perſæ exercitum diviſiſſent.* apud Juſtin. lib. 12. cap. 13. Addit præterea aliam circumſtantiam, quæ ad victoriam non minimum contulit momentum, omiſſam Nepoti: *Quæ ratio,* inquit, *effecit, ut exercitus barbarorum primum inquietaretur, dum tota nocte in ſtationes cuſtodia eſt: deinde, ut ſui mane integris viribus cum diſſipatis barbarorum vigiliis marcentibus confligerent.* Gebhard.

6 *Ut ingratiis.*] Membranæ *ingratiis*, quod perinde mihi eſt. Polyænus: οἱ δὲ ἄλλοι ἀκόντων ἐπανῆλθον, frequens Plaut. Vide Frontinum lib. 1. Non abhorret ab hac voce Cic. in Verrem, *Dicendum, quæ neceſſe erit ingratiis.* Idem.

1 *Alie-*

gerentur. Hac re audita, Barbarus nihil doli ſubeſſe credens, poſtridie [1] alieniſſimo ſibi loco, contra opportuniſſimo hoſtibus, adeo anguſto mari conflixit, ut ejus multitudo navium explicari non potuerit. Victus eſt ergo magis [2] conſilio Themiſtoclis quam armis Græciæ. Hic barbarus etſi male rem geſſerat, tamen tantas habebat reliquias copiarum, ut etiam cum his opprimere poſſet hoſtes. [3] Interim tamen ab eodem gradu depulſus eſt. Nam Themiſtocles verens, ne bellare perſeveraret, [4] certiorem eum fecit, id agi, ut pons, [5] quem ille in Helleſponto fecerat, [6] diſſolveretur, ac reditu in Aſiam excluderetur. Idque ei perſuaſit. Itaque qua ſex menſibus iter fecerat, eâdem [7] minus diebus triginta in 5

1 *Alieniſſimo loco.*] Iniquiſſimo. Supra Miltiade. Cæſar lib. 1. de Bello Gallico cap. 15. *Qui cupidius noviſſimum agmen inſecuti alieno loco cum equitatu Helvetiorum pralium commiſerunt.* Gebhard.

2 *Conſilio Themiſtoclis.*] Στρατηγήματι. Frontinus: *ſolertia*, dicit. τῇ σοφίᾳ. Polyæn. *Lacedæmoniorum* obtrectatione & invidia. *Diod. Sicul.* lib. 11. *Lamb. Gebhard.* Alii alia. Verus Scriptor apud interpretem Ariſtophanis Victoriæ primas tribuit Deabus: ἅπαντι (præceſſit Herodotus) γὰρ ἐν τῇ Σαλαμῖνι ναυμαχίᾳ, πολὺ λειτουργεῖν τὴν Ἑλλαδικὴν στρατιὰν τῶν τῆς Περσικῆς συμμαχούντων. Ἀθηναίοις τὰς θεὰς, μέγιστον τὴν συμμαχίας καὶ ἐναργεστάτου τεκμήριον μυρίοντον γὰρ τὴν Ἑλλάδα ἢ τὴν βαρβάρων εἰς χώρας ἄξειν, πρῶτον μὲν πλεῖστα ἔσων ἐστὶν αὐτοῖς ἐφόδιον ὑπὸ Ἑλλήνων ἐπὶ σῖτῳ συμβολεῖ, πάντα τὰ στρατὸν δόλου ἀφανῆς. Εἶτα τῶν εἰς ἐφοδιασμὸν αὐτοῦ καὶ πόρου γενόμενον, ἀλλὰ μόνον τὴν προδοσίαν χωρεῖν, ἢ Γαμηλιῶνα βοᾶν, &c. *Gebhard.*

3 *Interim tamen ab eodem gradu depulſus eſt.*] Edit. Ultraject. *interea.* Placet vulgatum. Tranſlatio à gladiatoribus ducta. Unde Ovidius:

Inque gradu ſtetimus. ——

quod explicat Faber lib. 1. Agoniſt. c. 11. vide proverb. *de gradu dejici.* Germani dicunt, *Auß dem Poſtheil getrieben werden.* Eadem figura Seneca Hippolyt. verſ. 720. *Tutiſſimum eſt inſiſtere, cum timeas, gradum.* Valerius Max. lib. III. cap. VI. 1. Cicero lib. XVI. Epiſt. XIV. *Leptæ literarum exemplum tibi miſi, ex quo mihi videtur σφαλιλάτης ille dejectus de gradu.* & revera eſt caſtrenſis formula; inde pes tranſlationem idem lib. 1. Offic. *Fortis vero animi & conſtantiæ eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur.* Gebhard.

4 *Certiorem eum fecit.*] Per eundem ſervum. *Herodot.* Alii Arſacen Eunuchum miſſum eſſe tradunt. Polyænus: πέμπει δὲ πάλιν εἰς βασιλέα διὰ τοῦ ἕτερον ἄλλον Ἀρσάκην. *Lambin.* Diodorus etiam hunc à ſuperiore diverſum facere videtur. lib. 11. cap. 17. & 19.

5 *Quem ille in Helleſponto fecerat.*] Plinius: *Primas anguſtias Helleſpontum vocant: hac Xerxes conſtrato navibus ponte duxit exercitum.* Vide Marcianum & Solinum XII.

6 *Diſſolveretur.*] Per Themiſtoclis ſocios. *Frontin.* 2. 6. Herod. Polyæn. Juſtin. l. 1. *Savaro.*

7 *Minus diebus triginta.*] Tanto majore celeritate uſus eſt in fuga capeſſenda, quam in bello inferendo. *Lambinus.* Βασιλεὺς ἰδὼν τὸ φθόνους τὸ Ἑλληνικὸν, δείσας τὸ ζεῦγμα, καὶ φυγὴν ἔγνω. Θεμιστοκλῆς ἢ τοῖς Ἕλλησιν ἐφύλαξε τὴν νίκην αὐτῶν. De fuga Pompeji Cæſar

ta in Aſiam reverſus eſt: ſeque à Themiſtocle non ſuperatum, ſed converſatum judicavit. Sic unius viri prudentia Græcia liberata eſt, Europæque ſuccubuit Aſia. Hæc altera victoria, quæ cum Marathonio poſſit comparari tropæo. Nam pari modo apud Salaminaparvo numero navium, maxima poſt hominum memoriam claſſis eſt devicta. Magnus hoc bello Themiſtocles fuit,[2] neque minor in pace. Quum enim Phalereo portu neque magno neque bono Athenienſes uterentur, hujus conſilio[4] triplex Piræei portus conſtitutus

ſar lib. III. Civil. Utrumque tangit Florus IV. 8. Simile quid de Hannibale tradit noſter in vita. *Keuchen.*

1 *Poſt hominum memoriam.*] Sic loquitur & Ariſtide. Nec non Cicero in Verrem: *Quod nemo unquam poſt hominum memoriam fecit.* Gebhard.

2 *Neque minor in pace.*] Duo Reip. tempora ſunt, pacis alterum, alterum belli, in utrumque ſapere & valere oportet, qui ei recte præeſſe velit, raro tamen in unum hominem cadunt utraque. Plin. Pan. cap. 4. *Enituit aliquis in bello, ſed obſolevit in pace: alius toga, ſed non & arma honeſtarunt.* & notum illud Claudiani,

——*bellis inſignior ille,*
Sed pacem ſædat vitiis.

Quo abſolutior fuit Themiſtocles qui in utroque tempore talem ſe geſſit ut magnam laudem afferret. militaris virtus cumprimis in Bello Perſico & pugna ad Salamina eluxit, pacis opera duo cumprimis recenſet Nepos. primum eſt *extructio Piræi portus.* alterum *murorum ædificatio.* Buchn.

3 *Phalereo portu.*] *Phalarico*, Vetus Codex. ſed φαληρικὸν vocat Diod. XI. Quomodo & Ultrajectinus præfert. *Schott.* Φάληρον λιμὼ πρὸς Ἀθήναις. *Suidas.* Diodorus autem contrario ordine ac Probus, portum à Themiſtocle prius ſtructum, quam Urbis muros tradit. *Lambin.* De quo legendus Pauſanias in Atticis: Θεμιστοκλῆς ὁ Νεοκλέους, τοῖς τε ἄλλοις ἐπιηνδιώτερον, ὁ πειραιᾶ ἐς φαληρέα οἱ πρόσθεν καὶ λιμένας τρεῖς ἀνθ' ἑνὸς ἔχειν ἐποίησε φαληροῖ, τοῦτο ἐπαινέσαι ἔστιν ἐπὶ κεφαλαιώδους. Plura Thucyd. I. I. Nam de murorum ædificatione ad verbum prope ex Thucydidis hiſtoria ſunt converſa. *Longol.* *Phalereo portu.*] Sic omnino legendum; non ut in vulgatis, *Phaleræo*, cum diphthongo. Nam Græcis Φάληρον vocatur. Eſt tamen, cur magis *Phalarico* probem, ut eſt in Excerptis melioribus. Nam *Phalaricus* pro *Phalereus*; ut *Chalcidicus* pro *Chalcicæus* in iiſdem membranis; & *Pelhæus* pro *Pellæus* apud Plautum. Et Φαληρικὸν vocat Diodorus lib. XI. Bibl. ubi tamen non *Phalaricum* ſed *Phalericum* vertunt interpretes. *Kenchen.*

4 *Triplex Piræei portus conſtitutus eſt.*] A Themiſtocle: Quod naturam admonentem prompta arte ſecutus, eos emunivit. *Boecler.* Pulchre deſcribunt hunc portum Strabo lib. IX. Vitruvius VI. Pauſanias in Atticis. Sed omnium optime Thucydides, cujus huic paſſim hiſtoriam ad verbum vertit Cornelius. Is libro I. νομίζων τότε χώρειον καλὸν εἶναι, λιμένας ἔχον τρεῖς αὐτοφυεῖς, ἢ αὐτὸς ναυτικὸς γεγενημένος μέγα συμφέρειν ἐς τὸ πράσσεσθαι δυνάμει. Idem Piræei murum maximis lapidibus conſtructum fuiſſe adfirmat, tantaque latitudine, ut currus, quibus ſaxa vehebantur, ſuper eum ſi occurriſſent, libere traherentur. *Lambin. Mag.* Diſtabat XI. ſtadiis Athenis, ut ex Laërtio patet in Antiſthene. *Ortel.* Hinc priuſquam urbi muris conjunctus eſſet, longius ab urbe diſparatus, quaſi alterum oppidum videbatur.

Salmaſ.

tutus eſt: iſque mœnibus circumdatus, [1] ut ipſam urbem dignitate æquipararet, utilitate ſuperaret. Idemque [2] muros Athenienſium reſtituit præcipuo ſuo periculo. Namque [3] Lacedæmonii cauſam idoneam nacti, propter excurſiones barbarorum, qua negarent oportere [4] extra Peloponneſum ullam urbem haberi, [5] ne eſſent loca munita, quæ hoſtes poſſiderent: [6] Athenienſes ædificantes prohibere ſunt conati.

Salmaſ. Triplex Piræei portus.] Piræei portus prius extra urbem locus fuit, urbs non fuit: ſed additus urbi, locus in urbe fuit, ac cum Munychia, (ut ex II. Thucyd. conſtat) tertia pars urbis veteris, quæ Ἄστυ dicebatur. Ineptum igitur eſt, quod male ex his verbis Schioppius infert, urbem Piræei utiliorem fuiſſe urbe Athenarum, *ut ipſam urbem dignitate æquipararet, utilitate ſuperaret.* Nam hoc ſolum ait Nepos, *portum Piræum utilitate ſuperare ipſam Athenarum urbem.* Et ſic omnia ſunt clara. *Keuchen.*

1 *Vt urbem dignitate æquipararet.*] Exæquaret: Alcibiade, *Vt nemo cum labore corporiſque viribus poſſet æquiparare.* Pacuvius;

Nam ſi qui, quæ eventura ſunt,
Prævideant, æquiparent Jovi.

ut lego cum Voſſio. Suetonius Auguſto cap. 94. *Ex lauro continuo enata ſoboles, adeo ut paucis diebus, ut non æquipararet modo matricem; verum etiam obtegeret.* Nerone cap. 53. *Gebhard.*

2 *Muros Athenienſium reſtituit præcipuo, &c.*] Qui tres erant Athenis ſecundum Thucydidem & Pauſaniam: τεῖχος βόρειον, τεῖχος νότιον, τεῖχος Φαληρικόν. *Lambin.* Archon tunc erat Timoſthenes: Cujus imperium cadit in annum Romæ CCLXXV. ubi conſules K. Fabius III. & T. Virginius. *Chronol.* De facto legendi Demoſthenes ad Leptin. Plutarchus in Themiſt. Polyæn. I. Strat. Diodorus II. poſt narrationem de portu Piræeo, Frontin. lib. I. cap. I. Plato in Gorgia: *Scitis utique hæc nævalia, & mœnia Athenarum, portuſque diſpoſitionem, partim Themiſtoclis, partim Periclis, non opificum conſilio eſſe conſtructa.* De Conone auctor Athenæus lib. I. cap. I. Sed hic non fuit primus, qui Piræei muros conſtrui curavit, ſed ſolum, cum à Lyſandro eſſent diruti, refici mandavit; ut infra in Conone docuit Probus. A Lacedæmoniis enim primo, poſtea vero à Sylla Romanorum Imperatore hic muri ſunt diruti, ut teſtantur Juſtinus libro V. Oroſius II. cap. 15. Archelao Regis Mithridatis præfecto propugnante, oppugnationem deſcripſit Quadrigarius Annali undevigeſimo, ut apud Gellium lib XV. cap. I. legere eſt. Jungebatur portus Piræeus urbi muris duobus quaſi cruribus, ut Strabo, Juſtinus, & Oroſius tradiderunt. Livius lib. I. Decad. IV. *Brachia* vocavit. Eaque fuit portus amplitudo ac dignitas, ut Ariſtophanes (quod Plutarchus refert) *Themiſtoclem*, dixerit, *non Piræeum Vrbi, ſed Vrbem Piræeo addidiſſe, & ad mare terram aptaſſe.* Hodie nautæ, *portum Leonem* vocant. *Mag.*

3 *Laced. cauſ. id. nacti.*] De hoc prætextu nihil memini alibi legere. alii omnes invidiam Lacedæmoniorum obtendunt. Polyænus lib. I. Ἀθηναῖοι τὰ τείχη ἀστεως ἤγειρον. Λάκωνες ἐφθόνουν. Juſtin lib. II. cap. 15. *Gelbhard.*

4 *Extra Peloponneſum.*] Pro *Peloponeſum.* Quæ ſcriptura ſæpe in libris occurrit. Erat hæc totius Græciæ arx & propugnaculum, in qua omnia magis quam alibi illuſtria ac potentia.

5 *Ne eſſent loca munita, quæ hoſtes poſſiderent.*] Juſtinus: *Ne munimenta hoſtibus & receptacula futuri belli exſtruant.* Gebhard.

6 *Athenienſes ædificantes prohibere.*] Ut mox ſequitur, per legatos. Diodo-

nati. [1] Hoc longe alio ſpectabat, atque videri volebant. Athenienſes enim duabus victoriis, Marathonia & Salaminia, tantam gloriam apud omnes gentes erant conſequuti, ut intelligerent Lacedæmonii de principatu ſibi cum his certamen fore, quare eos quam infirmiſſimos eſſe volebant. Poſtquam autem audierunt [2] muros inſtrui, legatos Athenas miſerunt, qui id fieri vetarent. [3] His præſentibus deſierunt, ac ſe de ea re legatos ad eos miſſuros dixerunt. Hanc legationem ſuſcepit Themiſtocles, & ſolus primo profectus eſt: reliqui legati, ut tum exirent, quum ſatis altitudo muri exſtructa videretur, [4] præcepit: atque [5] ut interim [6] omnes ſervi atque liberi opus facerent, neque ulli loco parcerent, [7] ſive ſacer eſſet, ſive [8] privatus, ſive publicus:

rus lib. XI. Οἱ πρέσβεις πρεσβεύειν τοῖς οἰκοδομοῦσι πρεσβεύσασθαι ἀφίσασθαι τοῦ ἔργου τὸ ταχίστω. Hanc narrationem quoque habet Auctor Scholiorum in Ariſtophanis equites. *Gebhard.* Vide Thucyd. lib. I. Juſtin. I. & Frontin. I. *Mag.*

1 *Hoc longe alio ſpectabat.*] Schotti liber, *Hoc longe animo ſpectabant.* refingi poſſet, *aliud longe animo ſpectabant.* etſi verbis, inquit, aliud ferebant, animo tamen ad rem longe aliam collimabant. *Gebhard.*

2 *Muros inſtrui.*] Sic omnes editi præferunt. & ita loquitur Curtius lib. 5. c. 5. *muros inſtructos laterculo coctili.* Idem.

3 *His præſentibus deſierunt.*] Conſilio Themiſtoclis: Nam niſi intermiſiſſent munitionem, à Lacedæmoniis ope reliquorum Peloponneſiorum poterant impediri vi armata. Diod. lib. XI. σωσθῆναι ἔχειν ἡσυχάσαν γὰρ βιάζων ῥᾳδίως τὰς Λακεδαιμονίους μετὰ τῶν Πελοποννησίων στρατιάς κωλύσειν αὐτὰς τειχίζειν τὸ πόλιν. *Gebhard.* Vide Thucydidem lib. I. Apud Plutarchum in Themiſtocle, neque de Legatis retentis, neque de opere intermiſſo ullum verbum. *Lambin.*

4 *Præcepit.*] Diodorus παρήγγειλεν. Cæſ. de B. G. 62. *Quid à quoque fieri velit, præcipit.* Curtius l. IX. c. II. *Gebh.*

5 *Ut interim omnes ſervi atque liberi opus facerent.*] Sic Thucydides. Diodorus extulit, παντὶ μεῖ τειχίζειν τὸ πόλιν. *Idem.*

6 *Omnes ſervi atque liberi opus facerent.*] *Opus* de ædificatione. Ut apud Poëtam: *pendent opera interrupta minæque Murorum ingentes.* Vide Giſan. ad Lucret. Et hinc opera dicuntur *locari, conduci,* JCtis. Uſurpant ſic vocem Χορτελίσμαλ Plut. & Polyb. Ariſtoteles ἔρδον vocat initio Nicomacheorum. *Keuchen.*

7 *Sive ſacer eſſet, ſive privatus.*] Scholiaſtes in Ariſtophanis Equites: μὴ φειδομένους μήτε ἰδίᾳ, μήτε δημοσίᾳ τινὸς οἰκοδομήμαλ. In eo diſcrepans, quod tantum profanos qua privatos, qua publicos, non vero ſacros locos complecti juſſi fuerint Athenienſes muris ſuis. Nepos autem affirmet non parcitum fuiſſe ſacris quoque, quum tamen præceptum fuerit vetus: μὴ κινεῖν, μήτε βωμὸς, μήτε τάφος, μήτε ἡρῶα non eſſe movenda ſeu violanda. Vide Zenobium lib. I. capite 54. *Gebhard.*

8 *Privatus.*] Sic Mss. recte. in vulgatis *Profanus.* quod gloſſema non agnoſcunt Mss. de hoc Strateg. Themiſtoclis Thucyd. l. I. Diodor. II. Frontin. I. c. I. Juſtin. 2. Pauſan. I. *Savaro.*

1 *Conge-*

cus: ſed undique, quod idoneum ad muniendum putarent, [1]congererent. Quo factum eſt, ut Athenienſium muri ex ſacellis [2]ſepulcriſque conſtarent. Themiſtocles autem, ut 7
Lacedæmonem venit, [3]adire ad magiſtratus noluit: & dedit operam, ut [4]quam longiſſime tempus duceretur, [5]cauſam interponens, ſe collegas exſpectare. Quum Lacedæmonii quererentur opus nihilominus fieri, eumque ea re [6]conari fallere: interim reliqui legati ſunt conſequuti. à quibus quum audiſſet [7]non multum ſupereſſe munitionis, ad

1 *Congererent.*] Ἐγκαλίνδωσαν. *Diod.* Vulgati *cogerent.* Quod improbo. *Kenchen.* Quod vidit primus Gifan. ad Lucretium. Aptum rei verbum, Virgil.

Aëriæ quem congeſſere Columbæ,

ad ſtruendum nidum. Hinc *congeries* eſt ſtrues & ſaxorum congeſtus. Curt. lib. VIII. cap. 13. *Cædi tamen arbores & ſaxa congeri juſſit.* Flaccus lib. 3. Argonaut. verſ. 97.

Fert ſonitus immota phalanx iraſque retentat
Congeries dum prima fluat. Gebh.

2 *Sepulcriſque conſtarent.*] Πολλαί τε σῆλαι ἔκτε σημάτων. *Thucyd.*

3 *Adire ad magiſtratus noluit.*] Καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα ἐλθὼν ἐ προσήει πρὸς τὰς ἀρχάς. *Idem.* Rectius ita legitur, quam vulgo omiſſo *ad.* Paullo poſt: *Ad magiſtratum Senatumque Lacedæmoniorum adiit.* & in Hannib. *Tempore dato adiit ad regem.* & ita frequentius Cicer. ut & Hadrianus Cardin. obſervat. *Schott.*

4 *Quam longiſſime tempus duceretur.*] Juſtinus 11. 15. *Deinde die proferendo, ſpatium conſummando operi quærebat.* Ultrajectina editio *duceret.* Membranæ Schotto excuſſæ, vocibus traductis: *Ut quam longiſſime tempus interponens diceret cauſſam, ſe collegas expectare.* Quod ille non aſpernari videtur. Perperam: Nam cui utraque locutio *tempus ducere*, dein *interponere cauſſam*, inſolens acciderat, ambas flagitioſe tranſpoſitis verbis è ſuo captu interpolavit. Cæſ. lib. 1. de Bello Gall. *Dies ex die ducere Ædui, conferri, comportari, adeſſe, dicere. Ubi ſe dimittus duci intellexit ἐν τούτῳ τρόπῳ τινα χρόνον ἐμποιῶν. Gebhard.*

5 *Cauſam interponens, ſe collegas exſpectare.*] Ἀλλὰ διῆγε, καὶ παρυφασίζετο, καὶ ὁπότε τις αὐτὸν ἔροιτο τί ἐν τέλει ὄντων, λέγε τί ἐκ ἐπήρχε; ἐπὶ τὸ κοινὸν, ἔφη τὰς συμπρέσβεις ἀναμένειν. *Thucyd.* Erant autem collegæ ejus Abronychus Lyſiclis filius, & Ariſtides Lyſimachi. *Lambin.* Auctor ſæpius laudatus in hac narratione elegantem habet rationem politicam: Τὸ μὲ πρῶτον εἰς τὴν παρασίαν ὑπερτίθετο τὰ πρεσβεῖα. μὴ γὰρ ἀσφαλὲς ὑπάρχειν αὐτῷ, κοινὰς ἐπιτλὰς λαβόντι μόνον ἀποπληρῶσαι τὴν πρόσοδον. Juſtin. *Nunc tarditatem collegarum accuſans, ſine quibus agi jure nihil poſſit.* Gebhard.

6 *Conari fallere.*] Quin prorſus fallebat, quod alii ſcriptores Thucyd. lib. 1. Plutarch. in Themiſt. Cic. 1. offic. Ælian. var. Hiſt. 3. 47. ſatis confirmant. Quid? quod & ipſe Themiſt. in ſuis ad Habronychum literis *Stratagema* vocat. *Loccenius.*

7 *Non multum ſupereſſe munitionis.*] Ἔχειν ἱκανῶς τὸ τεῖχος. *Thucyd.* Ἤδη ὃ τὸ τεῖχος ἱκανῶς περικεχωρηκότως. *Auct. Græcus.* Οἱ μὲ Ἀθηναῖοι τὸ τεῖχος ἔφθασαν. ἐφ' ἱκανὸν κατεσκευακότες. *Diodor. Gebhard. Superare*, diſerte calamo exaratum vidimus. *Schottus.* Cicero quoque ita loquitur Paradoxis 4. *Vter igitur eſt ditior, cui deeſt, an cui ſuperat?* De oratore: *In diviſione generum & deeſſe aliquam partem & ſuperare mendoſum eſt.* Et alibi. *Gebhard.*

[1] ad ephoros Lacedæmoniorum acceſſit, [2] penes quos ſummum imperium erat: atque [3] apud eos contendit, falſa his eſſe delata: quare æquum eſſe, illos, viros bonos nobileſque mittere, [4] quibus fides haberetur, qui rem explorarent. [5] Interea ſe obſidem retinerent. Geſtus eſt ei mos, [6] treſque legati functi ſummis honoribus, Athenas miſſi ſunt. [7] Cum his collegas ſuos Themiſtocles juſſit proficiſci: [8] eiſque
i prædixit, ut ne prius Lacedæmoniorum legatos demitte-
rent,

1 *Ad Ephoros Lacedæmoniorum.*] De quorum regimine & poteſtate ad Pauſaniam dicemus. Inſtituti ſunt Spartæ cxxx. annis poſt latas Lycurgi rhetras. *Plut.* Alii ab ipſo Lycurgo: Πρὸς τὰ τέτοις, τὰς ἐφόρας ϗ γέροντας ἔϛησε Λυκοῦργος. *Herodot.* Vide ſis Ub. Emmium in illuſtrata Græcia, tomo 3. de rep. Laconum.

2 *Penes quos ſummum imperium erat.*] Ut regem etiam in vincula publica conjicere, legibus eorum licitum eſſet. *Inſra* in Pauſan.

3 *Apud eos contendit, falſa his eſſe delata.*] Παρελθὼν ἔπειθεν αὐτὸς μὴ ταχέως πιϛεύειν τοῖς βελομένοις εἰς ἔχθραν καθαϛῆσαι τῷ πόλει. Idem Frontin. lib. 1. cap. 10. *Contendit falſum ad eos rumorem perlatum.* Diodorus Παρακάλεσε τὰς ἀρχὰς μὴ πιϛεύειν κενεαῖς φήμαις. *Gebhard.*

4 *Quibus fides haberetur.*] Auctor apud Ariſtophanis Explanatorem: ἀλλ' ἐπλεξάμην αὐτῶν ἄνδρας τὰς βύνολα ϗ πίϛ' ἀφέρονλας, πόλλας ἐκπέμψαι. Polyænus vocat καθασκόπους. Εἰ δ' ἀπιϛεῖτε, inquit, τὰς ἀρίϛας ἐκπέμψαλε καθασκόπους. Frontinus: *Et rogavit, ut mitterent aliquos, quibus crederent de munitione Athenarum.* Gebhard. *Fides haberetur.*] Nihil mutamus. Libri quidam, *adhiberetur:* Non etiam male, ſed improbatum Schoppio in Paradox. *Kenkhen.*

5 *Interea ſe obſidem retinerent.*] Diſcedunt longius Membranæ: *Interea filii detrahere reticerent*, pro definerent male de illo loqui remque ſermonibus traducere ac factum damnare. *Schott.* Sed nunquam mihi perſuadent ita coacte & implicite loqui Cornelium noſtrum: dein vertitur hiſtoria in aliam circumſtantiam, quæ nunquam intervenit. Græcus Scriptor crebrius modo laudatus: μεθ' ἃ δ' ἐκείνων παρουσίας ὅμηρον αὐτὸν κατεπαϛάλϗο. Diodor. lib. XI. Καὶ τέτων ἐξυπλῶ ἑαυτὸν παρεδίδε. *Gebhard.*

6 *Treſque legati functi ſummis honoribus.*] Numerus non exprimitur alibi. Diodorus: εἰς ὃ τὰς Ἀθήνας ἀπέϛειλαν τὰς ἐπιφανεϛάτας καθασκευαμένας, ϗ πρὸς ἃν ἦν χρεία πολυπραγμονῆσαι. Auctor Græcus ἀδηλον: Πεισθέντων ἕν Λακεδαιμονίων, ϗ τὰς μάλιϛα ἀγαφερόντας διάνοια ϗ πίϛει τ πολιτῶν. *Idem.*

7 *Cum his collegas ſuos Themiſtocles juſſit proficiſci.*] Variat heic Diodorus, qui vult cum Themiſtocle & cæteros legatos ipſum conſecutos Lacedæmone à Spartanis retentos. Sic enim libro XI. Τὰς δὲ Λακεδαιμονίων, inquit, πρέσβεις ἀφθόνλας εἰς Ἀθήνας ϗ μετὰ ϛάσιν ϗ ἀπειλῶν ἐπιλιμῶνλας παρέδωκεν εἰς φυλακὴν φύσεινες τότε ἀφέσεις, ὅταν κἀκεῖνοι τὰς πρὸς Θεμιϛοκλέα πρέσβεις ἀπολύσωϛι. Sic Græcus magiſter. A partibus vero Nepotis ſtat Frontinus: *Suis deinde clam ſcripſit, ut eos, qui veniſſent, retinerent; donec refectis operibus confiterentur Lacedæmonios munitas eſſe Athenas, nec aliter Principes eorum redire poſſe, quam ſi ipſe remiſſus foret: Quod facile præſtiterunt Lacedæmonii, ne unius interitum multorum morte penſaret.* Idem.

8 *Eiſque prædixit.*] Frontinus modo laudatus; *ſuis clam ſcripſit.* Juſtin. l. II. cap. 15. *Tum Themiſtocles per ſervum magiſtratibus ſcribit Athenienſium.* Idem.

rent, quam ipſe eſſet remiſſus. Hos poſtquam Athenas perveniſſe ratus eſt, ad magiſtratum ſenatumque Lacedæmoniorum adiit, & apud eos liberrime [1] profeſſus eſt, Athenienſes ſuo conſilio, [2] quod communi jure gentium facere poſſent, [3] deos publicos, ſuoſque [4] patrios ac penates, quo facilius ab hoſte poſſent defendere, muris ſepſiſſe: neque eo, quod inutile eſſet Græciæ, feciſſe. Nam illorum urbem, ut [5] propugnaculum, oppoſitam eſſe barbaris, apud quam jam bis claſſis regia [6] feciſſet naufragium. Lacedæmonios autem [7] male & injuſte facere, qui id potius intuerentur, quod ipſorum dominationi, quam quod univerſæ Græciæ utile eſſet. Quare, [8] ſi ſuos legatos recipere vellent, quos Athenas miſerant, ſe remitterent, [9] aliter illos nunquam in patriam recepturi. [10] Hic tamen non effugit civium ſuo- 8

rum

1 *Profeſſus eſt.*] Codices antiqui: *profectus eſt.* Unde ergo ſuſpicor legendum, *prolocutus eſt*, ſuffragantibus Mss. *Longol.* Quod confirmat Græca fides Thucydidis: Καὶ ὁ Θεμιστοκλῆς ἐπῃνθῶν, τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἐνταῦθα δὴ φανερῶς εἶπεν ὅτι ἡ μὲν πόλις σφῶν τοσαύτην ἔχει δύν.

2 *Quod communi jure gentium facere poſſent.*] Mœnibus oppida cingere, & ſe ſuaque tuendo vim repellere, naturæ etiam jure ſemper licuit, unde gentium jus manavit. Vim ad hæc vi repellere, jus faſque eſſe natura docet, ut in Miloniana Cicero pronunciat, & JCtus Tit. De jure naturæ, gentium & civili. *Schott.*

3 *Deos publicos.*] Ὁ μοδωμάτιος. Vide ad hunc locum Boeclerum.

4 *Patrios ac penates.*] Hyginus θεοὺς πατρῴους appellari dicit. Hinc Virgilius *patrios penates* vocat, & *Deos patrios*. Ubi Servius: *Qui ſingulis civitatibus præſunt, ut Minerva Athenis, Juno Carthagini.* De quibus lege Martian. Capellam libro 1, Macrob. 3. Saturn. 4. Varronem, alios. *Keuchen.*

5 *Propugnaculum.*] Ἔρεισμα καὶ φυλακτήριον τῆς Ἑλλάδος. Pindaro & Ariſtidi ob id dictum. *Boecler.* Προπολεμητήριον. Ita vocat Diodorus lib. XIV. Rhegium. *Gebh.* Ὡς προβόλιον καὶ φρούριον, vel ἐπιτειχισμόν. Cicero pro Font. *Narbo Martius propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum & objectum.* Lambin.

6 *Feciſſet naufragium.*] Fuiſſet depreſſa aut disjecta. Ita Græci quoque loquuntur. Plutarchus: Αἱ ἐπιτρεπεῖς τύχαι καθάπερ οἱ σφοδροὶ τῶν ἀνέμων μεγάλα ποιοῦσι ναυάγια. *Gebhard.*

7 *Male & injuſte facere.*] Ἀδικεῖν. *Lambin.* Salluſtius Jugurtha: *P. R. neque recte neque pro bono facturum, ſi à jure gentium ſe prohibuerit.* Gebhard.

8 *Si ſuos legatos recipere vellent.*] De re ſimili Cæſar lib. 3. Com. cap. 8. *Communem Legationem, P. Craſſum mittunt, ſi velit eos recipere, obſides ſibi remittat.*

9 *Aliter illos nunquam in patriam recepturi.*] Quod vulgo additur *eſſent*, gloſſema eſt. *Gronovius.*

10 *Hic tamen non effugit civium ſuorum invidiam.*] Hæc communis eſt bene de republica meritorum ſors, ut ingratam plebem, belluam multorum capitum fere experiantur omnes. Qua de re Val. Maximus lib. 5. cap. 3. *Schott.* Quare Athenienſes egregios cives & bene meritos ſæpius ob virtutem, ne quis amplius emineret, teſtula ablegarunt. Si-

rum invidiam. namque ob eundem timorem, quo damnatus erat Miltiades, [1] teſtularum ſuffragiis è civitate ejectus, [2] Argos habitatum conceſſit. Hìc quum, propter multas ejus virtutes, magna cum dignitate viveret, [3] Lacedæmonii legatos Athenas miſerunt, qui eum abſentem accuſarent, [4] quod ſocietatem cum rege Perſarum ad Græciam

quidem præter Theſeum, quem in Scyrum exegerunt, Solon lator legum, Ariſtides quo nemo juſtior & Themiſtocles, aliique ob illorum magnitudinem in exilium acti ſunt: Miltiadem vero mori coëgerunt. Id enim optimo cuique Athenis uſu veniebat, ut in exilium ob eminentiam virtutis pelleretur. *Alex. ab Alex.* Alludit Lucianus in Dialogo: ὥσπερ τὸ μὴ ῥᾳδίως πεφεύγειν ἀγαθοὺς ἦναι.

1 *Teſtularum ſuffragiis.*] Archonte Praxiergo, quem alii Prexurgum vocant. De illo tempore Anonymus: Θεμιστοκλῆς ἐξοστρακίζεται. *Meurſius.* Infra in Cimone: *Nam teſtarum ſuffragiis, quod illi ὀστρακισμὸν vocant, decem annorum exilio multatus eſt.* Ut quid his locis auctor ſignificare voluerit, planum fiat. Haud eſt ignorandum, *teſtam* vas fictile ſignificare; *teſtulam* vero fictile parvum, vel fictilis fruſtum, in quam ſignificationem à Græcis ὄστρακον dicitur (ut teſtatur Pius cap. 9 ſuarum Annotationum) quæ vox proprie loquendo calculum non ſignificat, qui ψῆφος nuncupatur. Verum cum apud Athenienſes ſuffragiis ferendis *oſtraci*, id eſt, *teſtulæ*, vel ut aliis placet, *calculi* viritim in concilio darentur, ut in eis quem quiſque ex civibus urbe cedere vellet, indicaret, ab oſtraco, ὀστρακισμὸς eſt dictus, id eſt, *teſtularum ſuffragium*, & horum ſuffragiorum dies ὀστρακοφορία. Ut apud Suidam legitur, duplex erat *Oſtraciſmus*, ſcilicet *Phigi* & *Apoſtatarum*. Priore in exilium mittebantur, qui dignam delicto pœnam vitare voluiſſent, quibus publice bona demebantur. Poſteriore, Apoſtatis & locus & tempus ſtatuebatur. Eadem hac de re in linguæ Græcæ commentaria tranſtulit Budæus, ſuppreſſo tamen Suidæ nomine. *Magius.* Cæterum Oſtraciſmus poſt exactum Hippiam tyrannum Piſiſtrati filium ſumpſit initium. Cauſa inſtituti, ne quis ob nimiam potentiam libertate oppreſſa tyrannidem occuparet. Andocides: νομίζω δὲ τὸν θέντα τὸν νόμον, παύσασθαι τῶν ἀγαθοποιῶν ἔχειν, ἀποβλέψαντα τὸ πολιτῶν φρόνημα τὸ ἐς τοὺς ἀρχοντας καὶ τὸν νόμον, ἐπειδὴ ὀφθῇ τι τοιοῦτον ἐν ἑνὶ ἀνδρὶ ἰδίᾳ δίκαιον λαβεῖν, δημοσίαν τιμωρίαν ἀντὶ τοῦ ἀδικουμένου κατασκευάζειν. Similis fuit apud Syracuſanos Πεταλισμός. Quo frondibus oleæ quinquennali exilio ſuſpectos ablegabant. Vide Diodor. xi. & Sigonium 11. De rebus Athenienſium 4. Videndus Hadrian. Junius l. v. Anim. cap. 18. *Schott.* Morem teſtularum ſuffragii refert Ariſtoph. interp. in equitibus. *Longol.* Præter cæteros eleg. Proſper Aquitan. & Joan. Tzetzes var. Hiſtor. Chiliad. 13. c. 489. *Saviaro.*

2 *Argos habitatum conceſſit.*] Ἔτυχε δὲ ὠστρακισμένος, καὶ ἔχων δίαιταν μὲν ἐν Ἄργει. *Thucyd.* Sciendum eſt autem Argos locum fuiſſe certum ac definitum in quo commorabantur, qui teſtarum ſuffragiis è civitate ejecti erant. *Lambin.* Vide Plinium, Ptolemæum & Strabonem. Duo ſunt in Peloponneſo hujus nominis oppida; alterum Hippium, alterum Dipſium, ſeu Πολυδίψιον. Unde Argos Hippium, & uno nomine Ἀργεῖον πεδίον. Sed Æoles pro Ἄργος dicebant Ἄρεος. Inde *Argos* Latini pronuntiavere pro *Argis*. Ortel. Salmaſ.

3 *Lacedæmonii legatos Athenas miſerunt.*] Vide Thucyd. lib. 1. Diod. Siculum xi. Plutarchum in Themiſt.

4 *Quod ſocietatem cum rege Perſarum.*] Thucy-

ciam opprimendam [1] feciſſet. Hoc crimine abſens [2] proditionis eſt damnatus. Id ut audivit, quod non ſatis tutum ſe Argis videbat, [3] Corcyram demigravit. Ibi quum ejus [4] principes civitatis animadvertiſſet timere, ne propter ſe bellum his Lacedæmonii & Athenienſes indicerent; [5] ad Admetum Moloſſorum regem, [6] cum quo ei [7] hoſpitium, fue-

Thucydides lib. 1. proditionis una cum Pauſania initæ, accuſatum dicit. Plutarchus in vita Themiſtoclis Pauſaniæ conſuetudinem & commercium, adverſariis ejus accuſandi occaſionem præbuiſſe dicit. In libello vero *de utilitate capienda ab inimico*, ſic inquit: *Themiſtocles autem cum nihil peccaſſet; ex Pauſaniæ tamen proditionis ſuſpicionem contraxit, quod eo familiarius uteretur, quotidieque literas & nuntios ad illum miſitaret.* Loco vero priore ait, Pauſaniam Themiſtocli regis literas aperuiſſe, Græcoſque in ejus odia adducere, & eum ad proditionis ſocietatem protrahere conatum, ſed fruſtra. *Mag. Longol.*

1 *Societatem feciſſet.*] Sic loquitur Vita Datamis: *abſens amicitiam cum Datame facit* Juſtin. lib. 12. cap. 2. *Alexander cum Metaponiinis & Pediculis & Romanis fœdus amicitiamque fecit.* Cicero pro Qui nctio ita loquitur: *Facere ſocietatem omnium rerum cum aliquo.* Gebhard.

2 *Proditionis eſt damnatus.*] Meminit iniqui hujus judicii quoque Dion Chryſoſtomus Orat. 73. *Ernſt. Proditionis.*] nempe cum Pauſania initæ, quoniam familiarius eo utebatur & quotidie literas & nuncios ad eum miſſitabat. Thuc. 1. Diod. Sic. 11. Plutarch. in vita ejus; qui tamen omnes eum ab hoc crimine abſolvunt. Adde Plutarchum lib. de utilitate ex inim. capienda, itemque epiſt. 14. Themiſtoclis. Neque ei profuerunt ſuperiora ſua in patriam bene promerita, pugna Salaminia, & legatio ad Lacedæmonios obita, ut ſcribit Ælianus lib. 3. var. Hiſt. *Lambin.* Adde reſponſum Phocionis ad ſupplicium euntis, apud Senecam, & alios.

3 *Corcyram demigravit.*] Φεύγει εἰς Πελοποννήσου εἰς Κέρκυραν. *Thucydid.* Addit cauſam, ὧν αὐτῶν ἄρχοντες. Hanc civitatem ſibi beneficio devinxerat, ut paulo ante ex Plutarcho diximus. *Longol.* *Corcyram* Græci Κέρκυραν vocant, ut *Beronicen*, Βερενίκην; *Mothonam*, Μεθώνην. Homerus κεφαλλῆνας & φαιακίας appellat, ut fidem facit Plinius. In Apollodoro eſt Κεφαλλωνία, IV. Argonaut. Diſtat ab Epyro duobus mil. ubi fretum arctiſſimum; ubi latiſſimum, XX. Eratque olim Alcinoi hortis, & Ulyſſis naufragio decantata Poëtis. *Kenchen.*

4 *Principes civitatis.*] Τὸ *civitatis* recte abeſt à noſtro codice. intelligit enim inſulanos Dynaſtas Corcyræ inſulæ. *Schott.* Δεδίοντας ὃ φανερόν τι Κερκυραίων ἴσχυν αὐτῶν, ὡς τὰ Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις ἀπεχθησόμενα. *Thucyd.* Urbem eſſe inſulæ cognominem Corcyram novimus: Ejus dubii eximendi gratia addit Cornelius à Civitatis principibus, metu belli Lacedæmonii, Themiſtoclem faceſſere inde juſſum. Quare non temere cum Schotto τὸ *civitatis* exturbarim. *Gebhard.*

5 *Ad Admetum Moloſſorum regem.*] Codex P. Dan. *Admetum Moloſſorum regem.* Quod contra Græcos.

6 *Cum quo ei hoſpitium fuerat.*] Idem Codex: *Hoſpes erat.* Sed in eo non conſentiunt cum Probo Thucydides & Plutarchus. Ita enim Thucydides: Ἀναλαβόντες τὸν Ἄδμητον τὸν Μολοσσῶν βασιλέα, ὄντα αὐτῷ ἐχθρὸν, κεφαλὰς λύσαι. Sed videtur Probus negandi particulam non agnoviſſe apud Thucydidem, quam tamen abeſſe, facile potuiſſet cognoſcere, ſi ad verbum ἀναλαβόντες reſpexiſſet. Nemo enim qui amicitia cum aliquo convictus eſt, cogi ſolet. *Longol.* Adjungit cauſam Plutarchus: Κλέαυνος πρὸς Ἄδμητον, ἐς βασιλέα δὲ τῶν Μολοσσῶν,

fuerat, confugit. Huc quum veniſſet, [1] & in præſentia rex abeſſet: quo majore religione ſe receptum tueretur, [2] filiam ejus parvulam arripuit, & cum ea ſe in [3] ſacrarium, quod ſumma colebatur ceremonia, conjecit. Inde non prius egreſſus eſt quam rex eum, [4] data dextra, in fidem recipere, quam præſtitit. Nam quum ab Athenienſibus & Lacedæmoniis [5] expoſceretur publice, [6] ſupplicem non prodidit, mo-

ἀνθεὶς δὲ πρὸ Ἀθηναίων, καὶ φερομένας ἀποδείξεις ὑπὸ Θεμιστοκλέους, ὅτι ἡμαρτήκει τῇ πολιτείᾳ, δι' ὀργῆς εἶχεν αὐτὸν ἀεὶ, καὶ ἀνάλωτον, εἰ λάθοι, παρασκευάζων. Diodorus Siculus nullum de amicitia aut odio verbum facit. *Lambin.* Vide Ciceronem in Bruto.

7 *Hoſpitium fuerat.*] Ms. Dan. *erat.* ſi quid video, recte. Nam hoſpitium, h.e. jus ſive ſocietas hoſpitii per totam vitam celebratur, immo in liberos quoque tranſibat, ut è Plauti Pœnulo 5. 1. apparet. Cic. ad famil. 13. 19. vide Guilj. Stuckium l. 1. 27. antiq. Conv. & Tomaſinum de teſſeris hoſpitalitatis.

1 *Et, in præſentia rex abeſſet.*] Καὶ ὁ μὲν αὐτὸς ἔτυχεν ἀποδημῶν, &c. *Thucyd.* Negat hoc Diodorus, qui Themiſtoclem comiter à rege exceptum refert, & admonitum, ut bono animo eſſet; ſe curaturum ut tutus ac ſalvus evaderet. Plutarchus duas diverſas de hac re hiſtorias ponit, partim Thucydidem, partim alios ſecutus, qui Admeto præſente Themiſtoclem filium ejus prehendiſſe, & ad aram ſeu focum confugiſſe narrat. *Lambin.*

2 *Filiam ejus parvulam arripuit.*] Filium. Thucydides: Ὃ δὲ γυναικὸς ἰκέτης γιγόμενος διδάσκει αὐτὸς ἃ παῖδα σφῶν λαβὼν καθίζεσθαι ἐπὶ τῇ ἑστίᾳ. Quare vel lapſus eſt Probus, vel alios ſecutus eſt hiſtoricos, vel erratum eſt librariorum. *Idem.* Vide Plutarchum, qui rationem dicit, cur Admeti filium adſumſerit.

3 *Sacrarium.*] De quo ritu Græcorum, plena eſt omnis antiquitas. Eratque religioſum ac ſanctiſſimum ſupplicandi genus. Morem hunc omnium Græcorum fuiſſe apparet, ut è foco vel, uti Aſylo extrahere nefas ducerent, ut nec ab ara nec à principis ſtatua rapere licebat. Pleni Juriſconſ. libri. Ovid. in Faſtis. de foci etymo:

— *Vel quod fovet omnia dictus.*

Vide proverb. *E Veſta.* vide Turneb. Adv. XXI. cap. 8. & hac de re diſſerentem Jac. Rævardum l. 1. Var. c. 7. *Schott.*

4 *Data dextra in fidem reciperet.*] Datæ dextræ nulli hiſtorici meminere. Probabiliter autem hoc à Probo, ſive ab aliis ſumptum, ſive de ſuo additum, poſitum eſt. Nam qui ſancte aliquid promittebant, dextras dabant apud Veteres. Xenoph. ἀλλω. δ'. Cicero XI. Phil. VII. ad Att. ep. 1. Diodor. XVI. Virgil. 1. Æneid. Homer. Iliad. ω. Mos iſte à Perſis profluxit. Infra in Datame: *Fidemque ea de re more Perſarum dediſſet.* Sed notandum, non in vola manus, ſed in junctura fuiſſe fidei ſedem. *Euſtath.*

5 *Expoſceretur.*] Longa oratione, ut ait Thucydides. Depoſceretur ad ſupplicium. Sic enim Cæſar loquitur. Et Diodorus ἐξήτησαν αὐτὸν πρὸς τιμωρίαν. *Lambin.* Infra Hannib. *Hos Hannibal ſui expoſcendi gratia miſſos ratus,* Cæſ. 3. civil. 110. *Hi regum amicos ad mortem depoſcere.* Hirtius 8. 38. *Principem ſceleris illius ad ſupplicium depoſcit.* Gebhard.

6 *Supplicem non prodidit.*] Τὸν δὲ ἱκέτας νόμον τιμῶν, ut loquitur Polyænus lib. 8. *Gebhard.* Thucydides; Καὶ ὕστερον ὑπὸ πολλῶν τῶν τε Λακεδαιμονίων, καὶ τοῖς Ἀθηναίοις ἐλθοῦσι, καὶ πολλὰ εἰπόντων ἀπαιτοῦσι, lib. 1. Veteres à Deo mitti ſupplices, præſertim non ſua culpa calamitoſos, ideoque prodi contra jus divinum & naturæ fore credebant, qua de re di-

[1]monuitque ut conſuleret ſibi. difficile enim eſſe, in tam propinquo loco tuto eum verſari. Itaque [2]Pydnam eum deduci juſſit, & quod ſatis eſſet [3]præſidii dedit. [4]Hac re audita, hic in navem omnibus [5]ignotus aſcendit: Quę quum tempeſtate maxima [6]Naxum ferretur; [7]ubi tum Athenienſium erat exercitus: ſenſit Themiſtocles, ſi eo perveniſſet, ſibi eſſe pereundum. Hac neceſſitate coactus, domino navis quis ſit, aperit: [8]multa pollicens ſi ſe conſervaſſet. At ille clariſſimi viri captus miſericordia; diem noctemque procul ab inſula [9]in ſalo navem tenuit in ancoris, [10]neque quenquam ex ea exire paſſus eſt. [11]Inde Epheſum pervenit, ibique Themiſtoclem [12]exponit: cui ille pro meritis gra-

re digna legi eſt epiſtola Iſidori Peluſiotæ 164. lib. 3. *Loccen.* Eſt autem prodere heic idem quod tradere, periculo exponere.

1 *Monuitque ut conſuleret ſibi.*] Et addidit magnam vim auri, fugæ viaticum. *Diodor.* XI.

2 *Pydnam.*] Cod. P. Danielis, *Phydnam.* Quæ Macedoniæ urbs. *Ptol. Steph. Diodor.* Stephanus *Cydnam* vocat.

3 *Præſidii.*] Ἐφόδια ᾗ ὑφηγεμονικὰ. Epaminonda: *præſidium dedit, ut ea tuto perveniret.* Gebhard.

4 *Hac re audita.*] Omittit hæc verba Editio Pariſiana.

5 *Ignotus aſcendit.*] Lectio veteris optimi, *eſcendit*, ἀνεκαίνισε. Et ſic Epaminonda: *in navem eſcenderet.* Varro: *è vinea in arbores eſcendit vitis.* Iterum: *in carnarium eſcendit.* Livius lib. XIV. *Licinio Coſ. ad quadrigas nitendas eſcendenti.* Et ſic Fronto legit ad Salluſtium in Jugurth. *Keuchen.*

6 *Naxum.*] Inſulam Cycladum, quæ & Στρογγύλη à ſitus rotunditate appellata. Dicæarchus eam inter Sporades recenſet. Stephanus: Νάξος νῆσος τῆς Κυκλάδων λέγονται δὲ ἀπὸ Νάξου Καρὸς ἠγεμόνος, ἄλλοι δὲ ἀπὸ Νάξου τοῦ Ἐνδυμίωνος, Εὐφορίων δὲ ἀπὸ Νάξης ἣ φασὶ θύσαι πύης. Ad quem locum quid de etymo commentatus ſit Magnus Salmaſius, vide in exercitationibus Plinianis ad Solinum. Hodie *Nicoſia* vocatur, eratque olim Libero ſacra.

7 *Ubi tum Athenienſium erat exercitus.*] Πολιορκοῦντα τὰ Ἀθηναίων. *Polyæn.*

8 *Multa pollicens.*] Addit Thucydides, immo priore loco ponit, ἢν εἰ μὲν σώσαι αὐτὸν, ἅπερ ἐρεῖν, ὅτι χάριν εἰδὼς πεισθεὶς ἀφῆκε αὐτὸν. Hac de re apud Diodorum nullum verbum. Polyænus vero refert lib. 1. Strategematum. *Lamb.* Lege & Plutarchum.

9 *In ſalo navem tenuit.*] Καὶ ὑποσταλέντας ἡμέρας τινὰς ἀπὸ τῆς γραλοπόδου. *Thucyd.*

10 *Neque quenquam ex ea exire paſſus eſt.*] Juſſu Themiſtoclis. Polyænus: Ὅπως ἂν ἀμφότεροι σωθεῖεν, μηδεὶς ἐκβαινέτω τῶν νεῶν. ὁ ναύκληρος φοβηθεὶς ὅτι ἐκβῆναι συνεχώρησε, καὶ ἀναχθεὶς ἀφῆκε τάχιστα ἐπὶ δύσιν. Sic Thucydides.

11 *Inde Epheſum.*] Ὕστερον ἀφικνεῖται εἰς Ἔφεσον. *Thucydid.* Diodorus non facit horum locorum mentionem, ſed arrepta occaſione cum duobus Liguribus ex Moloſſia in Aſiam evaſiſſe dicit XI.

12 *Exponit.*] Ἐκβιβάζει. Curtius, Cæſar, aliique quam creberrime. Ille lib. 3. Civil. c. 31. f. *Neque affectum valetudine filium exponere in terram patitur.* Ita Græci quoque ἐκθεῖναι uſurpant. Plutarch. Dione: ὡς εἶχε δύθυς θέμενος εἰς ἀκάτιον παραπέμψει τοῖς παῖσι, νομίζοντας αὐ-

9 [1]gratiam poſtea retulit. [2]Scio pleroſque ita ſcripſiſſe, [3]Themiſtoclem Xerxe regnante in Aſiam tranſiſſe. Sed ego potiſſimum [4]Thucydidi credo, [5]quod ætate proximus erat, qui illorum temporum hiſtoriam reliquerunt, & ejuſdem civitatis fuit. Is autem ait, ad [6]Artaxerxem eum veniſſe, [7]atque his verbis epiſtolam miſiſſe; *Themiſtocles veni ad te, qui plurima mala omnium Græcorum in domum tuam intuli, quum mihi neceſſe fuit adverſus patrem tuum bellare, patriamque meam defendere. Idem multo plura bona feci, [8]poſtquam in*

τὸν ἐκθεῖναι εἰς Ἰταλίαν. Curt. lib. 9. cap. 47. Hirtius lib. de Bello Alexandrino cap. 10. *Gebhard.*

1 *Gratiam poſtea retulit.*] Ex bonis ſuis, quæ clam per amicos tranſportata ſecum duxerat in Aſiam. *Plutarch.*

2 *Scio pleroſque ita ſcripſiſſe.*] Ephorum, Dinonem, Clitarchum, Heraclidem, alioſque Plutarcho citatos. *Lambin. Mag.* De quibus lege incomparabilis Voſſii librum, de Hiſtoricis Græcis. Præter eos Valer. lib. 5. c. 3. idem 8. 7. 15. & l. 5. 3. in fine. *Savaro.*

3 *Themiſtoclem Xerxe regnante in Aſiam tranſiſſe.*] Membranaceum meum codicem melius legere arbitror, *Themiſtoclem ad Xerxem regnantem in Aſiam tranſiſſe*: (quomodo & Schioppius veriſim. 1. 20. è libro vetere emendavit,) ita enim eſt apud Diod. Siculum. Sic paullo poſt dicit Cornelius noſter *ad Artaxerxem eum veniſſe.* Verum Xerxis & Artaxerxis nominum apud Perſas permutatio Chronologiam Perſarum non parum turbat. Diſſenſum veterum Hiſtoricorum ſuper hac re indicat quoque Plutarch. Themiſtocle, quem Acatius ad Thucydidem conciliare ſtudet. Ait enim ad Artaxerxem veniſſe, qui cum patre tum, poſt cladem in Græcia acceptam Remp. geſſerit. *Ernſtius.* Videndus omnino Petav. part. 2. Ration. Temp. lib. 3. 10.

4 *Thucydidi credo.*] Cicero etiam in Bruto *Thucydidem plurima fide dignum putavit.* Mag.

5 *Quod ætate proximus erat.*] Idem *Thucydidem paullo ætate poſteriorem* dicit in Bruto. *Quod ætate proximus erat.*] Ex Ms. Cod. lege, *Quod ætate proximus ab his erat.* Ernſt. alii libri excerpente P. Daniele *De his.* Schottus addit de Ms. ſuo *pr. erat iis.* Vulgata eſt veriſſima. *Gebhard.*

6 *Artaxerxem.*] Xerxis filium, qui μακρόχειρ cognomento dictus eſt. Plutarch. ὀνοφθεγ. βασιλ. *Lambin.* In Tarih dicitur كي بهمن, Kai Bahman, cognomento Daras Daſt, id eſt, Longimanus. Idem Artoxerxes appellabatur, Ebraice autem Arthalaſtah. Vide quæ infra *de regibus* notavimus.

7 *Atque his verbis epiſtolam miſiſſe.*] Eam ex Thucydide adſcribo, ut cognoſcant lectores quanta puritate & facilitate propè ad verbum à Probo ſit è Græco verſa: Ἐγὼ Θεμιστοκλῆς ἦλθον πρός σε ἐς κῆρ τῶν πολίτων Ἑλλήνων εἰργασμαι τὰ μέγιστον οἶκτον, ὅσον χρόνον τὸν πατέρα ἐπόνουν ἐμοὶ ἀναγκαῖον ἦν ἀμυνόμενον. πολὺ δὲ ἔτι πλείω ἀγαθὰ, ἐπειδὴ σε τὴν ἀσφάλειαν μοι παρεῖχον ἐκείνου μὲν ἐπιόντος μοι, σὲ δὲ ἀπόντα τὰ ἐπιτήδεια. καὶ μοι ὕστερον ἐφείλου· ἠδίκουν γὰρ σὲ ἀναχωρήσαντα, καὶ τὴν τῶν μὲν ἰδίων ἀφεσιν ποιήσασθαι τότε δι' αὐτὸν, ἐξ ἀρχῆς δὲ ἔχων σε μεγάλα ἀγαθὰ δρᾶσαι, πρέσβεις διακόμενος ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου Ἰταλίαν. βούλομαι δὲ σεαυτὸν ἐπιχειρῶν αὐτὸς σοι περὶ ὧν ἥκω, φιλῶσαι. *Longol.*

8 *Poſtquam in tuto ipſe.*] Vir Cl. legendum conjecit: *poſtquam in tuta ipſa*; de pa-

in tuto ipſe ego, & ille in periculo eſſe cœpit. Nam quum [1] *in Aſiam reverti nollet, prælio apud Salaminam facto, literis eum certiorem feci, id agi ut pons, quem in Helleſponto fecerat, diſſolveretur, atque ab hoſtibus circumiretur. Quo nuncio ille periculo eſt liberatus. Nunc autem* [2] *ad te confugi* [3] *exagitatus à cuncta Græcia,* [4] *tuam petens amicitiam: quam ſi ero adeptus, non minus me bonum amicum habebis, quam fortem inimicum ille expertus eſt. Ea autem rogo, ut de his rebus,* [5] *quas tecum colloqui volo,* [6] *annum mihi temporis des, eoque tranſacto me ad te venire patiaris.* Hujus rex animi magnitudinem admirans, cupienſque talem virum ſibi conciliari, [7] veniam dedit.

de patria ſentit. Sic & aptius cohæret oratio. Niſi tamen Nepoti Thucydidæa illa exprimere conſtitutum: Ἐπὶ σὲ ἦλθον ἐν ἀσφαλεῖ μὲν ἐμοὶ, ἐκείνῳ δὲ ἐν ἐπικινδύνῳ πάλιν ἢ ἀποκομιδὴ ἐγίγνετο. Ad prioris conjecturæ mentem oppido Plutarchus: Οὕτω δ' Ἑλλάδος ἐν ἀσφαλεῖ γενομένης, παρέχει τὸ οἶκοι σωζόμενα χαλεπώτερον ἢ ἐν ὑμῖν. *Boeclerus.*

1 *In Aſiam reverti vellet.*] Ita Ms. Schottus in ſcripto Codice reperit *nollet.* idque convenire autumat iis, quæ dixit noſter 2. 5. *Timuiſſe Themiſtoclem ne perſeveraret Xerxes bellare.* Boecl.

2 *Ad te confugi.*] Thucyd. Πάρειμι, *adſum.* Fortaſſe legendum, *confugie.* Lambinus.

3 *Exagitatus à cuncta Græcia.*] Translatio à venatoribus qui exactam cubilibus ſuis feram nullibi patiuntur conſiſtere, donec in poteſtatem veniat. Ovid. *Et lepus hic aliis exagitatus erit.* Gebhard.

4 *Tuam petens amicitiam.*] Hoc addidit de ſuo Probus. Non enim credibile eſt, eum verba illa Græca, Δι' ἐμοῦ σωθῆναι φιλίαν, Latine reddidiſſe, *tuam petens amicitiam.* Idem. Deinde, Græce ambiguum eſt, num propter amicitiam, quam cum rege dicebatur habere, an amicitiæ ineundæ cum Rege gratia venerit. *Longol.*

5 *Quas tecum colloqui volo.*] Περὶ ὧν ἥκω. Thucyd. Legendus Plutarchus in Themiſtocle, & in apophthegmatibus Regum; quo loco ſimiliter illud profert de tela contracta & explicata, in qua varia animalia ſunt acu picta: Cui orationem ſimilem eſſe dicebat. *Lambin.*

6 *Annum mihi temporis des.*] Vel *annum mihi tempus des.* Cod. P. Dan. Vel, *annuum mihi temporis ſpatium.* Ms. Puteani. *Annum mihi temporis des.*] Sic dictum eleganter κατ' ὑστερολογίαν, qua nomen regens caſu recti, & contra rectum regentis efferunt. Nec obſtat appoſitio, quam vocant ἐπεξήγησιν *annum mihi tempus des*; ut eſt in Gifanii ſchedis: vel, *annuum mihi tempus*, ut in Excerptis. *Annum* autem *temporis* dixit noſter, pro *tempus anni*; ut *dies ſpatii*, pro *ſpatium diei* Cæſar de Bello Gallico. Quanquam & *annum tempus* probem, ut *punctum tempus*, apud Lucret. *Keuchen.*

7 *Veniam dedit.*] Conceſſit ei annum, ut hoc temporis ſpatio linguam & inſtituta Perſica diſceret. Sic loquitur in Pauſania: *Quod ſi eam veniam ſibi dediſſet.* Similiter Dione atque Eumene. Cæſar lib. 7. cap. 15. *Datur petentibus venia.* Juſtin. XI. 15. Cicero Attico. *Impetravi à Salaminiis ut ſilerent, veniam quidem illi mihi dederunt.* Gebhard. Non narrat heic Probus, quanto in periculo Themiſtocles verſatus ſit, cum à Mandane Darii filia, Xerxis ſorore accuſatus eſt. Quod expoſitum eſt à Diodoro Siculo lib. XI. *Lambin.*

1 Omne

dedit. Ille [1] omne id tempus literis ſermonique Perſarum dedit: quibus adeo eruditus eſt, ut multo commodius dicatur apud regem verba feciſſe, quam hi poterant, qui [2] in Perſide erant nati. [3] Hic quum multa regi eſſet pollicitus, gratiſſimumque illud, ſi ſuis uti conſiliis vellet, [4] illum Græciam bello oppreſſurum: [5] magnis muneribus ab Artaxerxe donatus in Aſiam rediit, domiciliumque [6] Magneſiæ

1 *Omne id tempus literis ſermonique Perſarum dedit.*] Val. Maximus l. VIII. cap. 7. Themiſtocles *per ſummam iniquitatem patria pulſus, & ad Xerxem, quem paullo ante devicerat, confugere coactus, priuſquam in conſpectum ejus veniret, Perſico ſermoni ſe aſſueſecit; ut labore parta commendatione regiis auribus familiarem & aſſuetum ſonum vocis adhiberet.* Græcus Scriptor ἀδηλῶ: Μαθὼν φωνὴν μαθὼν ἐδίδαξεν αὐτὸν (Artaxerxem) πῶς ἴσχυσε τὰ πάλαι Πέρσαι. Cic. in Catone. *Gebhard.* Sed veriſimile eſt, ipſum Perſarum linguam ex parte addidiciſſe, ac tantum in ea per id tempus profeciſſe; ut Regi, quoad fieri potuit, intelligeretur. Hinc lux Plutarchi verbis, Χρώμενος ἐμμαθῶς, quod & Thucydides affirmat, & multi alii, ex quibus liquido id evincas. Accedit inſuper, Perſas plurimum à Græcis mutuatos eſſe, dum infinita adhuc habent vocabula, quæ de Græco manaſſe is demum poteſt dubitare, qui omnia ignorat. A Græcis igitur ad Perſas res ipſa cum nomine tranſiit. Quod multis rationibus ad Solinum ſuum confirmat Claudius Salmaſius. Non ſemper ergo à Cornelio ſtandum, dum in illa jurat, quorum probabilior alioquin eſt fides. Simile infra judicium de Dione jactat, quem adeo Carthaginienſes ſuſpexerunt, ut neminem unquam Græca lingua loquentem magis ſint admirati. *Keuchen.*

2 *In Perſide.*] Græci Περσίδα nunquam ponunt, niſi de particulari Perſarum regione. Quemadmodum Perſæ non pro Perſidis regione, ſed Perſarum imperio ſumuntur. Sic diſtinguunt inter Περσικὰς πόλεις, & πόλεις Περσίδος. Hæ ſunt Perſidis urbes, illæ Perſicæ dominationis. *Salmaſ.* Sluiskenii membranæ diſertim *Perſida* legunt. Utrumque rectum. *Perſida* pro *Perſis*, ut *Chalcida, Leucada, Elida:* pro Chalcis, Leucas, Elis, & alia. *Keuchen.*

3 *Hic cum multa regi eſſet pollicitus.*] Cicero lib. x. Epiſt. ad Atticum: *Themiſtocles non vidit, quid Xerxi polliceretur.* Lambin.

4 *Illum Græciam bello oppreſſurum.*] Id regi eum promiſiſſe, ceteri quoque ſcriptores tradunt, fateturque ipſe ep. 11. & 20. quamvis epiſt. 19. negat ſe hoc unquam admiſſurum: tantum ergo Athenienſes Oſtraciſmo ſuo profecerunt, ut eminentes proſcripti, præſertim ambitioſi & injuriæ impatientiores inſtrumenta ſe præberent opprimendæ patriæ, cum tutius fuiſſet ſubruere fundamenta. Adi Forſtner. in Tacit. 2. Ann. & Boecleri librum Commentarium.

5 *Magnis muneribus.*] Inter quæ fuit γάμβρειον πόλη, ſicuti tradit Athenæus. Illa donari ſummus in Oriente mos. Idque in hodiernum diem apud Turcas, Tartaros, Perſaſque in uſu eſt. Nemo ad regem admittitur, niſi ejuſmodi honoraria veſte donatus. Hoc vocant خلع عليه الخلعة. *Keuchen.*

6 *Magneſiæ.*] Quæ Urbs ad Mæandrum fluvium. *Steph. Livius.* Ad Thoracem. *Diodor.* Fuerunt autem duæ Magneſiæ in Aſia; una ad Mæandrum amnem, quæ Μαγνησία πρὸς Μαίανδρῳ dicitur: altera ſub Sipylo, quæ Μαγνησία πρὸς Σιπύλῳ cognominatur. Utramque in Lydia ponit Ptolemæus. *Salmaſ.* Prior Themiſtocli in panes data. Diodorus XI.

Μαγν-

gneſiæ ſibi conſtituit. Namque hanc urbem [1] ei Rex donaverat, his uſus verbis, [2] quæ ei panem præberet: (ex qua regione quinquaginta talenta quotannis [3] redibant) [4] Lampſacum, [5] unde vinum ſumeret: [6] Myuntem, ex qua obſonium haberet. Hujus [7] ad noſtram memoriam monumenta manſerunt duo: ſepulcrum, prope oppidum, in quo eſt ſepultus: [8] ſtatuæ in foro Magneſiæ. * De cujus morte multimodis

Μαγνησίαν μὲν τὴν ἐπὶ τῷ Μαιάνδρῳ πλείονς τ πόλεων ἴχνουσιν εἶναι τὴν Ἀσίαν, εἰς ἄρτους. Μυοῦντα δ εἰς ὄψον, ἴχνεσι χώραν πολλὴν, εἰς οἶνον.

1 *Ei rex donaverat.*] Xerxes. *Strabo* XIII. Artaxerxes. *Thucyd. Plutarch.* Sed Plutarchus adjungit, ex Neante & Phania, Percopen ſive Percoten & Palæſcepſin pro veſtitu Themiſtocli ab Artaxerxe datas. Sic Anthylla regis uxoribus in calceamentum data; Herod. II. *Kenchen.* Magnorum Principum antiqua conſuetudo; qui Satrapis & Dynaſtis ſuis, aliiſque quibus cupiebant, certas vel provincias vel urbes aſſignabant, unde vectigalia in uſus ſuos exigerent. Sic legimus antiquæ reginæ cuidam Ægyptum datam fuiſſe *εἰς κόσμον* à marito: Themiſtocli Lampſacum datum erat *εἰς οἶνον*, Magneſia *εἰς ἄρτον*, Myus *εἰς ὄψον*, Percota & Palæſcepſis *εἰς ϛρωμνὴν καὶ ἱματισμόν*. Similia narrantur de Pytarco, de Alcibiade, de aliis. Sic etiam legimus Ægypti reges ab aliis urbium ſuarum eſculenta, ab aliis poculenta, ab aliis ſtragula ſolitos exigere. Vide Ariſteam. *Caſaubon.*

2 *Quæ ei panem præberet.*] Venuſte *præberet.* Quod vocabulum eſt rei familiaris, *καὶ παρὰ τ βίον.*

3 *Redibant.*] Propr. Verb. ſic ſupr. paullo *pecunia quæ ex metallis redibat.* Hinc *reditus* pro cenſu. *Schottus.*

4 *Lampſacum.*] Opidum imprimis Aſiæ clarum & nobile vocat *Lucilius* apud Nonium. *Lampſacum.*] Male *Lamſacum* in Excerpt. Diodor. *Λάμψακον.* Et ſtatim *Smyrnam*, pro *Myuntem*; in Boecleri Mss. corruptius, & *κατ' ἀνισορίαν. Kenchen.*

5 *Unde vinum ſumeret.*] *Λάμψακον δὲ ἀμπελόφυτον ἴχνουσιν χώραν πολλὴν, εἰς οἶνον. Diod.* Unde haud dubie à Priapo condita ſcribitur illa civitas, Bacchi & Veneris filio. De qua re ſubtiliſſime Plutarchus in libello de claris mulieribus. Sed & Demoſthenes *Περίπατος κλίσμα* appellat. Vide Servium ad IV. Georg.

6 *Myuntem.*] Ubi ingens piſcium ubertas & copia, *ἴχνουσι θαλαττον ἰνιχθύων. Diod.* Hinc Themiſtocli in obſonium data. *Thucyd.* Sita urbs ad oſtia Mæandri fluminis. *Strabo, Plin. Pauſan. Herodot.*

7 *Ad noſtram memoriam.*] Arbitrarer utique Probum id quoque ex Thucydide vertiſſe, niſi ſcirem Pauſaniam, qui longe ætate fuit Probo poſterior, teſtari Athenis ſuo tempore Themiſtoclis monumentum adhuc exſtitiſſe prope portum maximum. *Longolius. Καὶ πρὸς τῷ μεγίστῳ λιμένι τάφος Θεμιστοκλέους. Pauſan.*

8 *Statuæ in foro Magneſiæ.*] Plutarchus in foro Magnetum non Themiſtoclis ſtatuas, ſed ſepulchrum exſtitiſſe ait. Potuit & Magneſiæ, & juxta Piræum fuiſſe Themiſtoclis ſepulchrum. Nam Pauſanias ejus oſſa Magneſia, ubi primum ſepulchro conditus eſt, in Atticam tranſlata fuiſſe tradit. Etſi enim exhumatum ſit cadaver, non tamen videtur dirutum fuiſſe ſepulchrum, quod fuit (teſte Plutarcho) illuſtriſſimum: cui & ſtatuæ, quarum Probus mentionem facit, junctæ fuiſſe videntur. Mos enim antiquus fuit, defuncti ſtatuas ſepulchro imponere. *Mag.* Sic forum Antiochiæ, Germanici; Megarenſium Coræbi Mauſolæis celebrabatur. Qui eximius ho-

nos

dis apud pleroſque ſcriptum eſt. Sed nos eundem potiſſimum Thucydidem auctorem probamus, qui illum ait Magneſię morbo mortuum: neque negat fuiſſe famam, venenum

nor apud antiquos. Strabo τρίκολον vocat conditorium Alexandri, quod in medio fuit urbis Alexandriæ. Idem σῆμα appellat illum locum (non enim σῶμα legendum) in quo κειμαιτήρια regum ac imperatorum. Sed notandum, ſolis Ducibus illud conceſſum. Vide Servium Sulpitium ad Ciceronem lib. IV. Epiſt. ad Famil. Infra Nepos de Dione: *In urbe, celeberrimo loco elatus publice, ſepulchri monumento donatus eſt.* Keuchenius.

* *De cujus morte multimodis.*] Conciſim deterioris notæ libri, *multis modis* Excerpta, *multimodis*, quomodo edendum curavimus ſecundum veterum ſcripturam & analogiam. *Multimodis* antiquum adverbium apud Turnebum l. VI. cap. 14. Adverſ. Nec aliter ex ſuis libris optimus Gifanius Conject. Lucret. pag. 379. & Joan. Savaro. *Idem.* Appulejus, *quarum ſubſtantia multimoda poteſtatum coitione conficitur.* Vetus poëta apud Ciceronem de Oratore. *Multimodis ſum circumventus morbo, exſulio atque inopia.* Gebh. vide Juretum in Symmach. l. 13. *De cujus morte.*] Hieronymus epiſtol. 11. ad Nepot. *Sapiens vir Græciæ Themiſtocles cum explet is centum & ſeptem annis ſe mori cerneret, dixiſſe fertur, ſe dolere, quod tum egrederetur è vita, quando ſapere cœpiſſet.* Sed vel corruptus locus legendumque *Theophraſtus*, vel ſanctus patet memoria lapſus eſt. Vid. Caſaubon. ad Theophraſti Charact. p. 97. & Phil. Carolum Var. lect. 2. 7.

1 *Morbo mortuum.*] Thucydides: Νοσήσας ὑπ' τελευτᾷ τ βίον. *Lambin.*

2 *Venenum ſua ſponte ſumſiſſe.*] Tauri ſanguinem, quod celerrime coëat & dureſcat. *Plin. Ariſtot. Diodor.* Videtur autem iſtud ſacrificium peragere voluiſſe brevi itutus in expeditionem Dianæ Λευκόφρυϊ. Valer. Maxim. l. v. cap. 6. *Themiſtocles, quem virtus ſua victorem, injuria Patriæ imperatorem Perſarum fecerat, ut ſi ab ea oppugnanda abſtineret, inſtituto ſacrificio exceptum patera tauri ſanguinem hauſit: & ante ipſam aram quaſi quædam pietatis clara victima concidit.* Scholiorum Auctor in Ariſtophanis equites: Ἐν Μαγνησίᾳ θύομένῳ ταύρῳ τελευτᾷ ἡ μιᾷ σπάσαντι τ μισυδάρου ἐνθεικνυμένῳ τρόπον. Et paullo poſt: Σύμμαχος δέ φησι φάσκοντος περὶ Θεμιστοκλέους. ὅτε γὰρ Ἡρόδοτος, ὅτε Θουκυδίδης ἱστορεῖ. Ἔστι γὰρ ὑπὸ Σοφοκλέους Ἐλένης.

Ἔμοι ᾧ λῴστον αἷμα ταύρου γ' ὀμπεῖν

Καὶ μάγα πλείω τ δ' ἴχῃ δυσφημίας.

Τινὲς δέ φασιν ὅτι Σοφοκλῆς περὶ Θεμιστοκλέους τοῦτό φησι· φάσκοντος γάρ ἐστι πιθανόν. Opinionis originem, qua hauſto immolati tauri ſanguine Themiſtoclem ſibi mortem conſciviſſe credebatur, aperit: nempe ex vitioſa Sophoclei dicti interpretatione ortam putat, ad cujuſmodi fatum alluſiſſe Tragicus vulgo exiſtimabatur. Etſi Thucydides, Herodotus, aliique nihil de ſanguine taurino prodiderint, tamen plures reperire licet, quibus hæc opinio ſit firmiter accepta; quam illos qui Thucydidi aſſenſum commodent. Videatur Cicero Bruto: *Num quem Thucydides, qui & Athenienſis erat, & ſummo loco natus, ſummuſque vir & paullo ætate poſterior, tantum mortuum ſcripſit, & in Attica clam humatum: addidit fuiſſe ſuſpicionem ſibi veneno conſciviſſe mortem. Hunc iſti ajunt, cum taurum immolaviſſit, excepiſſe ſanguinem patera, & eo epoto mortuum concidiſſe.* Sic Diodorus lib. XI. & Hieronymus: *Xerxes rex potentiſſimus & ditiſſimus adverſum Græciam innumerabilem duxit exercitum, & ea geſſit, quæ Græcorum narrant hiſtoriæ. Succendit enim Athenas ſub principe Callia, bellumque ex eo tempore geſtum eſt in Thermopylis, & apud Salaminam navale certamen, quando Sophocles & Euripides clari habebantur, & Themiſtocles in Perſas fugiens, hauſto tauri ſanguine periit.* Græcus quidam Scriptor apud Ariſtophanis

nenum ſua ſponte ſumpſiſſe, [1] quum ſe, quæ regi de Græcia opprimenda pollicitus eſſet, præſtare poſſe deſperaret. Idem [2] oſſa ejus clam in Attica ab amicis eſſe ſepulta [3] quoniam legi-

phanis Explanatorem: Themiſtocles ὀφλήμενος ἅμα τῷ στρατηγῷ Artaxerxis εἰς Μαγνησίαν, καὶ καλούμενος ἀπολεῖ, εἰ μὴ αὐτὸν σωθείης Ἐρίφωνες εἶτα δεηθέντι βαρβάροις, ἀποσφάσαι ταῦρον ἐμέσαντα ὡς θυσίαν ἐπιτελέσαι βούλοιτο, καὶ ἱερεῦσαι τῇ Λευκοφρυῒ Ἀρτέμιδι κατακεκλεμένῃ, ταῦρος ὑποθεὶς τὸν Φιάλλιν, καὶ ὑποδεξάμενος τὸ αἷμα καὶ χανδὸν πιὼν ἐτελεύτησεν αὐθέως. Sic teſte Strabone l. 1. Geogr. irrumpentibus in Phrygiam Cimmeriis Midas epoto tauri ſanguine obiit: Ἡ τίγρις, inquit, Μίδαν αἷμα τ ταύρου πιόντα φασὶν ἀπαλθεῖν εἰς τὸ χεῖον. Traditque Plutarchus Flaminino, ex quorundam opinione Hannibalem, Midæ & Themiſtoclis exemplo, taurino ſanguine epoto ſe enecaſſe. *Gebhardus.*

1 *Quum ſe, quæ regi de Græcia opprimenda pollicitus eſſet, præſtare, &c.*] Alludit Cicer l. x. epiſt. ad T. Pompon. VII. Ἀδηλος Scriptor apud Ariſtophanis Explanatorem: Οἱ δὲ φασιν, ὅτι σωισθεὶς ὁ Θεμιστοκλῆς ὅτι ἀγγέλους ἔπεμψε τῷ βασιλεῖ, ἅπερ ὑπηγείλατο, ἵνα σωθῇ ὑπὸ τοῦ Ξέρξου τοῦ βασιλέως, ἅπερ ὑπηγείλατο. *Idem.*

2 *Oſſa ejus clam in Attica ab amicis eſſe ſepulta.*] Τὰ δὲ ὀστᾶ φασι κομισθῆναι αὐτῷ οἱ προσήκοντες οἷπερ δὲ κελεύσαντος ἐκείνου, καὶ τιθῶσι κρύφα Ἀθηναίων ἐν τῇ Ἀττικῇ· ἐ γὰρ ἐξῆν θάπτειν ὡς ὑπὸ προδοσίᾳ φεύγοντα. *Thucyd.* Alii publico decreto factum fuiſſe prodiderunt juſſu oraculi, quod non citius fore peſtilentiæ finem reſponderat, quam ſi Themiſtoclis oſſa Magneſiâ reduxiſſent. Ἄ-δηλος quidam apud Ariſt. interpretem; λοιμωξάντων δὲ Ἀθηναίων ὁ θεὸς εἶπε μιλάγλη τὰ ὀστέα Θεμιστοκλέους. Μαγήτων ὃ μὲν συγχωρήντων, ἠπόσαντο ἐπὶ τεμάχοντα ἡμέρας ἐναγίσαντες τῷ τάφῳ καὶ θεσπιλωσάντες τὸ χωρίον, λαθρᾳ κομίζουσιν ἀνορύξαντες τὰ ὀστᾶ. *Gebhard.* De quo Pauſanias in Atticis. At Symmachus id falſum eſſe putat, quod nec Herodotus nec Thucydides hujus rei mentionem faciant. *Longol. Mag.*

3 *Quoniam legibus non concederetur.*] Leges enim vetabant, ejus, qui vel ſacra legiſſet, vel patriam prodidiſſet, oſſa in Attica ſepelri. Xenophon lib. I. ἰλλιν. Τοῦτο δ' εἰ βέλαδια, καὶ τοῦτον ἡ νόμον κρίνατε. ὅς ἐστιν ἐπὶ τοῖς ἱεροσύλοις καὶ προδόταις, ἐάν τις ἢ τῶν πόλιν προδιδῷ, ἢ τὰ ἱερὰ κλέπτῃ, κρεθέντα ἐν δικαστηρίῳ, ἂν καταγνωσθῇ, μὴ ταφῶσι ἐν τῇ Ἀττικῇ, τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ δημόσια εἶναι. *Lamb.* Quod demonſtrat etiam in Phocione Plutarchus. Quem uſum tamen Romanos non obſervaſſe, liquet ex Ovidio Eleg. 3. l. III. Triſtium. Solenne hoc etiam noſtris JCtis in Pandect. ſub Tit. *De cadaveribus punitorum:* Deportatorum & relegatorum corpora minime transferri. *Mag.* Graviſſimum namque proditionis crimen, ut & læſæ Majeſtatis: quod & liberi etſi innoxii luunt, patriaque his interdicitur, quam prodidere. Reſpexit huc Virgilian. Sinon.

Nec mihi jam patriam antiquam ſpes ulla videndi
Nec dulces natos, exoptatumque parentem,
Quos illi fors ad pœnas ob noſtra repoſcent
Effugia, & culpam hanc miſerorum morte piabunt.

Vide Kirchman. de Funer. Roman. append. & Gutherium de Jure manium l. 7. *Schott.*

De THEMISTOCLIS rebus vide Plutarchum in vita. Herodotum 8. Diod. Sic. 11. Bibliothecæ, Thucyd. 3. Suid. V. *Themiſtocles.* Ælianum paſſim. Juſt. 2. Val. Max. & Frontinum. Cicer. Pauſan. paſſim. Poliæn. 1. &c. *Boeclerus.* Multa quoque de eo ſuppeditabunt 11. epiſt.

que

legibus non concederetur, quod proditionis eſset damnatus, memoriæ prodidit.

quæ ſub ejus nomine circumferuntur. Effigiem è gemma annulari habes inter imagines Urſini num. 141. quam tibi exhibemus.

Paullo diverſam exhibet nummus meus his circum literis ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ in poſtica parte Victoriæ prorâ navis inſiſtens, dextra palmam, ſiniſtra lanceam tenens cum literis ΚΑΤΑ ΠΕΡΣΩΝ.

ARI-

ARISTIDES.

III.

[1] ARISTIDES [2] Lysimachi filius, Athenienſis. [3] Æ- 1
qualis fere fuit Themiſtocli. Itaque cum eo [4] de principatu contendit. Namque [5] obtrectarunt inter ſe. In his autem cognitum eſt [6] quanto antiſtaret eloquentia inno-

1 *Ariſtides.*] De hoc Plutarch. in ejus vita & apophtheg. Herod. lib. 8. Val. 6. 5. *Savaro.*

2 *Lyſimachi filius, Athenienſis.*] Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου, ἀνὴρ Ἀθηναῖος. *Herodot. Plutarch.*

3 *Æqualis fere fuit Themiſtocli.*] Σύγχρονος ſive ὁμήλιξ. Attico: *Quæ ex re pueritia nobilis inter æquales ferebatur.* Curtius Ruffus lib. VIII. cap. 67. m. *Atalum etiam æqualem ſibi & haut diſparem habitu oris & corporis, utique cum pracul ſeretur, veſte regiâ exornat.* Lactantio lib. 1. Inſt. cap. 5. Vocatur Orpheus *æqualis ipſorum Deorum:* ſiquidem inter Argonautas cum Tyndaridis & Hercule navigarit. *Gebhard.*

4 *De principatu contendit.*] Τ'περὶ τῆς πρωτείου. Fuiſſe contentionem inter Ariſtidem & Themiſtoclem etiam à pueris, teſtantur Plutarchus in Ariſtide, Herodotus Uraniâ, Diodorus & Polyænus: Ἀριστείδης καὶ Θεμιστοκλῆς ἐχθρόταποι πάντων ὄντες διεπολιτεύοντο. Illa per tempus inter utrumque depoſita fuit, quando in Græciam tranſibat Xerxes. Additum fidei pignus elatis digitis, ac eodem loco clamantibus: Τῷ ἴχθρᾳ ἐνταῦθα καταπιθήμεθα, ἕως ἂν φυγὼν τὴν Πέρσων ἀλῶπεκα μήσωμεν. *Polyæn.* 1. Strateg. Cauſa hujus adducitur à Plutarcho in apophthegm. ἀεὶ καθ' αὑτὸν ἐπολιτεύετο καὶ τὰς ἐπαιρείας ἔφυγεν, ὡς τὸν ὑπὸ τῶν φίλων δυναμένως ἀδικεῖν ἐπαιρόμενος. In vitâ Themiſtoclis aliam fuiſſe adſerit, nimirum quod in amore Steſilex præſtantis formæ mulieris corrivales fuerunt, id verò ex Ariſtone philoſopho adducit. Mox cauſam in diverſitatem ingeniorum conjicit: Ariſtides enim placidus & animo tranquillus: Themiſtocles è contrario fervens, ambitioſus, & novarum rerum cupidus fuiſſe dicitur. *Long.* Sed eſt animadvertendum, Plutarchum cum in Themiſtoclis, tum in Ariſtidis vitâ, de puero, non de muliere aut puella eſſe locutum. Sic enim habet in Themiſtocle: Ἡγάδησαν δὲ ἀμφότεροι τῆς κλεὶς Στησίλεω τοῦ γένους ὄντος, &c. In Ariſtide vero: Στησίλεω δὲ, ὃς ὧν χρῆς Κεῖος, ἠγάδησαν. Vides utrobique de puero Plutarchum ſcribere. Sed in Themiſtocle legendum videtur Κίου, vel Κείου, non autem Τίου, *Mag.*

5 *Obtrectarunt inter ſe.*] Διεπολιτεύσαντο: contrarias in republica partes foverunt. Epaminonda: *Habuit obtrectatorem Meneclidem quendam, indidem Thebis, adverſarium in adminiſtranda republica.* Paterculus lib. II. cap. 43. iſtiuſmodi *obtrectationes* vocat *Civiles contentiones.* Valerius lib. III. cap. 8. vocat *acerrimi ſtudii in adminiſtratione Reip. diſſidia.* Ejuſmodi obtrectationes civiles viguerunt inter P. Africanum Superiorem & Tib. Gracchum, ut videre eſt ex A. Gellii lib. XII. cap. 8. *Gebhard.*

6 *Quanto antiſtaret eloquentia innocentiæ.*] Quanto intervallo præcederet ac ſuperaret innocentiam Eloquentia. Ennius Iphigeniâ:

Plebes in hoc regi antiſtat; licet
Lacrumare plebi, regi honeſte non licet.

Tacit. II. Annal. cap. 33. Apul. lib. IV. Metamorph. *Tunc inter eos unus, qui robore*

innocentiæ. [1] Quamquam enim adeo [2] excellebat Ariſtides abſtinentiâ, ut unus poſt hominum memoriam, quod quidem nos audiverimus, [3] cognomine JUSTUS ſit appellatus: tamen [4] à Themiſtocle collabefactus [5] teſtulla illa, [6] exilio decem annorum mulctatus eſt. Qui quidem quum intel-

bere cæteris antiſtabat. Idem lib. VIII. *Quanquam cæteris omnibus is genere viris antiſtaret.* Cum accuſandi caſu. Q. Metellus Numidicus apud Gellium. *Qua in re quanto univerſi me unum antiſtatis, tanto vobis quam mihi, majorem injuriam atque contumeliam facit.* Gebh. Sidonius epiſt. 14. l. 7. ibique multa congeſſimus. *Savaro.*

1 *Quanquam enim adeo.*] In Excerptis: *cum cum enim adeo;* & in gloſſa pro *quanquam.* Sic *unde unde* dicebant, ὁπόθεν ἔν. Terent. Andr. IV. 2. *ubi ubi erit,* quemadmodum, *ut ut, qua qua,* & ſimilia. Vide Donatum. *Keuchen.* Videtur aliquid latere.

2 *Excellebat Ariſtides abſtinentia.*] Id eſt, integritate, eaque virtute, quæ in eo conſiſtit, ut nulli fiat injuria, nullique res ſua auferatur. *Lambin.* Quo etiam nomine illum prædicat Val. Maximus, de abſtinentiâ verba faciens, lib. V. c. 4. Ac de paupertate ejus Nepos infra. *Schott.* Apulejus in Apologia: *Eadem eſt paupertas apud Græcos in Ariſtide juſta, in Phocione benigna, in Epaminonda ſtrenua, in Socrate ſapiens, in Homero diſerta.*

3 *Cognomine Juſtus ſit appellatus.*] Quod erat cognomentum maxime regium & diviniſſimum. *Alex. ab Alex.* Diodorus Siculus lib. XI. Καὶ λέγεται τὸν ὑπερβαλλόντως δίκαιον ἐπωνομάσθη. Herodotus quoque, ut Ariſtidis mores accepit, eum cenſuit ἄξιον ἀνδρὸς γνώσθαι τὸ Ἀθηναίοισι τὸ δικαιότατον. lib. VIII. 79. Cicero pro Sextio, & Tuſcul. V. *Ariſtides nonne ob eam cauſam expulſus eſt patria, quod præter modum juſtus eſſet?* Vide Æſchinem Oratione κατὰ Κτησιφ. & ὅτι ὁ ῥήτωρ. Plutarchum in Vita, ubi multa inſignis ejus juſtitiæ exempla adfert. Val. Maximum V. 4. *Lambinus. Longol.* Hinc tota ſcena in Ariſtidem intenta fuit, cum Athenis olim recitarentur in theatro verſus Æſchyli:

Οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιον ἀλλὰ εἶναι θέλει,
Βαθεῖαν αὔλακα δεῖνα φρενὸς καρπιζόμενον,
Ἀφ' οἷς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βελέμναλα.

4 *A Themiſtocle collabefactus.*] Sparſerat enim in vulgus Themiſtocles Ariſtidem callide efficta modeſtia in forenſi poteſtate ſublatis judiciis regnum adfectare. Alioqui & populus victoriis ſuperbiens factus, ægre ferebat virtutis nomine præ cæteris aliquem excellere; ut refert Plutarchus. *Longol.* Idem civitatis inſolentiam & rerum novarum cauſas incuſat. *Mag.*

5 *Teſtula illa exilio decem annorum.*] Oſtraciſmo. ἐξωστρακισμῷ. ὑπὸ τῶν δήμου. *Herodot.* At non erat Oſtraciſmus improbitatis, ut Plutarchus ait, caſtigatio; ſed honeſtiore vocabulo dominationis ac gravioris potentiæ, & pœna dicebatur. *Long.* Diſcrepat autem de Oſtraci inſcriptione cum à Probo, tum à ſe ipſo. Siquidem in apopht. eum, qui de ejus odii cauſa interrogatus eſt, non literarum gnarum ſcribentemve in oſtraco dicit, ſed ἀγεγράμματον. In vita vero non de uno qui eſſet ἀγεγράμματος & ruſticus, peteretque ab Ariſtide, ut Oſtracon inſcriberet, ſed de multis ait. *Mag.* De illa teſtula vide Juſtinum l. 11. Muſonium apud Stobæum περὶ ξένης.

6 *Exilio decem an. mulct. eſt.*] Verum enim vero Athenienſes hoc decennali exilio, quod laudi potius quam vitio ducebatur, & pœnæ nomine impoſitum minime erat cavebant, ne quis Tyrannide remp. invaderet, ut Athenis Piſiſtratus, Dionyſii Syracuſis. Sic refert in Miltiade extremo ſupra Nepos. *Schott.*

1 *Cedenſis*

intelligeret reprimi concitatam multitudinem non poſſe: [1]cedenſque animadverteret quendam ſcribentem, ut patria pelleretur, quæſiſſe ab eo dicitur, Quare id faceret, aut quid Ariſtides commiſiſſet, cur tanta pœna dignus duceretur? cui ille reſpondit, [2] ſe ignorare Ariſtidem, ſed ſibi non placere quod [3] cupide elaboraſſet, ut præter cæteros [4] JUSTUS appellaretur. Hic decem annorum legitimam pœnam non pertulit. [5] Nam poſtquam Xerxes [6] in Græciam deſcendit, [7] ſexto fere anno poſtquam erat expulſus, ple-

1 *Cedenſque animadverteret.*] Proba lectio, quam omnino requirunt proxime antecedentia. Nihilominus Barthius libro XXIV. Adverſ. cap. IX. *cadenſque*. Gebhard. Infra in Cimone: *Nam cum ille vir forti animo invidiæ ingratorum civium ceſſiſſet.* Præter Plutarch. in Apopht. ubi aliter & expreſſius multo clariuſque hoc refert. & in vita ejus. De Ariſtid. exilio Valer. 5. 3. *Sav.*

2 *Se ignorare.*] Id eſt non noſſe. Terent. Heaut. Plaut. Amphytr. *Niſi etiam ia quoque me ignorabit.* Unde ſæpe apud eundem, *ignobilis oculis meis.* Id eſt ne quidem de facie notus. Feſtus l. 12. *Sav.*

3 *Cupide.*] *Tam cupide* Giſanii noſterque codex ſcriptus. *Scott.* Sic legit Scioppius IV. Veriſim. cap. 2. Sed diſplicet id Barthio lib. 24. adv. cap. 18. Apud Suidam eſt: πάνυ δίκαιος ὢν. *Ernſt.* Cæterum etſi laudari debet ſtudium juſtitiæ in Ariſtide, tamen imprudenter egit cum *tam cupide elaboravit, ut præter cæteros juſtus diceretur.* Quod innuiſſe videtur quicunque cudi fecit nummum qui penes me eſt, in cujus uno latere caput Ariſtidis cum inſcript. ΑΡΙΣΤΙΔΗΣ Ο ΔΙΚΑΙΟΣ: in altero mulier ſedens dextra baculum tenens: infra: ΒΟΥΛΗΣ ΓΝΩΜΗ: circum ΟΥ ΔΟΚΕΙΝ ΑΛΛ ΕΙΝΑΙ.

4 *Juſtus appellaretur.*] Nimirum cum nimiis opibus abundant reſp. in luxum abeunt. Sic Epheſii Hermodorum abeſſe juſſerunt non alio nomine quam quod frugi eſſet, de quibus illud exſtat lepidum Elogium Heraclidi qui σκότεινος cognomento Epheſius. & ipſe fuit. *Digni ſunt Epheſii qui ad puerum uſque omnes ſtrangulentur, quod Hermodorum virum inter ipſos frugi ejecerint.* Addito *nemo noſtrum frugi eſto, aut alibi id eſto & inter alios.* Strabo l. XIV. Geograph. *Schott.*

5 *Nam poſtquam Xerxes.*] Hunc ad Ariſtidem exſulem miſiſſe legatos & tria millia Daricorum obtuliſſe, idem ſcribit Suidas, apud quem vide, quæ reſponderit. *Ernſt.*

6 *In Græciam deſcendit.*] Movit in Græciam. Sic ἀναβαίνειν eſt expeditionem ſuſcipere. Eodem modo, quo Latini *deſtendere*, Græci καταβαίνειν jungunt. Memini apud Diodor. ſcriptum: Τοθαρρήκοτως καταβαίνειν εἰς τὴν πόλεμον. Xenophon Ageſilao: Ἐπειδὴ ὁ Πίρσης παρεσκεύαστο ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα διάξειν, ἀντιπαβιώσας ἐπ' αὐτόν. *Gebhard: Schott.* Vide Juſtin. l. 2. in fine Herod. in Urania. *Savaro.*

7 *Sexto fere anno poſtquam erat, &c.*] Scriptus & Ultrajectina Editio: *Sexto fere anno, quam erat expulſus.* Nam ſic ſæpe veteres. Sueton. Claud. 17. *Sexto quam profectus erat menſe, domum rediit.* Curt. 4. 4. *Tyrus ſeptimo menſe, quam oppugnari cœpta erat, capta eſt.* Plin. H. N. 8. 42. de equo: *Terram attingere ore, triduo proximo, quam ſit genitus, negant poſſe.* Et *poſtquam* proxime antecedit. Verum quarto demum anno revocatum calculus annorum evincit. Revocatus enim Olympiad. LXXV. anno 1. Pulſus autem Olympiad. LXXIV. anno II. Vide Chronologiam noſtram. *Schott.*

[1] plebiſcito in patriam reſtitutus eſt. Interfuit autem pugnæ navali [2] apud Salamina, quæ facta eſt prius quàm poe-
2 na liberaretur. [3] Idem prætor fuit Athenienſium apud Platæas, in prælio quo [4] Mardonius [5] fuſus, barbarorumque exercitus eſt interfectus. [6] Neque aliud eſt ullum hujus in re militari illuſtre factum, quam hujus imperii memoria. [7] Juſtitiæ vero & æquitatis * & innocentiæ multa. Im-

1 *Plebiſcito.*] Καλὰ ψηφίσματα τῆ δήμυ. Malim *populi ſcito*, quomodo & heic in Mss. Dan. ac Leydenſi, & in iiſdem aut aliis Codd. infr. legitur 7, 5. 7. 19. Id cum abbreviate ſcriptum eſſet *pplíſcito* vel *pliſcito* imperiti in notius mutarunt. Erat autem apud Roman. *populi ſcitum* lex ſive juſſum à populo factum. Feſt. in ſchedis Farneſian. ut à viris doctis ſuppletæ ſunt. *Scitum populi dicebatur, quod ſine plebe cunctus patricius ordo, rogante patricio, ſuis ſuffragiis juſſit.* Tacit. 3. Ann 58. Apte igitur Noſter Athenienſium decreta *populi ſcita* vocat ſicut 15. 7. Decretum de imperio Epaminundæ innuens, ait: *populus juſſerat.* Buchnerus.

2 *Apud Salamina.*] Quod ex Herodoto intelligere licet in Urania. Ubi narrat præclarum & memorabile ejus facinus. Lambinus mallet *Salaminam* aut *Salaminem*: nulla neceſſitate. Vid. ſup. ad 2. 2.

3 *Idem Prætor fuit Athenienſium.*] Ἄρχων ſine ſorte, virtutis magnæ ergo, extra ordinem electus. Plutarchus in ejus vita docet ex Idomeneo: Καὶ μὴν ἄρξαι γε τῆ Ἀριστείδην ὁ Ἰδομενεύς, ἀ κεκμόδων, ἀλλ' ἑλομένων Ἀθηναίων, φησίν. Vide *Joan. Meurſii* Archontes libro 1. c. 9. Prætor hoc loco Στρατηγός. Οἱ Στρατηγοὶ dicti etiam qui ſummum magiſtratum ἀρχόντων tenuere, inter quos ſine fabis miſſis Ariſtides. Hinc Eunapius æquipollenti dictione στρατηγοδιδάσκαλον appellavit, in vita Proæreſii. Ubi obſerva; non ſibi elegiſſe Archontem è civibus ſuis Athenienſes, ut ſolebant, ſed ab Imperatore accepiſſe. Hinc μίσας στρατηγὸς, & μίσας δόξ, glorioſa nomina apud Nicephorum Gregoram & alios. Sed deinceps *Magni* cognomentum abrogatum & ἁπλῶς Duces appellati. Laonicus Chalcondyles Athenarum ἡγεμόνα dicit. 1v. Quo ſenſu *Imperatores* à militibus nominati, qui imperium belli ſuis auſpiciis adminiſtrandi à populo accepiſſent. Hunc Veteres, ut notat Juſtinianus in Novellis, *Prætorem* vocaverunt. *Keuchen.*

4 *Mardonius.*] Satrapes, natione Medus. *In Pauſan.* Nonnulli hunc cum Mardochæo confundunt, qui patruus Eſtheræ. Nomen non admodum abludit, ſed ætas, atque aliæ circumſtantiæ apud Herodotum. *Keuchen.*

5 *Fuſus.*] Lapide percuſſus. *Plut.* in Ariſt. Reliquit illum in Græciâ Xerxes poſt cladem Salaminiam. *Herodot.* in Calliope. *Juſtin.* 11. *Oroſius.* 11.

6 *Neque aliud eſt ullum.*] Sane Thucydides & Plutarchus non ſegnem operam in Marathonia quoque pugna apud Miltiadem, quem conſilio & ſagacitate juvit, ab illo navatam prædicant. Verum quia non fuit ambitioſus, victoriam animis ferventioribus conceſſit, ut Miltiadi Marathonæ, Themiſtocli Salaminæ, Pauſaniæ Platææ. *Lengl.*

7 *Juſtitiæ vero & æquitatis multa.*] Exempla hæc commemorat M. Tullius lib. 111. officiorum, quod Themiſtocles Lacedæmoniorum claſſem incendi poſſe, Ariſtidi ſuggeſſiſſet, qui utile id quidem, non tamen honeſtum fore ratus, diſſenſit. Æquitatis autem illud exemplum, ab univerſa Græcia tributorum arbitrum electum, omnibus placuiſſe, gratumque exſtitiſſe, ut mox Nepos commemorat. *Schott.* Æquitas hoc loco ἡ μετριότης,

Imprimis, quod ejus æquitate factum eſt, quum in communi claſſe eſſet Græciæ ſimul cum Pauſania, quo duce Mardonius erat fugatus, ut ſumma imperii maritimi à Lacedæmoniis transferretur ad Athenienſes. Namque ante id tempus & mari & terra duces erant Lacedæmonii. Tum autem & [1] intemperantia Pauſaniæ, [2] & juſtitia factum eſt Ariſtidis, ut omnes fere civitates Græciæ ad Athenienſium ſocietatem ſe applicarent: & adverſus barbaros hos [1] duces deligerent ſibi, quo facilius repellerent, ſi forte [3] bellum renovare conarentur. Ad claſſes ædificandas, exercituſque comparandos, [4] quantum pecuniæ quæque civitas daret, Ariſtides delectus eſt, qui conſtitueret. Ejus arbitrio [5] quadringenta & ſexaginta talenta quotannis Delum ſunt collata. [6] Id enim commune ærarium eſſe voluerunt. 3

Quæ

ἀρετὴς, cui opponitur ἀκρασία & intemperantia. *Boecler.*

* *Et innocentiæ.*] Innocentiam equidem Ariſtidi non abjudico ſupra prædicatam: illud moneo, hoc loco *continentiam* potius reſcribendum videri, quam virtutem mox abſtinentiam nominat, quæ ſæpe in iiſdem adhiberi ſolent, ut ad Scriptorem de Viris Illuſtribus annotare me memini. *Schott.* Fruſtra. *innocentia* enim quandoque eſt *continentia* vel abſtinentia & avaritiæ opponitur. Vid. Cicer. pro L. Manil. c. 13. Val. Maximus lib. v. cap. 4. *Ariſtides, quo totius Græciæ juſtitia cenſetur, continentiæ quoque eximium ſpecimen.*

1 *Intemperantia.*] Impotentia, ſævitia, ſuperbia, βαρύτης.

2 *Et juſtitia factum eſt Ariſtidis.*] Vide *Diodorum Siculum* l. XI. *Plutar.* in Ariſtide, & *Thucydidem* l. I. Tradunt Scriptores, illum, ut ictum fœdus cum omni Græciâ firmaret, poſt diras execrationes, accenſos ferreos orbes in mare dejeciſſe; adjurans, ut ita exſtinguerentur cum omni ſtirpe & gente, qui contra fœdus irent, veluti ignitum illud ferrum aqua. *Alex. ab Alex.*

3 *Bellum renovare.*] De novo & integro inferre. Hamilcare; *Sed ita, ut ſtatim mente agitaret, ſi paullum modo res eſſet, refectæ, bellum renovare.* Hirt. l. VIII. c. 1. *Complures eodem tempore civitates renovare belli conſilia nitebantur.* Tacit. lib. III. Annal. cap. 20. *Eodem anno Tacfarinas, quem priore æſtate pulſum à Camillo memoravi, bellum in Africâ renovat.* Gebh.

4 *Quantum pecuniæ quæque civitas daret.*] Σωτάξεις appellarunt Athenienſes nomine ſpecioſo & leni, quia nomen φόρου moleſte ferebant Græci, inquit Harpocratio. Iſocrates ἀεὶ εἰρήνης. Ἡμεῖς γὰρ οἰόμεθα μὲν, ἂν τὴν θάλατταν πλέωμεν πολλαῖς τριήρεσι, καὶ βιαζώμεθα τὰς πόλεις συντάξεις διδόναι. Appellabant tamen & φόρους ἀπὸ τῆς φορᾶς. Æſchines ἀεὶ ἀκαρῆ. Ὡς ὢν Ἀριστείδης, ὁ τὰς φόρους τάξας τοῖς Ἕλλησιν, ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος. *Lambin.* Vide collecta Meurſio Fortun. Attic. cap. 7. pag. 52. & ſeqq.

5 *Quadringenta & ſexaginta talenta.*] Cod. P. Dan. *Quadringena & ſexagena.* Sic Schotti ac Giſanii: Ut infra in Alcibiade: *Quinquagena talenta vectigalis capiebat.* Si vel minima talenta Attica accipias, ſummam efficient noſtri æris ducenties ſeptuagies ſexies mille aureorum coronatorum. *Schott.*

6 *Id enim commune ærarium eſſe.*] Τα-

Quæ omnis pecunia poſtero tempore [1] Athenas tranſlata eſt. Hic qua fuerit abſtinentia, [2] nullum eſt certius indicium, quam quod quum tantis rebus præfuiſſet, in tanta paupertate [3] deceſſit, [4] ut quî efferretur, vix reliquerit. Quo factum eſt ut filiæ ejus publice alerentur, [5] & de communi ærario

μεῖον Δῆλος ἦν αὐτοῖς ἢ ξυνοδοι ἐς τὸ ἱερὸν ἐγένοντο. *Thucyd.* Erat enim locus munitiſſimus & nulli ſuſpectus. Vel forte intellexit Delii templum, quod in magna veneratione nedum Græcis, ſed exteris etiam gentibus erat. *Mag.* Solebant antiqui theſauros privatos & publicos in Deorum templis ac fanis deponere, ut eorum religione ac metu ſecuritas pararetur; aut loca illa ſacra & inviolata eſſent. Paſſim exempla præbent Hiſtorici & alii. De templo Hieroſolymitano, auctor *Hegeſippus* l. 1. c. 17. *Abbas* Uſpergenſ. in Chron. De æde Saturni apud Romanos, *Juvenal.* Scholiaſt. De templo Dianæ, infra *Nepos.* Sic Macedones in oppido Quinta juxta Tharſum, Syracuſani in Labdalo caſtello, Aſſyrii Suſis, Perſæ Gazæ, Ebræi in Thrace & Tauro Hiericuntis, Tigrani in Bambinſa & Olena, Babylonii in Zeugmate juxta Euphratem, alii alio loco ſua χρήματα ad belli opus deponebant. Cujus rei rationem habes apud Minutium in Octavio, & alios. *Keuchen.* De eo multa collegit Ferrandus Adduenſis Inſuber J. C. in libro obſerv. *Schott.* Adde Brodæum Miſcell. 4. 17.

1 *Athenas tranſlata.*] Vid. Juſt. 3, 6, 4.

2 *Nullum eſt certius indicium.*] Τάξας ὅ τὲς φόρους τοῖς Ἕλλησι, τοσούτῳ πλουσιωτέρους ἐπανῆλθεν, ὅσον εἰς τὸν ἀπόδημίαν ἀνήλωσεν. *Plutarch.* Similes fuerunt Epaminondas, Lamachus, Phocion, Pelopidas, atque alii Duces, de quibus paſſim Hiſt. Græcorum. Præter Herodot. Ariſtidem, Frontin. 4. c. 3. *idem præſtiterunt Athenienſes filiis Ariſtidis, poſt ampliſſimarum rerum adminiſtrationem, in maxima paupertate defuncti.* Savaro.

3 *Deceſſit.*] In Ponto: *Auctores* apud Plutarchum. Athenis: *Alii.* Circa Ioniam: *Craterus.* In Phalereo portu: *Plutarchus.* Quo fit, ut hallucinatus videatur Seneca, in *Conſolatione ad Albinam*: cap. 13. Ubi *Ariſtidem capitis damnatum, ductumque ad ſupplicium fuiſſe* tradit. Quod de Phocione ſtatuendum, ut diſſertim refutavit iſtum locum *Juſt. Lipſ.* Sed quamvis omnes paupertate maxima laboraſſe Ariſtidem aſſerant, Plutarch. tamen in principio vitæ ejus opulentum ex Demetrio Phalereo fuiſſe aſſerit. Ante mortem tamen reſtitutus in priſtinum ſtatum quæſtura functus eſt. *Longolius.*

4 *Ut quî efferretur.*] Alii Codices, *ut quibus efferretur.* Sic fere loquuntur Plautus & Terentius. *Efferre* autem uſitate, pro mortuum domo ad ſepulturam exportare. In Cimone: *Pauperes qui, unde efferrentur, non reliquiſſent, ſuo ſumptu extulit.* Eumene: *Amplo funere extulit.* Attico: *In funere matris ſuæ quam extulit annorum nonaginta.* Sic Terentius Andria: *Effertur: imus.* Ἐκφέρειν dicunt & Græci, ex quo ἐκφορεύς. Jam vero etiam Ariſtophanes in Pluto ſummam paupertatem declarare volens, ſic loquitur:

Ὡς μακαρίτην, ὦ Δαμάτηρ, ἢ βίον
αὐτῷ κρίνεις,
Εἰ φασάμενον, κἀμοχθήσας, κἀλαλεί-
μηδὲ ταφῆναι.

Lambin. Savaro. Talis fuit Agrippa Menenius apud Valer. Maximum lib. IV. 4. & Plinium XXXIII. 10.

5 *Et de communi ærario dotibus datis, collocarentur.*] Æſchines oration. κατὰ Κτησιφ. Ἀριστείδην ὃ ἢ τὰς φόρους τάξαντα τοῖς Ἕλλησιν, ἃ τελευτήσαντ᾽ ἐκ τοῦ δημοσίου ἐξεδόθησαν αἱ θυγατέρες ὁ δῆμος. Illæ dotes ex Prytaneo ſponſis in matrimonium datæ. Plutarchus in vita: Καὶ τὰς μὲν θυγατέρας ἱερὸν ἐν τῷ πρυτανείῳ τοῖς νυμφίοις ἐκδοθῆναι, δημοσίᾳ τ᾽ πόλεως τὸν γάμον ἐχούσας, καὶ προῖκα τριακοσίας δραχ-

ærario dotibus datis, collocarentur. [1] Deceſſit autem fere poſt annum quartum quam Themiſtocles Athenis erat expulſus.

δεκχμὰς ἰκατέρᾳ ψηφισαμένης. *Lambin. Langol. Mag.* De hiſce vide Meurſium Ath. Attic. I. 8. *Collocarentur.*] Nuptum darentur. Epaminonda; *aut virgo amici nubilis & propter paupertatem collocari non poſſet.* M. Cicero lib. II. de Officiis. *Cum conſuleretur, utrum bono viro pauperi, an minus probato diviti filiam collocares.* Idem de Inventione: *P. Scipio Corneliam Filiam Ti. Gracchо collocavit.* De illis quorum filiæ publice ex ærario dotes fuerint collocatæ nuptum, vide Val. Maximum lib. IV. cap. 14. *De Paupertate laudata.* Gebhard.

1 *Deceſſit autem fere poſt annum quartum.*] Anno fere poſt Romam conditam CCLXX. Nam Marathonia pugna CCLX. Urbis conditæ pugnata eſt, teſte Agell. lib. XVII. c. 21. Themiſtocles vero obiit Olymp. LXXVII. anno II. Non igitur Ariſtidæ filiam duxit Socrates, ut Laërtius lib. II. ait, ſed Συαγελεσὴν, ut Plutarchus in Ariſtide, notavitque doctiſſ. Caſaub. in Laërtium. *Schott.* De loco mortis & ſepulcro ei publice conſtructo, vid. Plutarch.

De Ariſtide videndi Plutarchus in vita, Herodotus in Urania, Diodor. Sicul. II. Polyænus I. Frontin. 4. 3. Valer. Maxim. 5. 3. ext. Juſtin. 2. 15. Cic. paſſim, Senec. 4. de benefic. 27. & Conſol. ad Helv. 13. (ubi tamen erraſſe videtur Seneca) Æſchines contra Cteſiphontem, Suidas. *Boecl.*

PAUSANIAS.

IV.

1 [1]PAUSANIAS Lacedæmonius. [2]Magnus homo, [3]ſed varius in omni genere vitæ fuit. Nam ut virtutibus eluxit, [4]ſic vitiis eſt obrutus. [5]Hujus illuſtriſſimum eſt prælium apud Platæas. Namque illo duce Mardonius, [6]ſatrapes

1 *Pauſanias Lacedæmonius.*] Suidas ex Thucydid. & Plutarcho hæc refert. Παυσανίας κλεομβρότου ἢ ἀλκιθέας, Βασιλεὺς Λακεδαιμονίων. ſic infra quoque *rex* vocatur. *Ernſt.* De patre conſtat præterea ex Herodoto 9. Plutarch. in Apophth. Lacon. & epigram. Veteri apud Athenæum.

2 *Magnus homo.*] Sic loquuntur Latini. Livius lib. 30. cap. 10. *Quæres minus verendos magnos homines ipſa ſ.tietate facit.* Salluſt. Orat. 2. ad Cæſ. *Hoſtem adverſum deprimere homini ſtrenuo haud difficile.* Gebhard.

3 *Sed varius in omni genere vitæ fuit.*] Eruditiſſimo Schotto non aſſentior τὸ *vitæ* hinc ableganti; cum verba inde ambigua ſint evaſura: neque illis, qui malunt *vanus*, interpretanturque χαῦνον. *Antonius varius ingenio.* Flor. IV. Sueton. Galba cap. 9. *Per octo annos varie & inæqualiter provinciam rexit.* Cicer. Lælio: *Aſſentatoris animus varius.* Gebh.

4 *Sic vitiis eſt obrutus.*] Itaque vituperat eum acerrime Diod. Sicul. lib. XI. Οὐκ ἐάσομεν τὴν Παυσανίου κακίαν, ἢ ἀσεβῆδοσίαν ἀκαλήρυλον. Lambin. *Obrutus*, id eſt, obtectus & obſcuratus, quod oppoſitum eſt τὸ *elucere*. Ergo *obruere* eſt obſcurare. Statius L. 1. Theb.

— *Quantum virides Venus addita Nymphas*
Obrnit. —

Tacit. Vita Agric. 17. Ita Græci καλαχᾶν uſurpant. Ἀθηναῖος apud Suidam: Φιλολογία τε ἢ ἀπρύτοις πόνοις ἐξικείμενον δύφνεστέρων ἢ πρεσβυτέρων καλέγωσε δόξας τῷ ἑαυτῷ ὀνόματι. obruit & obſcuravit. Memini ita quoque loqui Ciceronem & Juſtinum XVIII. 5. *Gebhard.*

5 *Hujus illuſtriſſimum eſt prælium apud Platæas.*] Ex Herodoto hoc deſcripſit: Καὶ νίκῳ (inquit l. IX.) ἀναιρεῖ καλλίστῳ ἁπασέων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν Παυσανίης ὁ Κλεομβρότου τοῦ ἀναξανδρίδεω. *Longol.* Incidit illud in Xantippum ἄρχοντα, & uno, eodemque die ad Mycalen. Quidam Anonym. Ἡ ἐπὶ Πλαταιᾶς μάχη, ἢ ἡ ἐπὶ Μυκάλῳ, καὶ τὴν αὐτὴν ἡμέραν. Videndus quoque Diodorus lib. XI. Plutarchus in Ariſtide, ubi in eadem pugna Xantippidem non Xantippum archontem nominat. *Meurſius. Illuſtriſſimum eſt prælium.*] Mallet *clariſſimus* Schottus, ſi libri faverent. Ego cum, de celebritate & fama potius quam de magnitudine ipſa & momentis prælii accipitur, non video quid habeat incommodi, cum *illuſtrandi* vox & *illuſtrium* iſto ſenſu placeat noſtro. Supr. 2. 1. *quo factum eſt, ut brevi tempore illuſtraretur.* Id eſt fama & auctoritate inclareſceret. 13. 1. *Multa hujus ſunt præclare facta, ſed hæc maxime illuſtria.* & 21. 1. *Eccl.*

6 *Satrapes.*] Præfectus. Vox eſt Perſica. Utitur ea & Terentius Heautont. *Satrapes ſi ſit. Amator nunquam ſufferre ejus ſumtus queat.* Iſocrates Panegyr. Τοιγαροῦν οἱ καταβαίνοντες αὐτῶν εἰς τὴν θάλατταν, ὃς καλοῦσι σατεράπας. Sic Probus infra, & ſæpe alibi. *Lambin.* Univerſum Perſarum imperium in præfecturas & provincias, quas illi Satrapias, earumque rectores, Satrapas appellabant, diſtributum erat. Satrapæ ergo provinciis præerant, eorumque fidei & curæ Provinciæ

trapes regius [1] natione Medus, [2] regis gener, in primis omnium Perſarum & [3] manu fortis & [4] conſilii plenus, [5] cum ducentis millibus peditum, quos [6] viritim legerat, & viginti millibus equitum, haud ita magna manu Græcia fugatus eſt: eoque ipſe dux [7] cecidit prælio. [8] Qua victoria

vinciæ committebantur. Horum muneri & officio incumbebat, provincialibus imperare, eorumque utilitatibus proſpicere, tributa cogere, primiſque cuſtodiis ſtipendia exſolvere: & quicquid inſuper facto opus eſſet, effectum dare. *Briſſon.*

1 *Natione Medus.*] Perſa. Quod idem eſt. Adeo enim hæ duæ gentes coaluerunt in unam, ut paſſim apud Græcos reperias Medos pro Perſis poni, & μηδίζοντας eos, qui Perſis ſtudebant. *Grotius.*

2 *Regis gener.*] Darii, cujus filiam Artozoſtren in matrimonio habebat. Quod ſi de Xerxe capias, gener heic erit ſororis maritus. *Gelbard.* Si Herodoto credendum eſt, Regis ſuit ſororius. Nam lib. VI. in hunc modum apud illum legitur: Μαρδόνιος ὁ γοβρύεω ἡλικίην τε νέος ἐὼν καὶ νεωστὶ γαμαικὼς βασιλῆος Δαρείου συγκέρα Ἀρτοζώστρεω. Sicut in Cononе Pharnabazus *regis gener* dicitur, hoc eſt Artaxerxis. Plutarch. in Artaxerxe. *Savaro. Longol.* Verum hoc tempore non Darius, ſed Xerxes Perſis imperabat, de quo ſi capias *gener* hic erit ſororis maritus, (qui in Timoleonte *affinis*) quo modo & Juſtinus lib. XIX. fecit, Sichæum Pygmalionis generum vocans. Etſi Corradus in Comment. ad l. I. Virg. Æneid. hunc Juſtini locum corruptum putet. *Mag.* Ergo *gener* eſt ſororis maritus, quod ex Sophoclis Oedipo, ac aliis ſcriptoribus notavit Vir incomparabilis Jacob. Cujacius, Obſervat. VI. 17. Quomodo & Ditmarus & Witichindus Saxo lib. I. loquuti ſunt. Sic Cedrenus Jothor Socerum Moyſis vocat πενθερὸν ἢ γαμβρόν. Ut quicunque uxorem alteri dat, aut filiam, aut ſororem, ejus gener dicatur. Fortaſſe & qui ducit, *gener* dicitur: Quo ſenſu ἐπιγαμβρεύειν legimus Matth. XXII. 24. B. Zonaras in Stauracio generale vocabulum reſtringit, γαμβρὸν ἐπὶ τῇ ἀδελφῇ. Cæterum iſtiuſmodi nomina cognationum & affinitatum ab auctoribus non Juriſconſultis confundi ſæpe, corrumpique, demonſtrat præter alios Alb. Gentilis lib. V. de nuptiis, p. 448. & ſeq. *Berneccerus.*

3 *Manu fortis.*] Frequens illud apud Cornelium. Sic in Datame, Timoleonte, Epaminonda & aliis locis.

4 *Conſilii plenus.*] Licet tamen intelligere ex Herodoto in Calliope, in Mardonio plus fuiſſe audaciæ, quam conſilii vel prudentiæ. *Lambin.*

5 *Cum ducentis millibus peditum.*] XXX. barbarorum myriadibus. *Herodot.* L. *Diodor.* CCC. armatorum millibus à Xerxe relictis. *Juſtin.* lib. XI. Græcorum ſociorum fuerunt V. Myriades. *Herodot.* Conſtructa poſt prælium victori Pauſaniæ pulcherrima porticus, cui à Perſis profligatis nomen inditum. *Vitruvius* lib. I. cap. I.

6 *Viritim.*] Erat, ut hinc apparet, iſta delectus ratio, qua vir virum ſuæ ſalutis cauſa legerat, cum quo in præliis verſaretur, & apud Orientis populos non incognita. Romanis & reliquæ Italiæ non fuiſſe inſolentem docet Livius IX. 39. *Cum vir virum legiſſet*, de Germanis Cæſar I. de B. G. 48. Juſt. 2. 13. *Gelbard.*

7 *Cecidit.*] Lapide ictus. *Plutarch. de Sera.* Ovid. *Cum cecidit fato Conſul uterque pari.* Thraſyb. *In ſecundo prælio cecidit Critias.* Datame: *Cadit in prælio adoleſcens.* Juſtin. lib. 20. *Non tamen immemores priſtinæ gloriæ cecidere.* Gebh.

8 *Qua victoria elatus.*] Μεγαλωθεὶς, ἐπαρθεὶς. Lyſandro: *Hac victoria Lyſander elatus.* Tac. 12. A. 29. *Ne hac fortuna elati in ſtram quoque pacem turbarent.* Cæſ. 7. 47. *Elati ſpe celeris victoriæ.* Front. 113. *Hannibal ſucceſſibus præliorum inſolens.* Et I. II. *Exercitus Samnitum ſucceſſibus tumidus,*

ctoria elatus [1] plurima miſcere cœpit, & majora concupiſcere. Sed primum in eo eſt reprehenſus, quod quum ex præda [2] tripodem aureum Delphis poſuiſſet, [3] epigrammate ſcripto, in quo erat hæc ſententia, *Suo ductu barbaros apud Plateas eſſe deletos, ejuſque* [4] *victoriæ ergo Apollini* [5] *donum dediſſe.* [6] hos verſus Lacedæmonii exſculpſerunt, [7] neque aliud ſcripſerunt quam nomina earum civitatum, qua-
2 rum auxilio Perſæ erant victi. [8] Poſt id prælium, eundem Pau-

midus. Hanc cauſam quoque prodit Ariſtoteles: nam ut ſolus Spartæ, cæteriſque Græcis imperaret Pauſanias, nova conſilia cum Xerxe iniiſſe ab eodem perhibetur, lib. v. Politic. cap. 7. Ἔτι ἐάν τις μίγας ἢ καὶ δωιάμιως ἐπὶ μείζων εἶναι, ἵνα μοναρχῇ. ὥσπερ ἐν Λακεδαίμονι δοκεῖ Παυσανίας ὁ στρατήγησας καὶ ἐπὶ Μηδικὸν πόλεμον. *Gebhard.* Atque hinc exorta eſt ingens rerum luxuries, & libidinum illecebræ, de quibus diſertim *Alexander* Neapolitanus lib. II. c. II. Genialium dierum.

1 *Plurima miſcere.*] Συγχυκεῖν, ταράττειν. Cicero pro Milone: *Quanto ille plura miſcebat, tanto hic magis convaleſcebat.* Gebhard.

2 *Tripodem aureum.*] In pleriſque certaminibus præmium fuit τρίπους, quem victor non auferebat domum, ſed ei Deo conſecrabat, in cujus honorem celebrabatur ludicrum. Hi ſunt τρίποδες χορηγικοί, quorum mentione Græca omnis hiſtoria, maxime autem Attica refertiſſima eſt. *Caſaubon.*

3 *Epigrammate ſcripto.*] Quod à Thucydide hunc in modum recitatur:

Ἑλλήνων ἀρχηγὸς, ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε Μήδων
Παυσανίας, Φοίβῳ μνῆμ' ἀνέθηκε τόδε.

Idem feciſſe illum Byzantii in poculo Diis littoralibus dicato Nymphis, Heracleotes apud Athenæum narrat.

Μνᾶμ' ἀρετῆς ἀνέθηκε Ποσειδάονι ναυχλεὶ
Παυσανίας ἄρχων Ἑλλάδος εὐρυχόρου
Πόντιε πὰρ Εὐξείνου, Λακεδαιμόνιος γένος ἐσθλός.

Κλεομβρότου, Ἀρχείας Ἡρακλίδης γενεᾶς.

Longol. Huic noſtræ inſcriptioni plane gemina eſt concinnitate, brevitateque illa Taciti II. Annalium 22. *Boeclerus.*

4 *Victoriæ ergo.*] Majuſculis literis ſcriptum reperi. Exſtat vero apud Thucydidem elogium diſticho comprehenſum lib. I. *Schott.*

5 *Donum dediſſe.*] Vide Boeclerum, qui inter ſolennia hoc refert ex Briſſonio Form. lib. I.

6 *Hos verſus Lacedæmonii exſculpſerunt.*] Vel *exſcalpſerunt.* Thucydides: Τὸ μὲν ἔν ἐλεγεῖον οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξεκόλαψαν. Quod præfero. Tres ſunt artes, *cælatura, ſcalptura, ſculptura*, quarum differentias pauci capiunt. At *ſculpturam* à *ſcalptura* auctor Gloſſar. videtur diſtinguere ratione materiæ: ut hæc ſit in auro, argento, argilla, & ſimilibus: illa in lapidibus: Sic Gloſſ. *Sculpit*, γλύφῃ λίθον, *Sculptor*, λιθογλύφος. *Kenchen.* Nove dictum eſt neque quod ſciam Latinorum quiſquam *exſculpere* pro *eradere* dixit. ἐκκολάπτειν autem Thucydidi ſignificat quod exſculptum fuit eradere, exſcindere. *Longol.*

7 *Neque aliud ſcripſerunt.*] Καὶ ἐπέγραψαν ὀνόματα τὰς πόλεις, ὅσαι συλλαθοῦσαι καὶ βάρβαρον, ἱστᾶσαν ἀνάθημα. *Thucyd.* lib. I.

8 *Poſt id prælium.*] Vide Diodorum Siculum lib. XI. Additus ei etiam collega Ariſtides. Quod frequens in Hiſtoria Græca. Alcibiade: *Duo præterea collegæ dati Nicias & Lamachus.* Ad quem locum plura notavimus. *Kenchenius.*

1 *Cum*

Pauſaniam [1] cum claſſe communi [2] Cyprum atque Helleſpontum miſerunt, ut ex his regionibus barbarorum præſidia depelleret. Pari felicitate in ea re uſus, elatius ſe gerere cœpit, majoreſque appetere res. Nam quum [3] Byzantio expugnato cepiſſet [4] complures Perſarum nobiles, atque in his [5] nonnullos regis propinquos: hos clam Xerxi remiſit, ſimulans ex vinculis publicis effugiſſe: & cum his [6] Gongylum Eretrienſem, qui literas regi redderet, [7] in quibus hæc fuiſſe ſcripta Thucydides memoriæ prodidit: *Pauſanias dux Spartæ, quos Byzantii ceperat, poſtquam propinquos tuos cognovit, tibi muneri miſit, ſeque tecum affinitate conjungi cupit. Quare, ſi tibi videtur,* [8] *des ei filiam tuam nuptum. Id ſi feceris, & Spartam & cæteram Græciam ſub tuam poteſtatem,* [9] *ſe adjuvante redacturum pollicetur. His*

1 *Cum claſſe communi.*] XXX. triremibus. *Diodor.*

2 *Cyprum atque Helleſpontum.*] Diodorus latiore ſignificatione, Τὰς Ἑλλησπόντου πόλεις vocat, ὅσαι βαρβαρικῆς δυνάμεως ἔτι φρουρούμεναι.

3 *Byzantio expugnato.*] De quo magna adhuc lis eſt ſub Hiſtoricis. Alii enim à Pauſania conditum, alii expugnatum tradidere. Prioris opinionis ſunt Iſidorus, Juſtinus, & auctor is, qui nugas Curialium conſcripſit. Sed credibile eſt, jamdudum à Byzante Urbem conditam, quod & ratio temporis, & plurimi ſcriptorum evincunt. Vide ſis ad hanc rem Juſti Lipſii commentarium in lib. XII. Taciti Annalium; & Voſſii ad IX. Juſtini. Urbs illa à pluribus condita ſcribitur, id eſt, à multis aucta, & reſtituta, quemadmodum de Babylone & aliis evidentiſſimum. *Keuchen.*

4 *Complures Perſarum nobiles.*] Εἶχον δὲ Μῆδοι αὐτὸ, καὶ βασιλέως ἀνεψιοῦς τινὰς καὶ συγγενεῖς, οἳ ἐάλωσαν ἐν αὐτῷ. *Thucyd.*

5 *Nonnullos regis propinquos.*] Cognatos, qui ſic honoris cauſa dicebantur. Quod contra Caſaubonum & alios. Thucydides utitur vocabulo συγγενῶν, quod in eadem ſignificatione à Græcis uſurpatum. *Keuchen.*

6 *Gongylum Eretrienſem.*] Sic legendum, non ut alii codices habent, *Cretenſem.* Nam & Thucydides, & Diodorus Siculus libris indicatis, *Eretrienſem* dicunt, ad quos accedat Xenophon l. III. ἑλλ. Δώρον δὲ καὶ αὐτοῖς αἱ πόλεις ἦσαν ὧνπερ καὶ βασιλέως Γογγύλῳ, ὅτι μόνῳ Ἐρετριέων μηδίσας ἐφηνήθη. *Longol. Lambin.*

7 *In quibus hæc fuiſſe ſcripta.*] Vide Epiſtolam apud Thucydidem, nam ad verbum fere ab Æmilio verſa eſt.

8 *Des ei filiam tuam nuptum.*] In Dione: *Aretem Dionis uxorem alii nuptum dedit.* Paciſcuntur illa vincula neceſſitudinum proditores ac transfugæ, vel ad perfidiam ſollicitatis offeruntur ad ſecuritatem obſignandam. Curt. 3, 6. *Nec ſalutem ſuam Philippo committeret: mille talentis à Dario & ſpe nuptiarum ſororis eſſe corruptum.* Diod l. 11. *Gebh.* Adde Ampliſſ. Freinshem. ad Curtium loco citato.

9 *Se adjuvante redacturum pollicetur.*] Longol. edidit, *Te adjuvante redacturum ſe pollicetur*, ſenſu plano, & proxime ad veram lectionem accedente; ſed invitis libris, qui conſenſu τὸ *ſe* exhibent in prioribus, in poſtremis non agnoſcunt. Doctiſſimus Gronovius cenſebat, aut ſuperfluum

[1] *His de rebus ſi quid geri volueris,* [2] *certum hominem ad eum mittas face, cum quo colloquatur.* Rex tot hominum ſalute, tam ſibi neceſſariorum, magnopere gaviſus, confeſtim cum epiſtola [3] Artabazum ad Pauſaniam mittit, in qua eum collaudat, ac petit, ne cui rei parcat ad ea perficienda, quæ pollicetur. Si fecerit, nullius rei à ſe repulſam laturum. Hujus Pauſanias voluntate cognita alacrior ad rem gerendam factus, in ſuſpicionem cecidit Lacedæmoniorum. In quo facto [4] domum revocatus, [5] accuſatus capitis, abſolvitur: [6] multatur tamen pecunia. Quam ob cau-

perfluum eſſe τὸ *adjuvante*, aut ſcribendum *redactum iri*. Ego vix dubito quin ita ſcripſerit Nepos: *Græc. ſub tuam pot. ſe, adjuvante te redact. pollic.* ut exciderit vocula *te*, quoniam eædem literæ in fine præcedentis legebantur.

1 *His de rebus ſi quid geri.*] *Horum igitur ſi quid.* Longol Lambin. Quod reſpondet Græco Thucydidis. Εἴ τι τούτων ἀρέσκοι. Unde hæc quoque deſcripta epiſtola eſt.

2 *Certum hominem.*] Fidum, cui tuto fidere poſſis. Sic ſæpe noſter, itemque Cic. & alii. Thucyd. ἄνδρα πιστόν.

Certum hominem ad eum mittas face.] *Face* ἀρχαϊκὸν pro *fac* conſtanter in omnibus. Sic *dice* apud Feſtum, *edice* apud Maronem lib. XI. ut obſervat Diomed. lib. I. Vide Priſcian. *Keuch.*

3 *Artabazum.*] Pharnaci filium. *Thucydid.* I. *Herodot.* IX. Nomen illud ſummum præfectum notat. Ἀρίας enim eſt clarus, magnus, ſplendidus, אדיר Ariths autem validum ſignificat; unde & Ἄρης Græcorum & Heros nomen ſuum accepere. Qui apud Ægyptios *Arte* vocabatur. Neque ab illis Perſæ multum differunt. Ἀρίωνοι enim Perſis Heroës, ſicut Heſychius teſtatur & Stephanus. *Thyſius.* Quam congeſſit Magnus Boxhornius explicationem nominis *Artaballi*, heic inſerere viſum. Ita ille: *Baſſus*, *Beſſus*, præfectus. Eſt quidem proprium illud apud Perſas nomen, ſed ex appellativo, quod præfectum notat, factum; quemadmodum & *Artabazus*, quod ſignificat Principem purpuratorum. *Baſſa* proprie Turcis, qui ex Scythis orti, quemadmodum & Perſæ, notat *Caput*. Cui ſimillimum eſt vetus Saxonicum *Beah*, vel, ut alii ſcribunt, *Beaz*, quod ornamentum capitis, coronam, & galeam & caput interpretatur Vir Eruditiſſim. Joannes Latius in Lexico ſuo Anglo-Saxonico. Leonclavius in Onomaſtico: *Baſſa & Baſſi Turcis caput. Baſſilire, capita, ſive duces, ut à κεφαλὴ Græcis ſunt dicti κεφαλάδες; noſtris à capite Capitanei.* Noti hodie in aula & imperio Ottomannidarum *Baſſæ*, id eſt, Præfecti. Neque dubitandum, quin ex Scythico illo vetuſtiſſimo vocabulo factum ſit Græcorum βασιλεὺς, id eſt, Rex. Hæc ille. *Boxhornius.*

4 *Domum revocatus.*] Thucydides: Λακεδαιμόνιοι ἀνεκάλεσαν αὐτόν. *Lambin.*

5 *Accuſatus capitis.*] A Peloponneſiis. *Diodor.* XI.

6 *Multatur tamen pecunia.*] Animadvertis multatos Lacedæmone infamia haud carere; eoque ipſo mandata provincia ſive imperio excidere, nec non patria; niſi eam inſigni facto meritove recuperaſſent. Vide Polyænum lib. II. in Clearcho, comment. 7. Nepos infra in Pelopida: *Idque ſine privato, non publico fecit conſilio* (de Phœbida loquitur) *quo facto eum Lacedæmonii ab exercitu removerunt, pecuniaque multarunt.* Gebh.

1 *Cogi-*

cauſam ad claſſem remiſſus non eſt. At ille poſt non mul- 3
to, ſua ſponte ad exercitum rediit, & ibi non callida, ſed dementi ratione [1] cogitata patefecit. [2]Non enim mores patrios ſolum, ſed etiam cultum veſtitumque mutavit. [3]Apparatu regio utebatur, [4] veſte Medica: [5] ſatellites Medi & Ægy-

1 *Cogitata.*] Sic reſtitui ex Thucydide, pro quo vulgati codices habebant mendoſe, *cognita*: Sic autem ille: Ἀλλ' ἐσῆλθε ἐξαίφνης πρᾶξαι ἃ τῇ γνώμῃ μείζονος ἐπιστάσεως ἔμελλε ἄρξειν. Quod ſi quis malit reponi *conata*; equidem non repugnem, quin ei valde aſſentiar. Nam hæc ſcriptura magis cum verbis Thucydidis, quam ſuperior congruit. *Lambin.* Cæſar lib. 1. de Bell. Gall. cap. 3. *Perfacile factu eſſe illis probat conata perficere.* Vellejus Patercul. lib. 11. cap. 29. *Privatus ut opibus, ita conſiliis magna auſus magnificeque conata exſecutus.* Sueton. Galba cap. 17. *Faciliorem occaſionem M. Salvio Othoni præbuit perficiendi conata.* Juven. Satyr. 13.

Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat ullum;
Facti crimen habet, cedo, ſi conata peregit?

Gebhard.

2 *Non enim mores patrios ſolum, ſed etiam cultum, veſtitumque mutavit.*] Valerius Maximus lib. 11. cap. 6. *Pauſanias, qui maximis operibus editis, ut primum ſe Aſiæ moribus permiſit, ſortitudinem ſuam, effœminato ejus cultu mollive non erubuit.* Huic non abſimilis fuit Darius Codomannus apud Gregoram, & poſt illum Alexander apud Diodorum, Curtium, Athenæum. Solent autem illi una cum veſtibus exoticis mores patrios exuere, & aliarum gentium, quarum veſtitum imitantur, mores induere. Unde Poëta,

Affectus patrios patria cum veſte relinquunt.

Reuchenius. Liv. lib. xxiv. cap. de Hieronymo Siciliæ rege: *Hinc tam ſuperbum*, inquit, *apparatum habitumque convenientes ſequebantur mores; contemtus omnium hominum, ſuperbæ aures, contumelioſa dicta.* Curt. lib. vi. cap. 32. *Et ille ſe quidem Perſarum ſpolia geſtare dicebat, ſed cum illis quoque mores induerat, ſuperbiamque habitus animi inſolentia ſequebatur.* Solent enim ejus gentis, cujus gratiam ac ſtudia aucupantur, veſtitum quoque atque habitum aſſumere. deinde, ad quos animo deſciverunt, cultu quoque degenerare. De Germanico Tacit. l. 11. Annal. cap. 59. Valerius lib. 111. cap. 6. 1. de P. Scipione. Florus lib. 1v. cap. x 1. de M. Antonio: Non ſolum autem transfugæ patriique moris deſertores devinciendis iis, quorum opes adulantur, peregrinis veſtibus ſe onerant; ſed legati etiam eorum, ad quos à ſuperioribus miſſi adeunt, habitum æmulantur. Exagitat hoc in Ruffino Claud. l. 2. v. 75. & ſequent. Cæterum ut hic Pauſanias Perſicum habitum aſſimulaverat, quod ad eos tranſire meditatus erat: ita qui Lacedæmoniis ſtudebant, affectum ſuum cultu eorum aſſumpto denudabant. Ariſtophanes Crabon.

Καὶ ξυῶν βαρσίδα, καὶ φορᾶν
Κρόκωτόν τε σμικάτων, πλὴν δ' ὑ-
πήνιν ἄκρον τρίφειν.

Scholia addunt ἀντὶ τοῦ Λακωνίζων. ὅτι οἱ Λακωνίζοντες τοιαῦτα ἐπιτηδεύουσιν. *Gebhard.* Sic & Alexander ob Perſicum habitum in invidiam venit quodque eum Calliſthenes eo nomine reprehendiſſet graves pœnas dedit. Strabo x 1. Geograph. *Schott.*

3 *Apparatu regio utebatur.*] Hæc breviter Thucydides, quæ Probus copioſe perſequitur. Herodotus tamen lib. 1x. narrat, τὸν Παυσανίην γελάσαντα μεταπέμψασθαι τοὺς Ἑλλήνων τοὺς στρατηγούς, & iis Medorum Ducis amentiam in apparando luxu oſtendiſſe.

4 *Veſte Medica.*] Athenæus lib. x 11. Παυσανίας ὁ Σπαρτιατῶν βασιλεὺς καταθέμενος τὸν πάτριον τρίβωνα, πλὴν Περσικὴν ἐπεδύσατο στολήν. *Lambinus.* Pro-

copius

Ægyptii ſequebantur: [6] epulabatur more Perſarum luxuriolius, quam, qui aderant, perpeti poſſent. [7] Aditum petentibus conveniendi non dabat: ſuperbe reſpondebat, & crudopius lib. 1. belli Perſici; veſtem ſerico confectam, *Medicam* dictam teſtatur. Juſtinus lib. XII. qualis eſſet Medica veſtis, his verbis docet: *Veſtis olim ſui moris*, (de Parthis loquitur) *poſtea quam acceſſere opes, ut Medis perlucida ac fluida.* Medicam veſtem purpuream fuiſſe, demonſtrat Xenophon lib. 1. Cyri vitæ: Ταῦτα δὲ πάντα μηδικὰ ἐστι, καὶ οἱ πορφυροῦν χιτῶνες, καὶ οἱ κάνδυες, καὶ στρεπτοὶ περὶ τὴν δέρην, καὶ φέλλια περὶ ταῖς χερσίν. *Magius.* Vide incomparabilem Briſſonium lib. 1. de Regno Perſar.

5 *Satellites Medi.*] Hi ſunt Perſarum Doryphori, qui in Immortalium numeros relati erant, Μηλοφόροι dicti, quod aurea mala haſtis præfixa ferrent. *Briſſon.* Melophori Perſarum interpretibus Clavatores inepte dicuntur. Mille numero erant ſatellites Regis, ſic appellati à colore veſtis melino: Incedebant enim πορφυρᾶς καὶ μηλίνας ἀδηριφόροι στολὰς, ut legimus apud Ælianum & Athenæum. *Caſaubon.* Non temere autem, aut ſorte conſcriptos fuiſſe, verum ἀειστίνδην, Athenæus ait. Hoc quid valeat explicat Moſchopulus περὶ χρόων: Ἀειστίνδην ἐκλογή, ὅταν κατὰ τὰς ἀείσεις ποιῆται τὴν ἐκλογήν. Hi in aula Regis excubabant. Perſarum porro Reges latus tam ab externis quam domeſticis hoſtibus, magno ſtipatorum ſatellitumque agmine muniebant, qui Δορυφόροι & Αἰχμοφόροι vocabantur. Onomaſticum vetus: Δορυφόρος, *ſtipator, ſatelles.* Suidas: Δορυφόροι φύλακες, ὑπηρέται βασιλέως, ἑπλοφόροι, ὑπασπισταί. Dicebantur & Σωμαλοφύλακες. Idem Onomaſticum; Σωμαλοφύλαξ, *ſatelles, ſtipator.* Hujuſmodi cohortes ex Perſarum potiſſimum gente conſcribebantur. Quanquam ex Ebræis tres adoleſcentes ſpectatæ fidei, corporis cuſtodes habuerit Darius Ochus; ut ex Joſephi lib. XI. 4. Antiq. conſtat. His cuſtodibus etiam Præfectus dabatur. Porro honori non modico ducebatur, in hujuſmodi ſpiculatorum numeros referri. Quibus Reges ſtipati, ab incurrentibus periculis tutiores reddebantur. Ex illis δορυφόροις unus, ſellæ aureæ pedibus regis è curru deſcendentis ſubjiciendæ cauſa, regium currum ſequi ſolitus, ut Athenæus lib. XII. docet. Regii autem ſtipatores æs non merebant, ſed à Rege annonas capiebant, eiſque ex Regalis menſæ reliquiis cibaria præſtabantur. Hæc fere Incomparabilis *Briſſonius.*

6 *Epulabatur more Perſarum.*] De Perſarum victu legendus Xenophon libro VIII. Κύρου παιδείας. Exponitur à Tullio ex eodem Xenophonte, qui negat ad panes quicquam addere præter naſturtium. Sed intelligendum hoc, antequam Medi à Perſis ſubacti eſſent. Poſtquam vero in unum imperium coaluerunt, luxuriam Medorum Petſæ arripuerunt. Ad præſentem locum quod attinet, lege Herodot. IX. Plutarch. ἀποφθεγμ. *Keuchen.* qualis autem fuerit appatus Perſicus copioſe ab Athenæo l. 4. deſcribitur.

7 *Aditum petentibus conveniendi non dabat.*] Recte additur negandi particula, quod facile videbunt qui Thucydidis hoc intelligunt. Δυασχόσουδόν τε αὐτὸν παρεῖχε καὶ τῇ ὀργῇ ὅτῳ χαλεπῇ ἐχρῆτο ἐς πάντας ὁμοίως, ὥστε μηδένα δι' ὠφελίαν προσιέναι. Vide quæ in vita Ariſtidis ex Plutarcho in hanc ſententiam notavimus. Exſtat inſignis etiam comparatio de hac re apud Ariſtidem Sophiſtam in Oratione, *de laudibus M. Aurelii philoſophi. Aditum petentibus conveniendi non dabat.*] Lege *conveniundi* ſuffragantibus Excerptis. Et ſic alibi loquitur. Alcibiade: *Si modo ejus conveniundi habuiſſet poteſtatem. Conveniundi* pro *conveniendi*, ut *interficiundi* pro *interficiendi* in ejuſdem vita, & alibi ſæpius. *Keuchen.* Tacit. 2. Ann. cap. 2. *prompti aditus, obvia comitas ignotæ Parthis virtutes, novæ vitia.*

Hoc

& crudeliter imperabat. Spartam redire nolebat. [1] Golonas, qui locus [2] in agro Troade eſt, ſe contulerat: ibi conſilia cum patriæ, tum ſibi inimica capiebat. Id poſtquam Lacedæmonii reſciverunt, legatos ad eum [3] cum ſcytala miſerunt, in qua more illorum erat ſcriptum, niſi domum rever-

Hoc modo eſt intelligendus locus Juſtin. 1. cap. 3. *Cum admitti magna ambitione agre obtinuiſſet.* eſt vero admiſſionum difficultas familiare celſæ poteſtati vitium. Liv. 24. 5. Tacit. IV. Ann. 74. de eo capiendus P. Syri mimus: *Non ſemper aurem facilem habet felicitas.* Contra Curtius 9. 45. de Ptolemæo. *Gebhard.* In hoc vituperat quod laudavit in Miltiade. Alcibid. & Attico, Nepos. *Savaro.*

1 *Golonas.*] Alii *Colonas.* Non recordor mihi hujus loci nomen alibi occurriſſe. *Gebhard.*

2 *In agro Troade.*] Pro *in agro Troadis.* Quomodo in Mss. Nam *Troas* pro regione, vel agro Troadis. Quanquam & alterum non omnino reſpuerim. *Reuchen.*

3 *Cum ſcytala miſerunt.*] Ἀλλὰ πέμψαντες κήρυκα οἱ ἔφοροι ἐς σκυτάλην. *Thucyd.* Quod confirmat Plutarchus, qui per præcones & id genus nuncios haſce literas mitti conſueviſſe, demonſtrat. Sed mira heic Mss. Codicum inconſtantia. Scripti Veneti, quos ſecutus in Collectaneis ſuis Jac. Conſtantinus, *cum lana* legunt. Quæ ſcriptura cum iis, quæ à Probo ſubduntur, nullo pacto cohæret. Inquit enim: *In qua, more illorum, erat ſcriptum.* Ubi ſignificat, innuitque *Scytalam Laconicam.* Scribi autem in lanis non poteſt, & hoc Lacedæmonios alioſve feciſſe, nuſquam conſtat. *Mag.* At σφάλμα hoc manavit ex *lava*, quæ ſupplicum potius erat inſigne, ut tænia ac lemniſci exulum. *Schott.* Vide Feſt. x. Varronem 6. de Lingua Latina, & alios. Alii *lancea* legunt. *Colon. Palatin. Aldin.* Aſſentiar P. Danieli lectionem *cum clava* aſſerenti? At Nepos non abhorret Græcis vocabulis, quæ commode Latinis mutari non poſſunt. Sic Iphicrate non refugit *maram*, & alibi, *Ephori, Oſtraciſmum, aſtu, acta.* Latini antiquiores non faſtidioſi erant in retinendis Græcis. Sic Livius dixit *Pelion ocrim*, de quibus vide Nonium. Formam Scytalæ depingunt Plutarch. in Lyſandro, Marcellinus in Thucydidem, Gellius lib. 17. 9. & Auſonius. Ariſtophanis Scholiaſtes in Aves, pag. 601. Uſum autem literarum ſecretiorum præbuiſſe & hic de ſcytala annotat. Video autem ſemper in revocando Imperatores ſuos ſcytala uſos Lacedæmonios. Xenophon Ageſilao, ἐπειδὴ ἦλθεν αὐτῷ σκυτάλη ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν, βοηθεῖν τῇ πατρίδι ἐπείθετο. Polyænus lib. 8. οἱ ἀπὸ τῶν Ἀσίας αὐτὸν ἀνεκαλίζαντο σκυτάλιν πέμψαντες. Colligere ergo licet, ſcytalem præſtitiſſe omnem uſum literarum, teſſerarum atque aliarum id genus notarum. Nam & in pecuniæ ſumma ſignanda, & ſaccis obſignandis ſcytalen habuiſſe locum, docet Diodorus libro 13. de pecunia ex præda Athenienſium Lacedæmonem à Lyſandro miſſa: Οὗτος δὲ τῶν χρημάτων, inquit, ἐν σακκίοις, καὶ ταῦτ' ἔχοντες ἐκέλευσε σκυτάλῃ, ἴσχειν τὸν ἐπιβεβλημένον τὸ πλῆθος τῶν χρημάτων ἀναλῶσαι. Alium uſum memorat Polyæn. lib. 1. in Tyrtæo; Ἵνα δὲ ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐν τῇ τῶν νεκρῶν ἀναιρέσει γνωρίζοιτο ἕκαστος, ἐπὶ τὰς σκυταλίδας τὰ ὀνόματα γραψάντων καὶ ὧδε τὴν λαιᾶ χειρὶ φερόντων. Vide Juſtin. lib. 3. cap. 5. Ubi σκυταλίδας interpretatur *teſſeras.* Apud Ciceronem in quadam epiſt. ad Atticum, *Scytales Laconica* exſtant, hoc eſt, epiſtolæ breves & obſcuræ, ut interpretatur Beroaldus in annotationibus. *Gebhard.* Vide de hac voce Marcelli Donati dilucidationes ad Livium lib. 38. & Clem. Alexand. 11. ſtrom. *Ernſtius.*

reverteretur, [1] ſe capitis eum damnaturos. [2] Hoc nuncio commotus, [3] ſperans ſe etiam pecunia & potentia inſtans periculum poſſe depellere, domum redit. Huc ut venit, ab ephoris in vincula publica conjectus eſt. [4] Licet enim legibus eorum, cuivis ephoro hoc facere regi. [5] Hinc tamen ſe expedivit: neque eo magis carebat ſuſpicione. nam opinio manebat, eum cum rege habere ſocietatem. [6] Eſt genus quoddam hominum, quod [7] Helotes vocatur, quorum magna

1 *Se capitis eum damnaturos.*] Hoſtis loco habituros. *Thucyd. Longol.* Id enim legibus eorum licebat facere regibus. de quo vide Grotium de Jur. B. & P. 1. 4. 8. & in notis ad eum locum. Ratio, quia (ut infra noſter loquitur 21, 7.) *Spartani reges nomine non poteſtate*, ſeu ut eſt 17. 1. *nomine magis quam imperio reges* fuere.

2 *Hoc nuncio motus.*] *Commotus:* Edit. Pariſienſis. ut & Mss. quod frequens Nepoti. in Datame bis. Alcibiade, Dione, Timoleone. *Savere.*

3 *Sperans ſe etiam pecunia & potentia.*] Pecunia qua corrumperet judices aut accuſatores; potentia qua eoſdem deterreret; ſed neutro valuit. prudentior, hac parte Alcibiades fuit, qui abſens reus violatæ religionis factus fuga ſibi conſuluit, infra 7. 4.

4 *Licet enim legibus eorum cuivis Ephoro hoc facere Regi.*] Imitatio aperta iſtius Thucydidis: Ἐξῆν γὰρ τοῖς ἐφόροις τὸν βασιλέα ἐφέσει τοῦτο, nempe εἰς εἰρητὴν ἐμβάλλειν. Similis prorſus deſcriptio Xenophontæa in regimine pari. Ephororum poteſtatem atque auctoritatem multis verbis & partibus exagitat Ariſtoteles lib. 11. cap. 7. Politicorum. Plato lib. 3. de Legibus, ait, Ephororum poteſtatem tanquam frenum injectum eſſe Regum imperio. Idem lib. 4. dicit, Ephororum poteſtatem mirifice eſſe tyrannicam. *Lamb.* Fuerunt igitur homines imperioſi, quorum exemplo in Theſſalia Ædiles, Athenis ἄρχοντες, & poſtea inſtituti Romæ Tribuni plebis. Simile quicquam videtur apud Genevates fuiſſe Senatus ducentorum. Cæterum notandum, Ephoros, ut à Theopompo inſtitutos, ſic à Cleomene poſtea abrogatos fuiſſe, quorum poteſtas tamen ſemper annua, ſicut Romæ Conſulum. *Kenchen.* Vide Nic. Cragium de rep. Laced. libro 11. cap. 4.

5 *Hinc tamen ſeſe expedivit.*] Horat. Epod. 11. de ſe amore victo;

Unde expedire non amicorum queant
Libera conſilia.

Eumene; *Hinc tamen multis ſuis amiſit ſe expedivit.* Annibale. Attico, Cicero pro Milone; *Si vita noſtra in aliquas inſidias incideret, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis.* Et in Verrem: *Expedire ſe ex laqueis.* Gebhard.

6 *Eſt genus quoddam hominum.*] Illuſtris eruditione & meritis in rem literariam clariſſimus *Frid. Gronovius* mallet: *Eſt genus quoddam hominum (Helotes vocantur) quorum, &c.* Comparat autem locum Flori 3, 3. *Priores Teutones ſub ipſis Alpium radicibus affecutus (locum aquis Sextias vocant,) quo, fidem nuncium! prælio oppreſſit.* Sic enim ſcripſerat ille, ubi vulgo ineptiſſime: *in locum quem.* Boccler.

7 *Helotes.*] *Illotæ* alias *heclotæ.* Excerpta P. Danielis. In Græco eſt Εἵλωτες: unde *Helotes.* erant ſervi quidam publici Lacedæmoniorum, præfecti agris arandis ac excolendis. De quibus vide ſis Suidam in Εἵλως, Platon. VI. de Legibus, Ariſtotel. 11. Polit. cap. 7. & Janum Gebhardum ad Ælian. περὶ ζώων, lib. 3. cap. 20. Similes apud Theſſalos *Peneſtæ* habebantur; quorum tamen tantum jus fuit, ut in civitatem Spartanam adſciſci poſſent. *Kenchen.*

magna multitudo agros Lacedæmoniorum colit, ſervorumque munere fungitur. [1] Hos quoque ſollicitare ſpe libertatis exiſtimabatur. Sed quod harum rerum nullum erat apertum crimen, quo argui poſſet, non putabant de tali tamque claro viro ſuſpicionibus oportere judicari: ſed expectandum, dum ſe ipſa res aperiret. Interim Argilius 4. quidam adoleſcentulus, quem puerum Pauſanias [2] amore Venereo dilexerat, quum epiſtolam ab eo ad Artabazum accepit, eique in ſuſpicionem veniſſet, aliquid in ea de ſe eſſe ſcriptum, [3] quod nemo eorum rediſſet, qui ſuper tali cauſa eodem miſſi erant: [4] vincula epiſtolæ laxavit, ſignoque detracto, cognovit, ſi pertuliſſet, ſibi eſſe pereundum. Erant in eadem epiſtola quæ ad ea pertinebant, quæ inter regem Pauſaniamque convenerant. Has ille literas ephoris tradidit. Non eſt prætereunda gravitas Lacedæmo-

1 *Hos quoque ſollicitare ſpe libertatis.*] Εἰλώτων fides erat admodum lubrica, & impulſu ad mutationem facilis. De quorum inſidiis in Dominos Ariſtoteles 3. 7. de transfugiendi ad hoſtes more, belli tempore, Polyæn. 1. Occurrit ſæpius verbum *ſollicitare* hac notione. Cæſar lib. 3. Civil. cap. 21. Cælius Milonem *in Turinum ad ſollicitandos paſtores præmiſit.* ibid. cap. 22. Liv. lib. 34. Curt. lib. 3. cap. 18. *cum ad perniciem ejus etiam à latere ipſius pecunia ſollicitaret hoſtis.* Auctor de Viris illuſtribus: *Fabricius primo inter legatos ſollicitari non poterat.* Gebhard.

2 *Amore Venereo dilexerat.*] Thucydides paullo honeſtius hæc: ἀνὴρ Ἀ῾ργίλιος παιδικὰ πρ᾽ ὢν αὐτός. Nam παιδικὰ ſæpe pro honeſto amore capitur. Legatur Suidas. Obſerva quod & Probus diſſentit à Thucydide, qui hunc tum Virum fuiſſe ait, cum literas ad Artabazum deferret. Meminit hujus rei Cicero in Topicis ad Trebatium. *Longol. Mag.* De amore illo Venereo lege Luciahum. *Amore Venereo.*] Veteres ſcribunt *Venerio:* Et ſic in optimis Danielis Excerptis. Alcibiade: *rebuſque Venerio dedi-*

tos, ubi in iiſdem, *Veneriis*; quas Græci τὰ ἄφροδισια vocant, ut Latini *res Veneria,* vel *Venereas.* Sic *res voluptatum* apud auctores, τὰ χρήματα τῶν ἡδονῶν. *Venerius* autem pro *Venereus,* ut *aërius, ætherius*; pro *aëreus, ætherens* ex Græcorum more, qui ſcribunt αἰερίος & αἰθέριος per tertiam vocalem. *Venereus* tamen magis facit ad ἀναλογίαν & ſcripturam Romanam. *Keuchen.*

3 *Quod nemo eorum rediſſet, qui ſuper tali cauſſa miſſi erant.*] Ὅτι οὐδεὶς τοτῶν περὶ ἑαυτῦ ἀργίλων πάλιν ἀφίκετο. *Thucyd.* Sic Diodorus XI.

4 *Vincula epiſtolæ laxavit.*] Thucyd. Λύει τὰς ὑπογραφάς. Diodorus Siculus: ἀνέωξε τὰς ὑπογραφάς. *Lambin.* Ita habent antiquiſſimæ Editiones. Et vero in perlatione ſola erat lethum indeprecabile. Vinculis autem colligatas antiquorum Græcorum epiſtolas, docet Curtius l. 7. *Parmenion vinculum epiſtolæ ſolvens, quidnam rex ageret requirebat.* Barthius. Pro *laxavit* è Membranis Schioppius *lacera-vit.* additque illa *ſi pertuliſſet,* non male abeſſe videri. At decedit ſi eximantur ſententiæ. *Gebhard.*

moniorum hoc loco. [1] Nam ne hujus quidem indicio impulsi sunt, ut Pausaniam comprehenderent: neque prius vim adhibendam putaverunt, [2] quam se ipse indicasset. Itaque huic indici, quid fieri vellent, præceperunt. [3] Fanum Neptuni est Tænari, quod violari nefas putant Græci: eo ille index confugit: [4] in ara consedit. [5] Hanc juxta, locum fecerunt sub terra, ex quo posset audiri, si quis quid loqueretur cum Argilio. [6] Huc ex ephoris quidam descenderunt. Pausanias ut audivit, Argilium confugisse in aram, perturbatus eo venit. Quem quum supplicem dei

1 *Nam ne hujus quidem indicio impulsi sunt.*] Aliam rationem affert Diodorus Siculus, nempe quia literas apertas tradiderat: Τῶν ὃ ἀπιστάλων λέγ τὸ ἀνεωγμένας αὐτοῖς τὰς ἐπιστολὰς ἀναδιδόασι *Lambin.*

2 *Quam se ipse indicasset.*] Liber P. Danielis *judicasset.* Vitiose: Nam ex proprio indicio convincere Ephori Pausaniam cogitabant. Ulpianus lib. 1. ad edictum l. *indicasse* 197. D. de V. S. *Indicasse est detulisse, arguisse, accusasse & convicisse.* Gebhard.

3 *Fanum Neptuni est Tænari.*] Scholia in Aristophanis Acharn. Ταίναρον γάρ ἐστι τὸ Λακωνικὸς ἀκρωτήριον, ἐν ᾧ σύμιον ὠὸ κατάγον εἰς ᾅδου, ἐνταῦθα ὃ ὠὸ ᾧ Ποσειδῶνος ἱερὸν Ἀσφαλείου. Iste vero Neptunus ideo, puto Ἀσφαλείου dicebatur, quod navigationem tutam ac secundam præstare posset. Eodem cognomine colebatur & ab Athenienſibus. Idem Scholiastes: Ἀσφαλείου Ποσειδῶν ὃ ἀ Θηναίοις πομπαῖος, ἵνα ἀσφαλῶς πλέωσι. in Acharnens. act. 2. scen. 6. *Gebhard.* Poëtæ fingunt Neptunum hippocampos suos in Tænaro subducere. Vide Stat. Papin. 2. Thebaidos. Unde fanum illius fuisse, à fide historica creditum. *Keuchen.*

4 *In ara consedit.*] Quam in Timotheo *publicæ pacis* appellat. *Keuchenius.* Græci moris fuit ad vim, injuriamque arcendam, confugere ad templa, statuas, aras. Eo genere tutelæ frequenter supplices utebantur, frequentissime servi. Euripides:

—— ἐγὼ δὲ κἀλαφυγὼ δὴρ μ' πέτεχν,
Δᾶλοι ὃ βωμὸς θεῶν. ——

Servulus apud Plautum:

Ego interim hanc aram occupabo.

Tibullus alludens:

Et Veneris sanctæ considam vinctus ad aram.

Et bene *considam*, quia supplicum sedere. Nec iis modo is honos, sed etiam heroïbus quibusdam, ut Theseo Athenis. Plutarchus: κεῖται μ' ὐ μέσῃ τῇ πόλει, ὡς τὸ τῶν φυμενάσιον, ἔστι ὃ φύξιον οἰκέταις ὠὶ πᾶσι τοῖς ταπεινοτέροις ὠὶ δεδιόσι κρείττονας. *Lipsius.* Lege quæ fuse ad hunc locum notat Hieronymus Magius.

5 *Hanc juxta, locum fecerunt sub terra.*] Thucydides: Διπλῶ λέφος μα καλυβίῳ. Tugurioli quoddam circumseptum duplici tegumento, ne perspici per id posset. *Iongol.* Non satis hoc expressit Cornelius. Diodor. Siculus: Διπλῶ σκιῶν ἐπεσκάλετο, id est, *duplex tabernaculum circumdedit*, seu circumposuit. Tangit hoc Pausaniæ indicium M. Tullius in Topicis. *Lambin.* Haud dissimili calliditate apud Tacitum lib. 4. Ann. cap. 69. *Gebhard.*

6 *Huc ex Ephoris quidam descenderunt.*] Thucydides: ἐς ὠὸ τ τε Ἐφόρων ἐντός τινας ἔκρυψε. Diodorus Siculus: ὠὶ τὰς μ' Ἐφόρους, ὠὶ τ ἄλλων ἐπιφανῶν τινὰς ἔκρυψε. *Idem.*

1 *Dei.*]

[1] dei videret in ara ſedentem, quærit, cauſæ [2] quid ſit tam repentini conſilii. Huic ille quid ex literis comperiſſet, aperit. [3] Tanto magis Pauſanias perturbatus orare cœpit, [4] ne enunciaret, [5] nec ſe meritum de illo optime, proderet. Quod ſi eam veniam ſibi dediſſet, tantiſque [6] implicitum rebus ſublevaſſet, [7] magno ei præmio futurum. His rebus ephori cognitis, ſatius putaverunt [8] in urbe eum comprehendi. Quo quum eſſent profecti, Pauſanias placato Argilio (ut putabat) Lacedæmonem reverteretur: in itinere, quum jam in eo eſſet, ut comprehenderetur, [9] è vultu cujuſdam ephori, qui [10] eum admonere cupiebat, inſidias ſibi fieri intellexit. Itaque paucis ante gradibus, quam qui ſequebantur, [11] in ædem Minervæ, quæ Chalcioecus

1 *Dei.*] Neptuni.

2 *Quid ſit tam repentini conſilii.*] Cod. Dan. *Tam repentino conſilio.*

3 *Tanto magis Pauſanias.*] Schioppius cum Schotto, qui unas eaſdemque excuſſiſſe membranas videntur, produnt legi, *tanto modo*, Lambinus mavult, *multo magis*, idque quoſdam in veteribus libris reperiſſe teſtatur. Caſp. Barthius libro XXIV. cap. 18. Adverſ. præfert: *modo magis Pauſanias perturbatus*; hoc eſt, ſupra modum. *Gebhard.*

4 *Ne enunciaret.*] Recte Schioppius: ne arcana detegeret & Ephoris proderet. Apulejus Metamorph. lib. x. *Neque ad vos, quæ ignoravi, poſſum enunciare.* Cicero contra Rullum: *Qui ſociorum conſilia adverſariis enunciavit.*

5 *Nec ſe meritum.*] Non abludit oratio Dymni ad Nicomachum apud Curt. 6, 7. *Si id ſuſtinere non poſſet, attamen ne proderet ſe, cujus erga ipſum benevolentia præter alia hoc quoque haberet fortiſſimum pignus, quod caput ſuum permiſiſſet fidei adhuc inexpertum.* Gebh.

6 *Implicitum.*] Libri veteres *implicatum.* Dione; *Utraque implicatus tyrannide Dionyſiorum.* Apuleius lib. x. Met. *Morbi inexercibilis veterno vehementer implicatus.* Et ita videntur veteres eſſe locuti. Idem lib. 3. *Sed ne ex animo tibi volens, omne delictum, quo me tantis angoribus implicaſti, remittam?* Gebhard.

7 *Magno ei præmio futurum.*] Alii, *magno eſſe ei præmio futurum.* Unde Lambinus: *magno id ei præmio futurum.* id eſt, magnis cum muneribus oneratum iri. *Idem.* Diodor. ἔτι ὃ διαθέντος ὅπως συγκρύψῃ, καὶ δωρεὰς μεγάλας ὑπισχνεῖται. 8 *In urbe eum comprehendi.*] Ἐν τῇ πόλει πλὴν σύλλαβεν ἐπορεύετο. *Thucyd.*

9 *E vultu cujuſdam Ephori.*] Λέγεται ὃ αὐτὸν μέλλοντα συλληφθήσεσθαι ἐν τῇ ὁδῷ, ἐκ μὲν τῆς ἐφόρων τὸ μεμυσταγωγημένον μεγίστου ὡς εἴδη, γνώμης ἐφ' ᾗ ἐχώρει. ἄλλα δὲ νύμματι χρησαμένων, καὶ διλώσαντος ἑνὶ, πρὸς τὸ ἱερὸν τῆς Χαλκιοίκου χωρῆσαι ἐφόμενον. *Idem.*

10 *Eum admonere cupiebat.*] Vetera excuſa, *eum ammoneri*, vel *admoneri.* Sed *ammoneri* non inconcinne propter euphoniam, pro *admoneri*: ut *rem amminiſtrare* pro *adminiſtrare*, Excerpta Danielis in Conone. *Keuchen.*

11 *In ædem Minervæ, quæ Chalcioecus vocatur.*] Codex Danielis, *Chalcidicos.* In nummis antiquis, quos Goltzio debemus, appellatur illa Minerva, Χ Α' Λ-ΚΑΣ. Eſtque Ἀθηνᾶ Χαλκίοικος, quod alia numiſmata ΑΘΗ. ΧΑΛΚ. repræſentant. Suidas, Χαλκίοικος, ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Σπάρ-

cus vocatur, [1] confugit. Hinc ne exire poſſet, ſtatim ephori [2] valvas ejus ædis obſtruxerunt, [3] tectumque ſunt demoliti, [4] quo facilius ſub dio interiret. [5] Dicitur eo tempore matrem Pauſaniæ vixiſſe: [6] eamque jam magno

ἐν Σπάρτῃ, ἢ, ὅτι χαλκᾶν οἶκον εἶχεν, ἢ ἀπὸ τῆς Χαλκιοίκου εἰς τὰς ἐν Εὐβοίᾳ φυγάδας αὐτὸν κτίσαι. Eadem *Chalciotin* appellata, ut notat Beroaldus ad Apuleji Mileſiorum lib. x. *Keuchen.*

1 *Confugit.*] Suidas: Καταφεύγει εἰς τέμενος Ἀθηνᾶς. Diodorus: εἰς τὸ ἱερὸν τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Χαλκιοίκου. Polyænus libro 8. νίκας Παυσανίας μηδίζων ἀπὸς κατέφυγε εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Χαλκιοίκου. Lycurgus: ἐπειδὴ ἔφθασε καταφυγὼν εἰς τὸ τῆς Χαλκιοίκου ἱερόν. Ælianus: ἐπὶ ᾧ μὲν πρὸς τῇ Χαλκιοίκῳ. Vide ſequentia, & Plutarchum περὶ παραλλ. *Lambin.* Meminit quoque ejuſdem Minervii templi lib. 2. in Ariſtomene Com. 2. Κρύφα δὲ εἰς τὸν Σπάρτιον παρεσκευάσθαι, καὶ τοὺς ἀπαιδίας αὐτῶν παρασκευάσας τῷ τεμένει τῆς Χαλκιοίκου. *Gebhard.* Unde patet templum illud facinoroſis aſylum fuiſſe, quo confugientes impunitate donabantur. Simile Dianæ Epheſi's, Cadmi Thebis, Herculis Athenis, & alia; de quibus paſſim in Hiſt. Græcis.

2 *Valvas ejus ædis obſtruxerunt.*] Sic Thucydides: Μετὰ δὲ τοῦτο ἥ τε οἰκήματος ἡ ὄροφον ἀφεῖλον, καὶ τὰς θύρας, ἔνδον ὄντα τρήσαντες αὐτὸν, καὶ ὑπολαβόντες εἶσω, ἀπῳκοδόμησαν, παρακαθιζόμενοί τε ἀξιπολιόρκησαν λιμῷ. Vide Lycurgum, oratione in Leocratem. *Lambin.* Plutarchus non ab Ephoris, ſed à Patre ejus hoc factum ſcribit. *Obſtruxerunt* Poliænus reddit ἐναπῳκοδόμησαν. Cicer. dixit *Obſtruere aditum.* Gebhard.

3 *Tectumque ſunt demoliti.*] Τὴν ὄροφον ἀφεῖλον. Nepos Timoleonte: *cætera tyrannidis propugnacula demolitus eſt.* Curtius lib. 8. cap. 54. *Ergo alii extra urbem tecta demoliebantur.* Occurrit apud Ciceronem *demoliri parietem, demoliri partem muri.* Gebhard.

4 *Quo facilius ſub dio.*] Schioppius ac Schottus è libris ſcriptis, *celerius ſub dio.* Idem *Giſanio* placet. *Celer* autem mors opponitur *lentæ*, & à Curtio vocatur *ſtrenua*, lib. 9. cap. 44. Et *ſtrenue mori* eidem, quod Nepoti *facilius interire.* libro 3. cap. 17. *Gebhard. Quo facilius ſub dio interiret.*] Probant correctores τὸ *dio* reponendum, ut in Eumenis vita, & apud Horatium lib. 2. Od. 3. Sed ſine operæ pretio. Nam *dius* pro *dio*, & *dius*, pro *divo*, frequens in membranis antiquis. Varro. Hoc mutatum ſæpe ab hisqui ignorabant, *ſub dio* & *ſub dio* recte ſcribi. *Keuchenius.*

5 *Dicitur eo tempore matrem Pauſaniæ vixiſſe.*] More Græcorum locutus eſt. Sic enim Thucydides eodem loco, λέγεται δὲ αὐτὸν μέλλοντα συλλήψεσθαι, quem ſupra protulimus. Et Diodorus Siculus hanc ipſam rem narrans: λέγεται μητέρα τοῦ Παυσανίου καταπέμψαι εἰς τὸ ἱερὸν ἄλλο μὲν μηδὲν μήτε εἰπεῖν, μήτε πρᾶξαί τι, πλίνθον δὲ βαστάσαι καὶ ἀναθεῖναι κατὰ τοῦ εἰς τὸ ἱερὸν εἴσοδον. *Lamb. Boecler.* Hoc Plutarchus, ut præcepi dicere, factum Patri ejus adſcribit, quem *Ageſilaum* nuncupat, cum ſit *Cleombrotus*, teſtibus Herodoto, Thucydide, & Auctore Scholiorum in Ariſtophanis Equites. A matre vero memorat inhumatum eſſe projectum, contra Thucydidis, Diodori, Polyæni, aliorumque ſententiam. Cæterum matri Pauſaniæ nomen fuit, ſi Polyæno lib. 8. credimus, Theano; ſin Auctori Scholiorum in Ariſtoph. Equites, Ἀλκαλθέα. Μετὰ Ξέρξεα φυγὼν Λακεδαιμόνιος πορδοσίας κρίνας καὶ φονεύσας Παυσανίαν τὸν ἴδιον βασιλέα Κλεομβρότου καὶ Ἀλκαλθέας υἱόν. *Gebhard.* Similis Ἑλλωτομὸς apud Tacitum occurrit, lib. 1. Hiſt. cap. 50. *Idem.*

6 *Eamque jam magno natu.*] Id eſt, anum

gno natu, poſtquam de ſcelere filii comperit, in primis ad filium claudendum, [1] lapidem ad introitum ædis attuliſſe. Sic Pauſanias [2] magnam belli gloriam turpi morte maculavit. Hic quum ſemianimis de templo elatus eſſet, [3] confeſtim animam efflavit. Cujus mortui corpus [4] quum eodem nonnulli dicerent inferri oportere, quo hi ad ſupplicium eſſent dati: diſplicuit pluribus; & procul ab eo loco infoderunt, in quo erat mortuus. Inde poſterius, [5] dei Delphici [6] reſponſo erutus, atque

anum annis defectam. In Timotheo: *Hic cum eſſet magno natu, & magiſtratus gereret deſiiſſet.* Savaro. Recte contra Lamb. & Schott. qui *magnum natu* præferunt. Sic Nepos Dafame: *Ab hoc tamen viro Sciſmas maximo natu filius deſciit.* Livius lib. x. cap. 38. Idem lib. 3. *Magno natu quidam cum omnium majorum ſuarum inſignibus ſe in forum projecit.* Ibid. *Cui magno natu, non ſufferentibus jam viribus, ad conſularia obeunda comitia intra paucos dies moritur.* Gebhard.

1 *Lapidem ad introitum ædis attuliſſe.*] Polyænus 8. Strategemat: Θεάτῳ περὶ τ ἄλλων ἀφικομένῳ, πλίνθον περὶ ταῖς θύραις ἀπηρείσατο. Meminit etiam Ovidius *in Ibin.*

2 *Magnam belli gloriam turpi morte maculavit.*] Parem in modum Tacit. 4. Hiſt. 60. de Agrippinenſibus, *egregiam laudem turpi fide maculaſſe*, quod ſecuris hominibus, rerum vices non timentibus haud injuria accidere poteſt. *Loccen.*

3 *Confeſtim animam efflavit.*] Thucydides: Καὶ ἐξαχθεὶς ἀπέθανε παραχρῆμα. Sed Xenophon libro 3. de rebus Græciæ, Pauſaniam ſcribit damnatum Tegeam profugiſſe, ibique morbo confectum, mortuum eſſe. *Iambinus.*

4 *Cum eodem nonnulli dicerent.*] Quidam libri habent, *eodem loci.* Lambin. Hunc locum extra urbem Spartam Lacones καταδοῦν vocabant. *Longol.* Thucydides: Καὶ αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν εἰς τὴν Καταδοῦν ἐσπερ τοὺς κακούργους ἐμβάλλειν εἰώθασιν. ἔπειτα ἐδόξε σφισιν ὅτι κάλλιστον τε καὶ

Et locus Athenis in Melita. *Plutarch.* Themiſtoc. Eſtque illud παλαιὸν ὄνειδος, apud Joſeph. x. Antiq. quod *inſepultam ſepulturam* vocat Cicero 1. Philippic. Et exprimit Adagium קְבוּרַת חֲמוֹר תִּקְבֹּר. Sed notandum, quod privatio ſepulturæ ſi cadat in impios, pœnæ loco habenda ſit. *Keuchen.*

5 *Dei Delphici.*] Apollinis. *Deum Delphicum* vocat aperta imitatione, quem Thucydides θεὸν ἐν Δελφοῖς. Sic ſupra latiori periphraſi *Deum* appellat in Themiſtocle, quem alii Pythium. Quod frequens apud Cornelium & alios. Deus enim κατ' ἐξοχὴν Apollo dictus. Hinc & ipſum الله, quo nomine Arabes *Deum* vocant. *Keuchen.*

6 *Reſponſo erutus.*] Conſulentibus Lacedæmoniis. Thucydides: Ὁ δὲ θεὸς ὁ ἐν Δελφοῖς τόν τε τάφον ὕστερον ἔχρησε τοῖς Λακεδαιμονίοις μᾶλλον ἐκεῖν, ὅπερ ἀπέθανε, καὶ νῦν κεῖται ἐς τὴν περοτεμένισμαν, ὁ χαλκῆν ἔχλεν ἀνδρὸς. Diodorus Siculus tradit, corpus propinquis eſſe condemnatum & conceſſum, ut id ſepulturæ mandarent, ſed Apollinem Lacedæmoniis iratum, quod ſupplicum perfugium violaſſent; conſultum reſpondiſſe, ſupplicem Deo reſtitui oportere: quod cum fieri non poſſe viderent, pro uno corpore vivo, duas ſtatuas Pauſaniæ poſuiſſe. Herodotus autem de conceſſo propinquis Pauſaniæ corpore nullam verbum facit, ſed Deum conſultum juſſiſſe Lacedæmonios *duo corpora pro uno Minervæ Chalcioeco reddere:* illos autem

que eodem loco ſepultus, [1] ubi vitam finierat.

oraculum ſic interpretatos eſſe, *ut pro uno Pauſania necato, duas Pauſaniæ ſtatuas dedicarent.* Lambin. De jure illo concedendi cadavera in Digeſtis Juſtinian. lib. 48. Tit. 24.

1 *Ubi vitam finierat.*] Excerpta P. Danielis: *atque eodem loco ſepultus, ubi vitam poſuerat.* Quod Schioppius Schottuſque confirmant. Barthius Adverſ. libro 24. cap. 18. τὸ *loco* delendum cenſet. Propert. lib. 2.

Quod mihi ſi ponenda tuo ſit corpore vita &c,

Non potuit ſaxo vitam poſuiſſe Cerauno. Valer. Max. lib. 6. cap. 9. 13. *Q. Capio in publicis vinculis ſpiritum depoſuit.* lib. 7. cap. 8. *Inter ipſam fallacis & ingratæ culpæ cogitationem ſpiritum poſuit.* Gebhardus.

PAUSANIÆ res amplius memorabunt tibi Plutarchus in Ariſt. & alibi. Thucyd. 1. Herod. lib. 9. Diodor. 11. Ælian. V. H. 4, 7. Poliænus 8. Xenoph. hiſt. Græc. 2. Juſtin. 2, 15. 5, 10. 6, 4. Valer. Maxim. 2, 6. Suidas, &c. *Bæcler.*

CIMON.

V.

1 CIMON [1] Miltiadis filius Athenienſis, [2] duro admodum initio uſus eſt adoleſcentiæ. Nam quum pater ejus [3] litem æſtimatam populo ſolvere non potuiſſet, ob eamque cauſam in vinculis publicis deceſſiſſet: Cimon eadem [4] cuſtodia tenebatur, [5] neque legibus Athenienſium emitti poterat, niſi pecuniam, qua pater mulctatus eſſet, ſol-

1 *Miltiadis filius.*] Vetus Cod. Danielis *Militiadis*, ut ubique.

2 *Duro admodum initio uſus eſt adoleſcentiæ.*] Sic Mss. & Vulgati præter Colon. qui *diro* habet. *Savaro.* Fuit autem initio luxurioſus ac diſſolutus, mox ad frugem ſe recepit, ut & Valerius ejus *juvenilula ſtultitiæ plena* fuiſſe, lib. 6. c. 9. memorat. Quem locum gloſſemate liberat Muretus lib. 7. Var. cap. 1. *Schott.* Ætatis vitia deſcribit Plutarchus in vita.

3 *Litem æſtimatam.*] Quinquaginta talentis, ſupra in Miltiade, non ſexaginta, ut hic Lambinus ſui oblitus ex Herodoto numerat, cum ipſe Herodotus & Plutarchus πεντήκοντα ταλάντοις habeant. *Schott.* Vide Senecam 24. *Controv.* & Quintil. *Declamat.* CIII. Litem æſtimatam Græci τίμημα vocant. *Lambin.* Ariſtophanes Pluto:

Τί δῆτα σοι τίμημ' ἐπιβρέψω τῇ δίκῃ,
Ἐὰν ἁλῶς;

Vid. Gebh. ad Miltiad.

4 *Cuſtodia tenebatur.*] Præter Herod. & Plutarch. Valer. l. 5. 3. & 4. Juſtin. 2. in fine. Quintil. declam. 303. in fine. *Savaro.* Meminit & Seneca Controv. 24. Cimonis declamatio pro patre ire in carcerem volentis eſt apud Libanium Tom. 1.

5 *Neque legibus Athenienſium.*] Vel *Athenienſibus.* Græcis lege cautum erat, ut tyrannorum filii parentum crimina luerent. Alex. Neapol. l. 11. capite 16.

1 *Habe-*

ſolviſſet. [1] Habebat autem in matrimonio [2] ſororem ſuam germanam nomine Elpinicem, [3] non magis amore, quam patrio more ductus. nam [4] Athenienſibus licet, eodem patre natas,

1 *Habebat autem in matrimonio ſororem ſuam germanam nomine Elpinicem.*] Aliter legunt Excerpta, ſed omiſſa voce: *ſororem ſuam nomine Hepicenem.* In Longoliana haud paullo melius: *Helpinicem*; quæ τὸ *germanam* inſuper heic exulandum facit, quod nunquam probaverim. Præfatione: *ſororem germanam habere in matrimonio. Habere* autem proprie de matrimonio dicitur. Terentius Adelph. IV. 4. *Valeas, habeas illam, quæ placet.* Ad quem locum Donatus: *Haberi uxor dicitur.* Joan. cap. 3. verſ. 29. Ὁ ἔχων νύμφην, νυμφίός ἐστιν. *Kench.*

2 *Sororem ſuam germanam, nomine Elpinicem.*] Codex P. Dan. *Helpicenem.* Vide quæ ad Præfationem notavimus. Apud Athenienſes proximi genere orbas puellas & penuria dotis elocatu difficiles lege ducere jubebantur, aut tantum dotis largiri quî ſponſum invenire poſſent. Verba legis ex Budæo adſcribam: Τῶν ἐπικλήρων ὅσαι τὸ δημόσιον τελοῦσιν, ἐὰν μὴ βούληται ἔχειν ὁ ἐγγύτατα γένους, ἐκδιδότω ὁπόσῃς, ὁ μὲν πεντακοσιομέδιμνος πεντακοσίας δραχμὰς, ὁ δὲ ἱππεὺς τριακοσίας, ὁ δὲ ζευγίτης ἑκατὸν πεντήκοντα. Diod. l. 12. talem legem à Solone latam, ſed à Charonda correctam narrat: ἐκέλευε lex Solonis τῇ ἐπικλήρῳ ὁπαδικάζεσθαι ἢ ἐγγίστῳ γένους γένει, ὡσαύτως δὲ κἀ τὴν ἐπίκληρον ὁπαδικάζεσθαι τῷ ἀγχιστεῖ· ᾧ ἦν ἀνάγκη συνοικεῖν ἢ πεντακοσίας ἐκτίσαι δραχμὰς εἰς θεσμικὸς λόγον τῇ πενιχρᾷ ἐπικλήρῳ. Porro inter proximas & ἐπικλήρους recenſebantur ſorores *germanæ* h. e. ὁμοπάτριοι. Locus elegans habetur apud Philonem Judæum de legibus ſpecialibus, quem attigit M. Antonius Muretus lib. 15. Var. Lect. cap. 5. Pleniorem vero adduxit vir magnæ doctrinæ, nec minoris induſtriæ ac probitatis Andreas Schottus. Ὁ Ἀθηναῖος Σόλων, inquit ille, ὁμοπατρίους, ἰφικεῖς ἀγχιδῆ, τὰς ὁμομητρίους ἐκώλυσεν. Ὁ δὲ Λακεδαιμονίων νομοθέτης ἔμπαλιν, ἢ ἐπὶ ταῖς ὁμοπατρίοις γάμον ἐπιτρέψας, ἢ πρὸς τὰς ὁμοπατρίους ἀπείπας, Αἰγυπτίων χλευάζων τὴν ἑκατέρων δυλάβειαν, ὡς ἡμίσεια ἀφαπομένων ἐφόρησεν εἰς ἀσυλίαν. Ergo nunc liquet Lycurgum ac Solonem quaſi conſulto contrarias hac in parte leges ſanxiſſe. Hic apud Athenienſes germanarum ſororum, ſive conſanguineas dicere malis, matrimonium indulſit: ille apud Lacedæmonios quaſi data opera hujus inſtitutis adverſans conſanguinearum conjunctione interdixit, & uterinarum ſororum nuptialem conſuetudinem permiſit: quod apud Athenienſes piaculo dignum ponebatur. Ariſtophanes Nebulis act. 5. ſc. 2.

Ὁ δ' οὐθὺς ἦν σ' ἐξ οὐρανίδης ῥῆσιν τιν' ὡς ἐνίκη

Ἀ. δελφὸς, ὦ λεξίκακε, τὴν ὁμομητρίαν ἀδελφὴν.

Ubi auctor Scholiorum: Ἐπειδὴ ἦ παρὰ Ἀθηναίοις ἔξεστι γαμεῖν τὰς ἐκ πατέρων ἀδελφὰς, εἰς αὔξησιν ἢ ἀδικήματος ᾠρισθησαν τὴν ὁμομητρίαν. Ægyptius autem legiſlator irriſit hinc Athenienſium illinc Lacedæmoniorum ſuperſtitionem ac timiditatem tanquam imperfecta ſancientium, iiſdemque patre ac matre genitos inceſtuoſis nuptiis copulavit. *Gebhard.*

3 *Non magis amore quam patrio more.*] Andocides hoc ἀφήγημα factum ſcribit, in Oratione contra Alcibiadem. τὸ *patrio* abeſt à manuſcripto Mendozii, Giſanii, itemque Ultraject. eſtque venuſtior ἀτανάκλασις. peccaſſe autem bis hunc ſcriptorem notat Muretus lib. 7. Var. 1. tueturque adverſus Xilandrum Cimonem lib. XV. cap. 5. *Schottus.*

4 *Athenienſibus licet.*] Sane omnes Hiſtorici infamia factum hoc Cimonis notant. Suidas teſtularum ſupplicio ob eam cauſam urbe illum ejectum aſſerit in voce Κίμων & ὄστρακον. Athen. l. 13.

natas, uxores ducere. Hujus conjugii cupidus Callias quidam, non tam generoſus [1] quam pecunioſus, qui magnas pecunias [2] ex metallis fecerat, egit cum Cimone ut eam ſibi uxorem daret: id ſi impetraſſet, ſe pro illo pecuniam ſoluturum. [3] Is quum talem conditionem aſpernaretur, Elpinice negavit ſe paſſuram Miltiadis progeniem in vinculis publicis interire, [4] quoniamque prohibere poſſet, ſe Cal-
2 liæ nupturam, ſi ea, quæ polliceretur, præſtitiſſet. Tali modo

ἀνόμως contra leges & mores patriæ nuptias iſtas factas eſſe ſcribit. Plutarchus in vita ejus propius ad Probi ſententiam accedit. *Longol.* De more hoc præter Philonem teſtantur Scholiaſtes Ariſtophanis ad Nebulas. Minutius Octavio & Seneca in Apocolocynthoſi, quorum verba poſt alios adduxerunt Rutgerſ. lib. 2. & Samuel Petitus Com. ad legem Atticam B

1 *Quam pecunioſus.*] Dictus ob id apud Athenienſes λακόπλουτος, quod ſcilicet ex puteis & fodinis divitias paraſſet. Atque ad id reſpexiſſe videtur Probus. Cæterum Plutarchus Calliam longe alia ratione in vita Ariſtidis divitem factum, & hoc nomen Λακόπλουτον accepiſſe refert. Athenæus autem ex Heraclide Pontico lib. 12. diverſa de hoc divite à Plutarcho prodit. *Longol.* Vide Athenæum lib. 12. cap. 7. & Suidam. Hic cinnabareos conficiendi rationem invenit: ut auctor Theophraſtus lib. περὶ λίθων. Ab hoc etiam minium inventum nonaginta circiter annis ante Theophraſti tempora. Plinius lib. 33. 7. Euſtathius ad Iliad β'. Fuit Archon Athenis, Olympiad. CXVI. anno 11. ſuntque ad eum ab Alexia anni XCII. *Meurſius.* Lege quæ de eo diſſeruit Eruditiſſ. Gronovius in ſuis Obſervationibus, libro 4. cap. 7. *Pecuniſus.*] Feſto eſt *præmioſus.* In Gloſſ. *pecunioſus* exponitur πολυχρήματος. *Keuchen.*

2 *Ex metallis fecerat.*] Scilicet argentifodinis Laurei Atticæ regionis, de quibus ſupra in Annotat. in Themiſtoclis vitam. Harum fortaſſe argentifodinarum proventus redemptor erat Callias; vel potius privatim aliquas in Laureo argentifodinas habebat, ut etiam Nicias, quod Plutarchus in Nicia demonſtrat. *Magius.* Aliam divitiarum cauſam narrant Plutarch. in Ariſtid. Heſych. & Suidas in λακκόπλουτον, & rurſus aliam in Heraclide Pontico Athen. 12. 9. Ortas è ſpoliatis Perſarum cadaveribus, quæ Marathone ſepulta fuerant innuere videtur Themiſtocles ep. 8.

3 *Is cum talem conditionem aſpernaretur.*] Plutarchus illum ad eam conditionem ἕτοιμον, hoc eſt, facilem & paratum fuiſſe adſerit: tantum abeſt, ut aſpernaretur. Nam quantum ſororem curarit, notat Athenæus. *Longol.* Proprie & eleganter. nam vocabulum nuptiale *conditio*, de quo multa docti viri & in primis Juriſconſulti. Infra Attico, *cum propter ſuam gratiam & Cæſaris potentiam nullius conditionis non haberet poteſtatem.* Apulejus Apologia: *Quam conditionem cum obſtinate propoſitam videret mulier ſapiens.* Ibid. *Sin hæc reputans formæ & divitiarum gratia me ad aliam conditionem reſervarem.* Juſtin. lib. XI. c. 7. *Tam pulchra conditio prima regni felicitas videbatur.* Gebhard.

4 *Quoniamque prohibere poſſet.*] Alii libri *quoniamque prohiberet*, nempe Cimon, ne nuberet Calliæ. Alii *quoniam prohibere poſſet*, quam ſcripturam malam eſſe negant. Denique alii codices proferente Lambino, *Elphinice negavit ſe paſſuram Miltiadis progeniem in vinculis publicis interire, quoniam id prohibere poſſet: ſeque Calliæ nupturam.* Ego vulgata in Lectione nullam eſſe difficultatem video. *Idem.*

1 *Habe-*

modo cuſtodia liberatus Cimon, celeriter ad principatum pervenit. [1] Habebat enim ſatis eloquentiæ, [2] ſummam liberalitatem, magnam prudentiam [3] cum juris civilis, tum rei militaris, quod cum patre à puero [4] in exercitu fuerat verſatus. Itaque hic & populum urbanum in ſua tenuit poteſtate, & apud exercitum plurimum valuit auctoritate. [5] Primum imperator apud flumen Strymona magnas copias [6] Thracum fugavit: oppidum [7] Amphipolim conſtituit, eoque decem millia Athenienſium in coloniam miſit. [8] Idem iterum

1 *Habebat enim ſatis eloquentiæ.*] Salluſtius de Catilina: *Satis eloquentiæ, ſapientiæ parum.* Vid. N. in Sidon. lib. 9. ep. 9. *Savaro.* Suidas illum librum *ἱπποκομικὸν*, hoc eſt, *de curandis equis* conſcripſiſſe inſignem & mirandum ſcribit. Attamen Steſimbrotus apud Plutarchum, neque muſicam, neque ullas liberales artes didiciſſe illum commemorat: *Στησίμβροτος δέ φησιν αὐτὸν οὔτε μουσικὴν, οὔτ' ἄλλο τι μάθημα τῶν ἐλευθερίων, καὶ τοῖς Ἕλλησι σπουδαζόντων ἐνδιδαχθῆναι.* *Longol.* Sed alterius opinionis ſunt Plato in Theage, & Ariſtides Sophiſta in Cimone.

2 *Summam liberalitatem.*] In qua præcipue Piſiſtratum imitatus eſt. Vide Theopompum apud Athen. libro 12. 8. & Plutarch. in Cimone. *Ernſtius.*

3 *Cum Juris civilis, tum rei militaris.*] Plutarchus illum juvenem aliquamdiu armorum experientiæ imperitum, rebus potius urbanis præcelluiſſe dicit. *Mag. Cum juris civilis.*] Nempe Athenienſis: Nam quoties non additur nomen cujus ſit civitatis jus, ejus civitatis ſignificatur de qua ſermo inſtituitur §. *ſed jus.* 2. *Inſt. de jure Nat. G. & C.* & recte juri civili operam dedit cum turpe ſit patricio & nobili viro & cauſſas oranti jus in quo verſaretur ignorare, ut Q. Mucius ait apud Pompon. JC. in *l.* 2. §. 43. *D. de orig. Juris.*

4 *In exercitu.*] Ms. Giſan. & Exc. P. Danielis, *in exercitibus.*

5 *Primum imperator apud flumen Strymona.*] Πρῶτον μετὰ τὴν Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι μάχην νικήσαντων, &c. *Thucyd.* Qui bella per eum geſta recenſet lib. 1. Lege Plutarchum in vita, Diodorum lib. 11. Herodot. Polyhymnia, & Pauſaniam in Atticis.

6 *Thracum.*] Immo Perſarum, niſi forte etiam Thraces in exercitu Perſarum fuerunt. *Lambin.*

7 *Amphipolim.*] Urbem in Thracia, quæ prius *ἐννέα ὁδοὶ* dicebatur, id eſt, *novem viæ.* Amphipolis autem poſtea dicta, quod utrinque à Strymone fluvio alluereturr. *Idem.* Hodie *Chryſopoli.* Vid. Meurſium Fortunæ Attic. cap. 6.

8 *Idem iterum apud Mycalem.*] Deſcribunt hoc prælium Diod. Sic. 11, 61. & Plut. Cimone p. 486. memorantque & Thucydid. 1. Plato in Menex. Polyæn. 1. Frontin. 4, 7, 45. & Mela 1, 14. Sed hi omnes ad Eurymedontem fluvium, ſive prope Cyprum, pugnatum ſcribunt (quanquam non uno modo rem narrent): nemo, ad Mycalen. Et certe ſive Mycalen Cariæ urbem, cujus Stephanus de Urbibus meminit, ſive montem aut promontorium, ſub quo Perſæ eodem die, quo ad Platæeas, victi ſunt; ſeu denique inſulam in ora Ioniæ Plinio H. N. 5, 31. memoratam intelligas, fieri non potuit, ut claſſis Perſica, quæ Diodoro & Plutarcho teſtibus, ad Eurymedontem ſtationem habuit, apud Mycalen devinceretur; multo minus ut eod. die & prope Eurymedontem & apud Mycalen pugnaretur. nam ea loca longiſſime inter ſe diſtant. Quare parum

iterum apud Mycalen [1] Cypriorum & Phœnicum [2] ducentarum navium claſſem devictam cepit: [3] eodemque die pari fortuna in terra uſus eſt. Namque hoſtium navibus captis, ſtatim ex claſſe [4] copias ſuas eduxit, barbarorum uno concurſu maximam vim proſtravit. Qua victoria, [5] magna præda potitus, quum domum reverteretur, quod jam nonnullæ inſulæ [6] propter acerbitatem imperii defecerant, [7] bene animatas [8] confirmavit, alienatas ad officium redire coëgit. [9] Scyrum, quam eo tempore Dolo-

abeſt, quin adſentiar Cl. V. Chriſt. Frid. Franckenſteinio, Eloquentiæ Latinæ & hiſtoriarum in Academ. Lipſ. Profeſſori, amico ſummo meo, qui ſubverebatur, ne prælium ad Mycalen à Leotychide Spartano eâdem die, qua illud alterum ad Platæas commiſſum, cum hoc Cimonis noſter confuderit. Sed ne cultiſſimo ſcriptori tam craſſum errorem impingam, potius dixerim illud, *Apud Mycalem*, à ſciolo quodam inſertum eſſe: qui cum in præced. commate locum prælii additum videret, heic quoque tale quid addendum eſſe cenſuerit. Fortaſſis autem Nepos ſcripſit: *Idem iterum Imperator Cypriorum, &c.* Nam id quæ præcedunt, videntur requirere.

1 *Cypriorum.*] Codex Schotti & Giſanii *Cyprorum.* Pomponius Mela lib. 1. cap. 14. ad Eurymedontem fluvium pugnatum ait: *In Pamphylia fluvius Eurymedon: magna apud eum Cimonis Athenienſium ducis adverſus Phœnicas & Perſas navalis pugna atque victoria fuit.* Schott.

2 *Ducentarum navium claſſem.*] Hæc claſſis, ut Panodemus ſcripſit, *ſexcentarum navium* fuit: Ut vero Ephoro placuit, *quingentarum & trecentarum.* Refert Plutarchus, qui & illud prodidit, ingentem fuiſſe barbarorum claſſem, inde colligi; quod multis in fugam navibus verſis, multiſque alliſis atque confractis, ducentas nihilominus captivas Athenienſes ceperint. *Mag.*

3 *Eodemque die.*] Utramque pugnam eodem die factam victoriamque partam Thucydides auctor eſt. *Ernſt.* Quod confirmant Plutarch. & Frontinus. Diodor. quoque ait ſtatim poſt navalem victoriam Cimonem ad terreſtres Perſarum copias duxiſſe claſſem eaque in re Strategemate uſum, quod Poliæn. & Frontin. narrant. Sed aliter Plut. qui aperta vi in hoſtes irruiſſe ſcribit.

4 *Copias ſuas eduxit.*] Quod Strategema ejus refert Polyænus lib. 1.

5 *Magna præda potitus.*] ccc. Triremibus, xii. navibus, & viginti millibus virorum. Diodorus Siculus: αἰχμαλώτους δὲ εἰλήφει τριήρεις τριακοσίας, ἡ πᾶσα ἐκκενοῦτο νεὼς, ἀνδρῶν ὑπὲρ δισμυρίους, χρήματα πλῆθος ἀξιόλογον.

6 *Propter acerbitatem imperii.*] Διὰ τὸ βάρος τῆς ἐπιτάξεως. Acerbitas autem imperii continet avaritiam, crudelitatem, aliaſque in provinciales injurias, quibus facile ad defectionem impelluntur.

7 *Bene animatas confirmavit.*] Hoc membrum deerat in exemplis Aldinis & Florentinis, quod ex aliis libris reſtitui. Oppoſuit autem *bene animatas, alienatis.* Lambin. Cicero Epiſtol. *Intelligebam ſocias infirme animatos eſſe.* Gebhard.

8 *Confirmavit.*] Tacit. lib. vi. Annal. cap. 44. *Non ſtrues, non preces, nihil omiſſum, quo ambigues alliceret, promti firmarentur.* Juſtinus lib. xxxi. c. 6. m. *Acilius civitates ſocias confirmabat, dubias illiciebat.* Patercul lib. ii. cap. 120. *Vacillantium etiam cis Rhenum ſitarum gentium animos confirmavit.* Gebhard.

9 *Scyrum.*] Vitioſe noſter & Giſanii Codex

[1] Dolopes incolebant, [2] quod contumacius ſe geſſerat, [3] vacuefecit: [4] ſeſſores veteres urbe inſulaque ejecit, [5] agros civibus diviſit. [6] Thaſios opulentia fretos, ſuo adventu [7] fregit. His

Codex *Cyprum* hic præfert. Thucydides enim & Plutarch. Σκύρον diſerte. *Schott.* Σκύρον τὴν ἐν Αἰγαίῳ νῆσον, ἣν ὤκουν Δόλοπες, ἀνδραποδίσαν. *Thucyd.*

1 *Dolopes.*] Diodor. Siculus habitatam fuiſſe à Pelaſgis & Dolopibus narrat l. 11. *Lambin.* Unde Πελασγία Σκύρος dicebatur, καὶ Εὔβοιαν κειμένη, eratque Cycladum & Sporadum extima. *Salmaſ.*

2 *Quod contumacius ſe geſſerat.*] Imperium Athenienſium detrectaverat, atque excuſſerat. Nam *contumacia* deſpectum ſeu contemptionem ſuperiorum notat, & quæ contemptionem ſequitur, rebellionem ſeu defectionem. Tacit. 4. H. 3. *Contumacia adverſus principem.* Ibid. cap. 74. Apud Juſtin. *Contumacia* notat crimen læſæ Majeſtatis in quod incurrere poterat qui incautis lacrimis præſentem rerum ſtatum defleret. 8. 5. nam ſuæ ſuorumque ſorti quam Tyranni acerbitas aggravaſſet illacrimaſſe acceptum in crimen capitale Tac. 12. A. 47. Latin. Pacatus Paneg. Theod. Aug. dicto. Claudian. l. 2. in Ruffin. *Gebhard.* Plutarchus aliam affert cauſam, ſcilicet, quod Dolopes piratæ, prædoneſque eſſent inſignes, ac Theſſalos quoſdam inſtitores Scyrum quæſtus gratia profectos deprædati in vincula conjeciſſent. Qui cum vinculis confractis ad Amphyctionum judicium confugiſſent, raptæque urbs illa pecuniæ mulctata eſſet, civeſque eam non ex ærario publico, ſed ab his qui rapuiſſent, repeti debere contenderent; trepidi Dolopes Cimonem literis exciverunt, qui eo trajiciens, inſulam ab iis repurgavit, compoſitiſque rebus tutum navigantibus Ægæum præſtitit. Niſi forte hæc fuerit occaſio inſulæ capiendæ, cauſa vero ea, quam Probus attulit. *Magius.*

3 *Vacuefecit.*] Τὴν πόλιν, ſive νῆσον ἔρημον ἢ οἰκητόρων ἐποίησε. Infra Timoleonte: *Civibus novis bello vacuefactas poſſeſſiones diviſit.* Vacuefactio autem, quâ poſſeſſores vel ſub corona venduntur, vel in alias trajiciuntur ſedes, pœna eſt antiquis temporibus in rebelles ac victos conſtituta. Juſtin. lib. VIII. c. 5. de Philippo: Diodor. lib. XII. Περικλῆς ἦ αἱρεθεὶς στρατηγὸς ἐστράτευσεν ἐπὶ τὴν Εὔβοιαν μετὰ δυνάμεως ἀξιολόγου, καὶ τὴν μὲν πόλιν τῶν Ἑστιαίων ἐλὼν κρατεῖ καὶ ἐξῴκισε τοὺς Ἑστιαεῖς ἐκ τῆς πατρίδος. Ubi ἐξοικίζειν ἐκ τῆς πατρίδος elegant reſpondet Nepotis *vacuefacere.* *Vacuefacere* verbum non admodum tritum. Valerius ſed de alia re: *Ergo pectus dolore acceptæ injuriæ, ſpe potiundæ victoriæ, verecundia detrectandi miniſterii, metu mortis refertum tota ſibi pietas vacuefecit.* l. V. c. IV. 1. Utitur & Apulejus: non puto reperiri apud Ciceronem. Sed utitur Macrob. lib. VII. Saturn. cap. XII. *Venas inedia vacuefacit, ſaturitas obſtruit.* Gebhard.

4 *Seſſores.*] Οἰκῆτας, habitatores. Quidam legunt *poſſeſſores*: Ego nihil muto, quanquam ſi veteris alicujus libri auctoritate niteretur, hoc malim quam *ſeſſores.* Lambin. Solos Dolopes ejectos vult Plutarchus.

5 *Agros civibus diviſit.*] Vetuſtiores Codices habent, *dimiſit.* Magius. Thucydides: ᾤκισαν αὐτοί. id eſt, *coloniam eo deduxerunt*, ut declarat interpres. Et ita Diodorus Siculus: Σκύρον ἣ Πελασγῶν, καὶ Δολόπων ἐποικήσαντες ἐξεπολίορκησε, καὶ κλήρους Ἀθηναίων κατακληρώσας τὴν χώραν. *Lambin.*

6 *Thaſios opulentia fretos.*] Qui etiam ab Athenienſibus defecerant. Thucydides; Χρόνῳ ὕστερον συμβὰς Θασίοις ἀποστῆναι, &c. Hanc rem copioſe lib. 1. perſequitur. *Idem.*

7 *Fregit.*] Navali certamine, XXXIII. naves capiens. *Plut.* In Themiſtocle: *Claſſe celeriter effecta, primum Corcyræos fregit.* Lyſandro: *Ut Athenienſium impotentium dominatum refringerent.* Cic. de

offic.

[1] His ex manubiis [2] arx Athenarum, [3] qua ad meridiem
3 vergit, eſt ornata. [4] Quibus rebus [5] quum unus in civitate maxime floreret, incidit in eandem invidiam quam pater ſuus [6] cæterique Athenienſium principes. Nam [7] teſtarum ſuffragiis, quod illi [8] *oſtraciſmum* vocant, decem annorum exilio mulctatus eſt. [9] Cujus facti celerius Athenienſes quam ipſum pœnituit. Nam quum ille forti animo,

offic. *Viriatus Luſitanus, quem C. Lælius fregit & comminuit.* Gebhard.

1 *His ex manubiis.*] Ea eſt trium Mss. conſtans lectio. Quomodo Plut. Περιθέντων ὁ τὴν αἰχμαλώτων λαφύρων εἴς τι τὰ ἄλλα χρήμασιν ὁ δῆμος ἐρρώσθη. καὶ τὴν ἀκρόπολιν τὸ νότιον τεῖχος κατεσκεύασεν ἀπ' ἐκείνης δυνάμεως σφετέρας. Non ergo *ex navibus* legendum, quod alii præferunt. *Keuchen.* Sic emendavit Schott. cap. 32. ad ſcript. de Viris illuſtribus.

2 *Arx Athenarum.*] Vide ſis Meurſii Cecropiam.

3 *Qua ad meridiem vergit.*] Murum circumduxere partim Cimon, partim Agrolas & Hyperbius Pelaſgi. *Pauſanias* in Atticis. Qua de cauſa Pelaſgis ſub Hymetto habitare conceſſum fuit. *Herodot.* VI. Ac murus quidem à Cimone exſtructus, auſtralis fuit; idque ex manubiis belli contra Perſas ab eo confecti. Quem vero à Pelaſgis murum ſtructum Pauſanias dicit, eum Tyrrhenis adſcribit Heſychius: Πελασγικὸν τεῖχος, ὅπου ἐν Ἀθήναις καλέμενον, Τυρρηνῶν κτίσμα. Et huc Thucydidis iſta pertinent lib. IV. Τὸ δὲ πλεῖστον Πελασγικόν, ὃ καὶ Λῖμνόν ποτε, καὶ Ἀθήνας, Τυρρηνῶν οἰκησάντων. Sed ſolvo nodum; Tyrrheni enim prius Pelaſgi nuncupati, ut apud Dionyſium Halicarnaſſæum ait Hellanicus Lesbius: Unde paſſim Πελασγικὸν τεῖχος Herodoto, Philoſtrato, Luciano, Libanio & aliis memoratum. Habebat autem portas novem; unde Ἐννεάπυλον dicitur à Climeno: Καὶ ὑπεδίζον τὴν ἀκρόπολιν, ὥσπερ ἄλλον δὲ ἐννεάπυλον τὸ Πελασγικόν. Ariſtoph. in Avibus Πελαργικὸν appellat, quaſi *ciconiarium* dicas. *Meurſius.*

4 *Quibus rebus quum unus in civitate maxime floreret, incidit in eandem invidiam, quam pater ſuus, cæterique Athenienſium principes.*] Relativo, ut vocant, nomini ſæpe adjungitur caſus idem, qui verbo antecedenti. Et ſic fere locutus eſt Nepos hoc loco. Vide Giſanium Conſect. Lucret. pag. 414. *Keuchen.*

5 *Quum unus in civitate maxime floreret.*] Quia unus maxime florebat, ideo fortuna ejus maxime conſpicua invidiæque expoſita fuerat. Ipſo verbo utitur & Miltiade & Epaminondâ. Curt. l. x. *Ipſum Darium floruiſſe pauliſper.* Cicero in Verrem: *Hic in ſuâ Patriâ multis virtutibus ac beneficiis floruit.* Pro Cœlio: *Q. Metellus quum in Rep. floreret integerrimâ ætate.* Gebh.

6 *Cæterique Athenienſium Principes.*] De quibus vide Dionem Chryſoſt. Orat. 73. ubi etiam Cimonis meminit. Adde Valer. Max. 5. 3.

7 *Teſtarum ſuffragiis.*] De Oſtraciſmo Cimonis lege Platonem in Gorgia.

8 *Oſtraciſmum.*] De hujus nominibus, origine, hiſtoria & ritu è veteribus Diod. Sic. I I. Plut. in Ariſt. Themiſt. & alibi. Ariſtid. Oratione Platon. 2. Pollux Onomaſt. 8. 5. Scholiaſt. Ariſt. in Equit. & in Veſpis. Tzetzes Chil. 13. 489. Heſych. & Suidas in *Oſtraciſmus.* E Junioribus Ubbo Emmius Vet. Græc. Hadr. Junius animadv. 5, 18. Scaliger ad Euſebium. Mauſſacus ad Harpocr. & Meurſ. Lect. Attic 5. 18.

9 *Cujus facti celerius.*] Sic Plutarch. Οὗτος δὲ τῆς πρὸς Κίμωνα θυμῷ πολλῷ χρόνον ἐτήρησεν. Ex quo ſuſpicari licet, Cimonem etiam minus diu, quam quinquennium abfuiſſe. *Lambinus.*

1 Con-

mo, invidiæ ingratorum civium ceſſiſſet, bellumque Lacedæmonii Athenienſibus indixiſſent; [1] confeſtim notæ ejus virtutis deſiderium conſequutum eſt. Itaque poſt annum quintum, quo expulſus erat, in patriam [2] revocatus eſt. Ille, [3] quod hoſpitio Lacedæmoniorum utebatur, ſatius exiſtimans [4] contendere Lacedæmonem; ſua ſponte eſt profectus, [5] pacemque inter duas potentiſſimas civitates conciliavit. Poſt neque ita multo [6] in Cyprum cum ducentis navibus imperator miſſus, [7] quum ejus majorem partem inſulæ deviciſſet, in morbum implicitus, [8] in oppido Citio

1 *Confeſtim notæ ejus virtutis deſiderium conſequutum eſt.*] Adeo verum illud Perſei votum,

Virtutem videant intabeſcantque relicta.

Et Flacci lib. 3. Od. XIV.

Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus invidi.

Schott. Similis locus infra Epaminondæ vita. Vide Flaccum lib. III. Argonaut. p. 247. *Gebhardus.*

2 *Revocatus eſt.*] Decreto Periclis, ut tradit Plutarchus ibidem: Ἐκάλεν ἐκ τῆς φυγῆς ὁ Κίμωνα, ἡ κατῆλθε, τὸ ψήφισμα γράψαντος Περικλέους. *Lambin.*

3 *Quod hoſpitio Lacedæmoniorum.*] Hoc Græce diceretur hoc modo: Ὅτι προξενος ἦν τῶν Λακεδαιμονίων. Propter hoc hoſpitium autem, Lacedæmoniorum rebus ſtudere ac favere putabatur: hoc eſt, quod Græci dicunt λακωνίζειν. Hæc enim fuit Oſtraciſmi cauſa, ut tradit Plutarchus in Cimone, quam appellat μικρὰν πρόφασιν. *Idem.*

4 *Contendere Lacedæmonem.*] Cæſar lib. 1. de Bell. Gall. cap. 21. *Ipſe de quarta vigilia eodem itinere, quo hoſtes ierant, ad eos contendit.* lib. VI. cap. 3. p. *de improviſo in fines Nerviorum contendit.* Apulejus lib. IX. Metam. *Tunc reliqui fratres tam Hercules deſperata quam ultro neglecta ſua ſalute contendunt ad divitem.* Nepos Eum. *Sin per loca ſola contenderet.* Juſtin. lib. IX. cap. 6. Cicero, *Mihi non dubium eſt, quin Brunduſium contendam.* Gebh. Front. 1. 4. *Quaſi Thebas contenderet.* in Datame, *Quo contenderat pervenit.* Juſtin. 2. *Savaro.*

5 *Pacemque inter duas potentiſſimas civitates conciliavit.*] Εὐθὺς μετὰ ταῦτα κατελθὼν ἔλυσε τὸν πόλεμον, καὶ διήλλαξε τὰς πόλεις. *Plutarch.*

Pacem conciliavit.] Cæſar lib. VII. cap. 56. *Legatos ad Vercingetorigem de pace & amicitiâ concilianda publice miſſos.* Loquitur eo modo & Thraſybul. atque Hamil. Et parem in modum antiquiſſimi. Ennius Creſphonte:

Eho tu, Dì quibus eſt poteſtas motus ſuperûm atque inferûm
Pacem inter ſe conciliant, conſerunt concordiam.

Cicero pro Dejotaro: *Quo cum mihi amicitiam Reſp. conciliavit.* Gebh.

6 *In Cyprũ.*] Cimonem poſt exilium Athenienſium Cyprum acquiſiviſſe etiam ſcribit Diod. l. c. & Suidas in Κίμων poſt Thucydid. lib. 1. Diod. Sicul. 12. & Plutarch. in vita ejus, qui ſummam viri virtutem uno ore prædicant. *Ernſt.*

7 *Quum ejus majorem partem.*] Plutarchus hoc non prodidit, ſed ingentes certaminum moles ſtruxiſſe, navales copias circa Cyprum continentem; & quoſdam ex ſuis ad Jovem Ammonem, oraculi accipiendi gratia, miſiſſe teſtatur, mox vero obiiſſe. *Mag.*

8 *In oppido Citio eſt mortuus.*] *Cythio*, Codex P. Danielis. Citium urbs eſt Cypri, in qua natus eſt, Xeno, Stoicorum princeps: unde & *Citieus* dictus eſt. Thucydides paullo aliter hanc rem narrat,

4. Citio eſt mortuus. Hunc Athenienſes non ſolum in bello, ſed in pace diu deſideraverunt. [1] Fuit enim tanta liberalitate, quum compluribus locis prædia hortoſque haberet, [2] ut nunquam eis cuſtodem impoſuerit, fructus ſervandi gratia: ne quis impediretur quo minus ejus rebus, [3] quibus vellet, frueretur. [4] Semper eum pediſſequi cum nummis ſunt ſecuti, ut ſi quis opis ejus indigeret, haberet quod ſtatim daret, [5] ne differendo videretur negare. Sæpe quum

rat, quam Diodor. Thucydides enim videtur ſignificare, Cimonem Citium non expugnaſſe, ſed in obſidione & oppugnatione urbis morte occupatum atque oppreſſum eſſe. Diodorus vero ait, Cimonem mari potientem, Malum & Citium, urbeis Cypri expugnaſſe, & in victos humanum ſe præbuiſſe. Quod autem ad ejus mortem attinet, ſic idem Diodorus paullo poſt: σωιζει ὁ κ ἡ Κίμωνα πρὸς τὸν Κύπριον λῃσθεύοντα νίσον τελευτῆσαι. *Lambin.* Plutarchus Cimonis reliquias in Atticam traductas fuiſſe ſcribit, quod ſua quoque ætate monumenta Cimonia arguebant, etſi ex Nauſicrate Rhetore referat, Citienſes quoddam Cimonis ſepulchrum colere, quibus in fame terræque ſterilitate, ut Cimonem tanquam Deum venerarentur, oraculo imperatum ſit. *Magius.*

1 *Fuit enim tanta liberalitate.*] De qua vide Theophraſtum, Theopompum, Ariſtotelem, Plutarchum, Athenæum libro 12. ex Theopompo, Ciceronem, offic. 3. & alios.

2 *Ut nunquam eis cuſtodem impoſuerit.*] Cicer. pro Planco. *Sin autem emimus, quem villicum imponeremus.* Schioppius venuſte è libro Gifanii, *cuſtodem poſuerit.* Barthius è veteribus editis ac membranis, quibus olim uſus Cœlius Curio: *Ut nunquam in eis cuſtodem impoſuerit.* Scribendum vero ipſe retur: *Nunquam in eis cuſtodem unum poſuerit.* Mihi placet lectio Codicis Gifaniani. Cæſar lib. 1. de Bello Gall. cap. 20. *Dumnorigi cuſtodes ponit; ut quæ agat, quibuſcum loquatur, ſcire poſſet.* Cicero 11. Philippica: *Quoties te Patertius domo ſua ejecit? quoties cuſtodes poſuit, ne limen intrares?* pro Flacco: *Hermippus cuſtos T. Anſidio Prætore in frumento publico eſt poſitus.* Gebhard. Rem narrat Athenæus ex Theopompo, l. XII. Sic autem dixit Nepos, *eis cuſtodem impoſuerit*, ut Cicero in oratione pro Plancio, *villicum imponere.* Quanquam non negat Nepos, Cimonem villicos agris & villis impoſuiſſe, ſed negat cuſtodes appoſuiſſe. *Lambin.*

3 *Quibus vellet.*] Amplius ſcripti Codices: *Quibus quiſque vellet.* Schott. Sic Danielis & Boecleri.

4 *Semper eum pediſſequi cum nummis ſunt ſecuti.*] Vide de hoc genere ſervorum Pignorium. *Boecler.* Athen. lib. XII. Καὶ λέγουσιν ὡς Φειδύλο μὲν ἀεὶ νεανίσκος δύο, ἢ τρεῖς ἔχοντας κέρματα· τὰ τοῖς δι δόναι προσέταττεν, ὁπότε τις προσέλθοι αὐτῷ δεόμενος. De Cimonis liberalitate, eadem Plutarchus in Pericle. Nam & hic non minus ſuarum rerum profuſus populo largitor. Clarum eſt de Cimone loqui Athenæum, cum ſcribit, κ λέγουσιν ὡς Φειδύλο μὲν νεανίσκος δύο ἢ τρεῖς. Errat igitur Auctor Excerpt. & Euſtathius eum ſecutus, qui de Piſiſtrato hæc accipiunt, contra apertiſſimam Athenæi narrationem, & Probi in Cimonis vita, qui quaſi ad verbum Theopompi totum locum vertit. *Caſaubonus.* Non diſſimile eſt quod de L. Neratio narrat Gellius 20. 1.

5 *Ne differendo videretur negare.*] Ὠφείας χάριτος γλυκερώτερον, ὃν ὃ βραδὺ ὠὴς

Πᾶσα

[1] quum aliquem offensum fortuna, videret [2] minus bene vestitum, [3] suum amiculum dedit. Quotidie sic cœna ei coquebatur, [4] ut quos convocatos vidisset in foro, [5] omnes devocaret: [6] quod facere nullum diem prætermittebat. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris defuit: multos locupletavit. Complures pauperes mortuos [7] qui unde efferrentur, non reliquissent, [8] suo sumptu extulit. Sic

Πᾶσα χάρις κενὴ, μηδὲ λίγοιτο χάρις.

P. Syrus: *Beneficium bis dat, qui dat celeriter.* Ausonius:

Gratia quæ tarda est ingrata est gratia; namque
Quæ fieri properat gratia grata magis.

Gebhard.

1 *Cum aliquem offensum fortuna, videret.*] Lambinus hoc exponit, *cui fortuna esset iniqua, irata atque offensa.* Quod cum mihi insolens videretur, nec dubitarem, offensum hic idem esse, quod *obviam factum, repertum*, Cl. Freinshemius confirmavit meam sententiam, indubiamque fore dixit, si in aliquo codice *forte fortuna* legeretur, quod & absorberi facile potuerit à sequenti vocabulo. *Beeclerus.*

2 *Minus bene vestitum.*] Theopompus: Κακῶς ἠμφιεσμένον, *male vestitum.* Plutarchus paullo aliter, ἠμφιεσμένον ἀτάκτως, id est, *parum copiose*, seu, ut ita dicam, *egenter vestitus.* Lambinus.

3 *Suum amiculum dedit.*] Jensonis & Gymnici exemplaria corrupte *amniculum* habent. *Magius.* Theopompus: κελεύειν αὐτὸν χλαμύδι περιννύσθαι τῶν ναυτικῶν τινὰ τῶν συναχολουθούντων αὐτῷ. Plutarchus fere sic, ut Nepos: δημοσίᾳ τῷ ξένῳ αὐτὸν τὰ ἱμάτια. *Lambinus.*

4 *Ut quos convocatos vidisset.*] Lambinus *non vocatos.* Rectius Schioppius, P. Daniel, Savaro ac Schottus *invocatos.* Barthius Adversar. lib. XXIV. cap. 18. legit, *ut quoscunque invocatos vidisset.* Est autem *invocatus*, ἄκλητος, ad epulas non invitatus. Fuit Cimonis animo par Gelliæ Agrigentini, cujus domus quædam munificentiæ officina credebatur. Valer. Max. lib. IV. cap. 8. Quæ comparanda cum verbis Nepotis. Vel, cui nondum vocari contigit. Terentius Eunucho: *Invocato ut sit locus semper.* Gebhard. Vid. Athen. lib. 12. ibique doctissimum Casaubon.

5 *Omnes devocaret.*] Omnino malim hic legi, *convocaret*, aut certe *vocaret.* Lambin.

6 *Quod facere nullum diem prætermittebat.*] Sic Plutarchus: Καὶ δεῖπνον οἶκος παρ' αὐτῷ κοινὸν μία, ἀρκῶν ὃς πολλοῖς ἐποιεῖτο καθ' ἡμέραν. Sic & Theopompus apud Athenæum eod. loco. Sed existimabam aliquando, neque nunc aliter sentio, legendum esse apud Cornelium, *quod facere nullum diem intermittebat.* Sic enim loquuntur Latini potius. *Idem.* Et sic locum contaminat Lambinus. *Gebhardus.*

7 *Qui unde efferrentur, non reliquissent.*] Supra de Aristide, in ejus vita: *in tanta paupertate decessit, ut, qui efferretur, vix reliquerit.* Athenæus eodem loco ex Theopompo: Καὶ φασὶ μίαν αὐτὸν ἢ εἰς ταφὴν εἰσφέρειν. *Lambin.* Solebant enim mortui efferri honestissima veste. Juvenalis:

Pars magna Italiæ est, si verum admittimus, in qua
Nemo togam sumit nisi mortuus.

Non solis Italis, de quibus Satyricus loquitur, sed vulgo etiam Græcis Latinisque moris fuit, ut comptiores efferrentur, quam vixissent. Erant enim κλῶν ἐνταφίων studiosissimi. *Casaub.*

8 *Suo sumptu extulit.*] Vide de hoc more P. Fab. Sem. 3. 13.

Sic ſe gerendo minime eſt mirandum, ſi & [1] vita ejus fuit ſecura, & [2] mors acerba.

1 *Vita ejus fuit ſecura.*] Nullis periculis atque inſidiis expoſita. Nam ut Aurelii Victoris verbis dicam *ejus vita nullius oneri aut incommodo erat.* Demum *Ejus mortem cives expetunt, cujus vitam oderunt.* Sive ejus vita non fuit anxia ob imminens ex odio atque inſidiis civium diſcrimen. velut verbis Valerii dicam, pro ſalute & incrementis ejus cives votis excubabant. *Gebhard.*

2 *Mors acerba.*] Quæ Græcis ἄωροι θάνατοι, vel ὁμαφακίαι τελευταὶ, ut Latinis *acerba funera*, vel *immatura.* Julianus Archiepiſcopus Toletanus lib. 1. *Tria ſunt genera mortis, acerba, immatura, naturalis. Acerba infantum, immatura juvenum, naturalis ſenum.* Quod à Publio Syro mutuatum. Sed minus diſtincte illa genera à Latinis uſurpantur. Nepos enim *mortem acerbam* de adultis dixit, ſicuti Cicero in Antonium: *Acerbiſſimum ejus diem ſupremum malim, quam L. Cinnæ dominatum.* Keuchen.

CIMONIS res ſcripſere Plutarch. Cimone. Diodor. 11. & 12. Herodot. 6. & 7. Thucyd. 1. Poliæn. 1. Plato in Theage & Gorgia, Suidas, Athenæus 12. Demoſthenes Oratione contra Ariſtocratem. Andocides Oratione contra Alcibiad. Ariſt. 1. 3. Platonica 2. Juſtin. 2. 15. Valer. Maxim. 5. 3. ext. 3. 5. Extern. 2. 6. Cicer. 2. offic. 18. *Boecler.* Facies ejus in nummorum meorum uno conſpicitur cum inſcr. ΚΥΜΟΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥ. in poſtica parte victoria ſeminuda armis inſidens, dextra palmam, ſiniſtra clypeum tenens, in quo: ΝΙΚΗ. infra: ΑΘΗΝΑΙΩΝ. circum victoriam: ΚΑΤΑ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. Hermam ejus ſed capite truncatum exhibent Urſini imagines num. 46.



LYSAN-

LYSANDER.

VI.

[1] LYSANDER [2] Lacedæmonius, magnam reliquit ſui famam, [3] magis felicitate quam virtute partam. Athenienſes enim in Peloponneſios [4] ſexto & vigeſimo anno bellum gerentes [5] confeciſſe apparet. [6] Id qua ratione conſecutus ſit, latet. Non enim virtute ſui exercitus, [7] ſed immo- 1

1 *Lyſander.*] Ariſtocleti filius, ex Heraclidarum genere, minime generoſus. Theopomp. apud Athen. lib. 6. *Mothacem* fuiſſe adſerit. Sunt *Mothaces* non ipſi quidem Lacedæmoniorum filii, ſed cum iis ſimul educati adoleſcentes ingenui, qui deinde ad præclara facta, quæ ab illis ſperantur, Laconum Reip. adſcribuntur. *Longol.* Vide Plutarchum in Vita. *Mag.* De hoc Thucyd. lib. 5. Xenophon lib. 2. Diodor. lib. 13. Polyæn. lib. 1. & 7. Strateg. Juſt. lib. 5. Frontin. 1. 5. l. 2. c. 1. l. 4. c. 1. *Savaro.*

2 *Lacedæmonius.*] Sic Cicero in Catone Majore: *Lyſander Lacedæmonius, vir ſummæ virtutis.* Theopompus apud Athenæum lib. 6. Mothacem fuiſſe adſerit. Erant Mothaces non ipſi quidem Lacedæmonii, ſed cum Lacedæmoniorum filiis ſimul educati, adoleſcentes ingenui, qui deinde ad virilia & præclara facta, quæ ab ipſis ſperantur, Laconum reipubl. adſcribuntur. *Mag.* Alii *Mothaces* volunt fuiſſe conditione ſervos. Heſychius: Μόθακες· οἱ συντρόφοις ὑπὸ δούλων παιδεύοντες. Et dicti μόθακες, ὡς ἀπὸ μόχθων. Unde etiam eſt μόθων. Erant igitur ſervi à pedibus, qui aliis Græcis dicebantur & μόθωνες iidem Laconibus. Lyſandrum juvenem è mothacibus aliquis, quod dicitur, fuiſſe, ex Plutarcho non diſcas. Fatetur tamen etiam Ælianus lib. 12. cap. 43. *Caſaubon.*

3 *Magis felicitate quam virtute partam.*] Curtius lib. 4. *Quis neget, rectiorem quoque gloriam ſapiſſe fortunæ, quam virtutis eſſe beneficium?* Gebh. Ms. mei C. ſide lego: *magis fortuna quam virtute*, quæ pulcrior oppoſitio eſt. ſic infr. in Thraſybulo: *Si per ſe virtus ſine fortuna ponderanda ſit.* Ernſt. Vide notas Freinshemii ad Flor. præf.

4 *Sexto & vigeſimo anno.*] Sic Thucydides lib. 4. ἔτη ἤδη εἰς τοῦτο τὸ ξύμπαν ἐπολέμουν τὸν πόλεμον ἐπὶ τὰ εἴκοσι, &c. *Lambin.* Et peſtilentia conflictantes. Vide Plutarchum in Vita, Xenophont. 11. hiſt. Diod. Siculum 13. in extremo.

5 *Confeciſſe.*] Penitus ſtraviſſe, ac viciſſe. *Magius* ſubſtituendum cenſuerat *conſegeſſe* ſive contuliſſe. Sed in eo ſe ipſe reprehendit. *Conficere* enim eſt, penitus abſumere. *Schott. Gebhard. Confeciſſe.*] Hiſtoriam habes in Alcibiad. refert Plutarch. Diodor. l. 13. Polyæn. l. 1. Iuſt. 5. Frontin. 2. cap. 1. exemplo ult. & Pompon. Mela l. 2. infra in Conone. *Savaro.*

6 *Id qua ratione conſecutus ſit, latet.*] Rem enim maximam minimo labore confecit, & hora una tempus longiſſimum, & bellum omnium, quæ ante ipſum fuerant, maxime varium & cladibus & ſalibus ſuſtulit. Quod ſtrategema ejus præter alios commemorat *Polyænus* lib. 1. quomodo latere poteſt cum ipſe dicat factum id immodeſtia adverſariorum. Videtur hic locus eſſe mutilatus, ut & alii in hoc opuſculo multi. Credam igitur olim fuiſſe: *non latet.* Ernſt.

7 *Sed immodeſtia.*] Sic infra in Alcibiade: *Periculum eſt, ne immodeſtia mi-*

immodeſtia factum eſt adverſariorum, qui [1] quod dicto audientes [2] imperatoribus ſuis non erant, [3] diſpalati in agris, reli-

litum noſtrorum occaſio detur Lyſandro noſtri opprimendi exercitus. Hanc militum immodeſtiam pulchre deſcribit Plutarchus in Lyſandro his verbis: ὡς γὰρ ἐξῆλθον, δίθυς ἅτε μηδὲν προσδοκῶντες, ἠρόχζον. ἐπλανῶντο πρὸς τὰ χώρια, ἐκαθεύδον ὑπὸ ταῖς σκιαῖς, ἠλιτοπολίτευτο πορρωτάτω τῆς μέλλοντος ἀπειρία, τῶν ἡσυχαίνων ὄντες. Sed Ariſtides Sophiſta Λακωνικὸν λόγον dicit, negligentia Imperatorum hoc eveniſſe, non immodeſtia militum: τοῦτο δὴ καὶ ἐν ταῖς πολεμικαῖς ἀμελείαις τῶν φυλάκων τὰς ναῦς ἀπολέσασα. *Lambinus.*

1 *Quo dicto audientes Imperatoribus ſuis non erat.*] Frequens illud apud Cornelium. Ita loquitur puriſſimi oris ſcriptor Cornelius & Iphicrate: *Ut nullæ unquam in Græcia neque exercitatiores copiæ, neque magis dicto audientes fuerint duci.* Et Ageſilao, *tanta modeſtia dicto audiens fuit juſſis abſentium magiſtratuum.* Quare emendandum cenſeo Datame; *Thyus regi dicto audiens non erat.* Cæſar lib. 1. Comm. de Bell. Gall. capite 40. *Quibuſcunque exercitus dicto audiens non fuerit.* Auctor de Viris illuſtr. cap. 7. *Petere ut interim dum convaleſcit Servio Tullo dicto audientes eſſent.* Plaut. Amphitr.

Ego ſum Jovi dicto audiens, ejus juſſu nunc huc me affero.

Cicero de Divinat. *Iſtæ imagines ita nobis dicto audientes ſunt, ut ſimulatque velimus, accurrant.* Cato de re Ruſtica: *Eadem uti curet faciatque moneo, Dominoque dicto audiens ſit.* Varro de re Ruſtica, l. 1. cap. 17. *Facilius enim his, quam minoribus natu dicto ſunt audientes.* Gebh.

2 *Imperatoribus ſuis.*] Alcibiadi præcipue. Nam cum Lacedæmonii Lyſandrum, nomine quidem legatum, revera autem ducem ad bellum contra Athenienſes gerendum mitterent: idque tum reliquis ſociis, tum ipſo quoque Cyro, poſtulantibus; acri enim & vigilanti duce opus erat poſt cladem à Callicratida ad Arginuſas acceptam; ipſe cum copiis profectus urbes aliquot Aſiæ in poteſtatem ſuam redegit: pugnandi tamen facultatem ducibus Athenienſibus non fecit. Quam ejus calliditatem cum pari præditus ingenio animadverteret Alcibiades, operam ſuam & conſilium offerrent, à ducibus Atticis non ſine contumelia repellitur. Cujus ſive ſuperbiæ, ſive imprudentiæ graves mox pœnas dederunt, artibus Lyſandri circumventi, & oppreſſi ad Ægoſpotamos Cherſoneſi. Periit tum præter exercitum Athenienſium claſſis eorund. inſtructiſſima CLXXX. navium. Atque hac ratione Lyſander victoriam conſecutus eſt. Quod certe Nepotem non latuit, uti ex Alcibiadis vita, quæ ſequitur, paret, cap. 8. Vide de hac re urbiſque interitu plura apud Hiſtoricos à Dn. Boeclero citatos: quibus adde Orationem Cæſaris apud Salluſtium de bello Catilinario pag. 151. Senec. lib. *De tranquill. animi* cap. 3. & & epiſt. 104. Cic. 8. ad Attic. Valerium Max. lib. 3. cap. 2. *Ernſt.*

3 *Diſpalati in agris.*] Lege Xenophontem 11. ἑλλ. Juſtinum lib. 5. omnes illum aſtutia magis quam virtute ſuperaſſe ſcribunt. *Longol. Palantes* Cæſar dixit Cicero & alii. *Schott.* Facilis de vagis, diſperſis atque incompoſitis victoria. Plutarch. ναυλικὸν ὅταν ὑπὸ τὴν γῆν γένηται πλανώμενον, ὅπου τις θέλῃ, κρατεῖται. Tacit. lib. 4. Ann. cap. 48. *Thracum auxilia repentino concurſu territa, cum pars munitionibus adjacerent, plures extra palarentur, tanto inſenſius cæſi.* Lib. 4. Hiſtor. c. 35. *Civilia ubi ruiſſina miſſos Noveſium frumentatores dataſque in præſidium cohortes velut multa pace accepit, rarum apud ſigna militem, arma in vehiculis, cunctos licentia vagos compoſitus invadit.* De hoc caſu vide Frontin. l. 2. cap. 1. 18. *Diſpalari* verbum non admodum frequens. Salluſt. epiſt. 11. ad C. Cæſarem. *Hæc igitur multitudo primum malis moribus imbuta, deinde in artes vitaſque varias diſpalata, nullo modo inter ſe congruens.* Gebhard.

1 *Reli-*

[1] relictis navibus, in hostium venerunt potestatem. Quo facto Athenienses se Lacedæmoniis [2] dediderunt. Hac victoria Lysander elatus, quum antea semper factiosus [3] audaxque fuisset, sic sibi indulsit, ut ejus opera in maximum odium Græciæ Lacedæmonii pervenerint. Nam quum hanc causam Lacedæmonii dictitassent [4] sibi esse belli, ut Atheniensium impotentem dominationem refringerent: postquam [5] apud Ægos flumen Lysander [6] classis hostium est potitus, nihil aliud molitus est, [7] quam ut omnes civitates in sua teneret potestate, quum id se Lacedæmoniorum causa facere simularet. Namque undique qui Athenienſium rebus studuissent, ejectis, [8] decem delegerat in unaquaque

1 *Relictis navibus.*] Quo respicit nummus meus, in cujus antica parte caput Lysandri cum inscr. ΛΥΣΑΝΔΡΟΥ ΑΑΚΩΝΟΣ: in postica Victoria currui ab equis marinis per mare tracto insistens, &: ΝΙΚΗ ΝΗΙΤΙΣ.

2 *Dediderunt.*] Codex Schotti, *dederunt.*

3 *Audaxque.*] Ἦν δὲ καὶ λόγῳ θρασὺς καὶ καταπληκτικὸς πρὸς τὰς ἀντιλογίας. *Plut.*

4 *Sibi esse belli.*] Editio Longoliana: *Sibi esse bellum.*

5 *Apud Ægos flumen.*]Codex Danielis, *Egos.* Græci peculiariter, περὶ Αἰγὸς ποταμὸς loquuntur. Plutarchus Χηρων. Παυσανίας δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος ἐξ ἐναντίας περὶ Αἰγὸς ποταμὸν, καὶ λιμῷ πιέσας αὐτὸς παρεδίδου τὴν πόλιν, καὶ ἔγραψε τοῖς ἐφόροις, καταλαβεῖν τὴν Ἀθῆναι. Pomponius Mela lib. II. cap. 2. *In ea* (Cherroneſo) *flumen Ægos naufragio classis Atticæ insigne.* Lambin. Commissa est hæc pugna Olymp. XCIII. anno IV. cum Alexias archon esset. *Meurſius.*

6 *Classis hostium est potitus.*] Ultraject. *Classe.* Phrasim autem explicat è Pandectis Juris varie clarissimus vir Ant. Augustin. Emendat. libris. *Schott.*

7 *Quam ut omnes civitates.*] Narrat Xenophon II. καὶ. totam Græciam defeciſſe ab Athenienſibus præter Samios. *Lambin.*

8 *Decem delegerat.*] Quorum cuique Decaducho nomen erat. *Alex. ab Alex.* Græci communiter δεκαδυαρχίας appellant. Isocrates Panegyrico, & ad Philippum. Diodorus XIV. alii. Sed Xenophon δεκαρχίας vocat, nisi locus mendosus sit, lib. 3. de rebus Græciæ. Idem in contentione Autoclis: ἔστι δὲ τὸ πάντων ἐναντιώτατον αὐτονομίᾳ, καθίστασι, ἔνθα μὲν δεκαρχίας, ἔνθα δὲ τριακονταρχίας. *Lambin.* Athenis autem triginta præfecerat, decem vero Piræo. Plutarchus: *Triginta quidem intra urbem, decem vero in Piræo præfectos instituit.* Hi postea triginta viri urbem servitute oppressérunt, & ad tyrannidem usque sævierunt. Sallust. in conjurat. Catilin. & Orol. II. 14. *Mag.* Eorum nomina recensét Xenophon II. i. ιχ. *Langolius.* Initio Athenienses, Reges suos habuere; inde Archontes accepere: sub quibus tyrannidem exercuit Pisistratus, posteriqué ejus aliquot, qui ejecti Olymp. LXV. anno IV. Deinde vero Aristocratia usi, usque ad Olymp. XCII. annum I. cum electi CCCC. qui sequente statim anno abrogati. Postea à Lysandro victi, triginta tyrannos habuere, Olymp. XCIV. anno I. Qui cum decem commutati, Olymp. ejusdem anno IV. eos quoque ipsos statim in primordio excussére. *Meurſius.*

unaque civitate, quibus ſummum imperium poteſtatemque omnium rerum committeret. Horum in numerum nemo admittebatur niſi qui aut ejus hoſpitio continere-
2 retur, aut ſe illius fore proprium fide confirmaret. Ita decemvirali poteſtate in omnibus urbibus conſtituta, ipſius nutu omnia gerebantur. cujus de [1] crudelitate ac perfidia ſatis eſt unam rem exempli gratia proferre, ne de eodem plura enumerando [2] fatigemus lectores. Victor ex Aſia quum reverteretur, Thaſumque divertiſſet, quod ea civitas præcipua fide fuerat erga Athenienſes, [3] proinde ac ſi iidem firmiſſimi ſolerent eſſe amici, qui conſtantes fuiſſent inimici, eam pervertere concupivit. Vidit autem, niſi in eo occultaſſet voluntatem, futurum ut Thaſii dilaberentur, [4] conſulerentque rebus ſuis.

* * * * * *
* * * * *

Ita-

1 *Crudelitate & perfidia.*] Ipſe quippe dicere ſolitus erat, ubi leonina pellis non proficeret, vulpinam eſſe aſſuendam: idem jubebat, pueros quidem taxillis, homines verò jurejurando fallere. *Plutarch.* Idem ei Syllam comparat, in cujus animo eſſe leonem & vulpem dicebat Carbo. *Orelius.*

2 *Fatigemus.*] Scripti, *defatigemus.*

3 *Proinde ac ſi iidem firmiſſimi ſolerent eſſe amici, qui conſtantes fuiſſent inimici.*] Contra P. Syrus, *Quidam inimici graves, amici fiunt leves.* Gebh. Secutus ſum editionem Florentinam & Aldinam. Cæteræ omnes habent contrarie: *Proinde ac ſi iidem firmiſſimi ſolerent eſſe inimici, qui conſtantes fuiſſent amici.* Ex Thucydide libro 8. licet intelligere, Thaſios, antequam ipſis fidem in Athenienſes præmiſiſſent, eorum fuiſſe inimicos, & Lacedæmoniorum ſocios atque amicos. Nunc igitur quia Athenienſibus eos videt inimicos eſſe factos Lyſander, & in hac amicitia permanſuros judicat, eos pervertere cupit. Congruit cum Thucydide, & confirmat hanc lectionem id, quod eſt apud Demoſthenem, Orat. περὶ Ἀσσιτήλου. *Lambin.* Ad hæc Ultraject. editio negationem priori lectioni addendam videri ad oram annotavit. Supra in Themiſt. *Non minus me bonum amicum habebis, quam fortem inimicum ille experiris eſt.* Schott.

4 *Conſulerentque rebus ſuis.*] Quia hic deeſt exemplum quod narrare inſtituerat Nepos, non committendum duxi, quin lectoris cognitioni juvandæ rei geſtæ ex Polyæno (7. ſtrateg.) huc referrem. Cum Thaſum, propter eos, qui Atheniēſium rebus ſtuduerant, pervertere Lyſander deſtinaſſet, ſicut Neporis habet narratio, atque ne evaderent, quos perditos cupiebat, metueret, fraudem clementiæ ac religionis obtentu velandam cenſuit. Erat apud Thaſios templum Herculis, quod ſumma ipſi cæremonia colebant. Huc vocatis civibus, laudibus humanitatis plenillima oratione impoſuit. Veniam ſe omnibus dare, ajebat, ante actorum. Conſternatione & tempore facile excuſari, quæ in iſto rerum tranſitu accidiſſent. Igitur fruſtra moliri quenquam aut latere. Accederent modo, bonamque de eo ſpem omnes

Itaque decemviralem ſuam poteſtatem, ſui ab illo conſtitutam ſuſtulerunt. [1] Quo dolore incenſus, iniit conſilia reges Lacedæmoniorum tollere. ſed ſentiebat id ſe [2] ſine ope deorum facere non poſſe, [3] quod Lacedæmonii omnia ad oracula referre conſueverant. [4] Primum itaque Delphos corrumpere eſt conatus. Quum id non potuiſſet, [5] Dodonam adortus eſt. Hinc quoque repulſus, dixit ſe vota ſuſcepiſſe, [6] quæ Jovi Hammoni ſolveret, *exiſtimans ſe 3

nes caperent, qui parcere omnibus conſtituiſſet. Hæc ſe teſte Deo ipſorum patrio polliceri, ad cujus templum & numen eſſent juſſi convenire. Talia tam accurata ſimulatione aſſeveranti creditum eſt. Prodiere ex latebris, qui Athenienſis reip. ſtudio graviora extimuerant. Quos ille poſt paucos dies, nihil amplius ſuſpicantes, ſalutiſque penitus ſecuros adortus omnes interfecit. *Boecler.* De qua lege Diodor. Siculum libro 12. Plut. in Lyſandro, & omnium crudeliſſimum ſtrategema apud Polyæn. 1. Strat.

1 *Quo dolore incenſus, iniit conſilia.*] Aliam cauſam fuiſſe vult Diodorus, nempe elationem animi, & ferociam, quod bellum Peloponneſiacum confeciſſet, & Lacedæmoniis principatum Græciæ terra & mari peperiſſet. *Lambinus.*

2 *Sine ope Deorum.*] Xenophontis præceptum, πιεζᾶδε σωὶ θεοῖς ἄρχεδε παντὸς ἔργε. *Kenchen.* Plutarchus ait, hoc eſſe machinam, ſeu Deum ex machina adhibere, ut fit in tragœdiis. Solent autem ad hæc commenta confugere magni viri, cum vis aut ratio humana non ſatis valet ad id, quod concupiſcunt, efficiendum. Diodorus: ἐνόμιζε γὰρ, εἰ χαμαὶ λάβοι σύμμαχον τὴν ἰδίαις ἐπιβολαῖς, ῥαδίως ἕξειν ἐπὶ τέλει τὸν θεραίρειν. Sic Piſiſtratus Tyrannus cum ejectus è civitate eſſet, commentus eſt illud omnibus notum de Pallade armata, à qua in currum impoſita, edicendum curavit à præconibus, Piſiſtratum in civitatem atque adeo in arcem reſtitui, cum eſſet mulier nomine Phya ingenti corporis ſtatura, ita ornata ut ſpeciem Palladis præbere videretur. *Lambin.*

3 *Quod Lacedæmonii omnia ad oracula referre conſueverant.*] Θεωρῶν τὰς Λακεδαιμονίας μάλιστα τοῖς μαντείοις προσέχοντας. *Diodor.* Proprium autem hoc eſt verbum *referre.* Cicero 1. de Divinat. *Sed & rebus obſcuris & incertis, ad Apollinem cenſeo referendum.* Græci uſurpant προσανατίθεσθαι & προσαναφέρειν. *Gelhard.*

4 *Primum itaque Delphos.*] *Delphi,* noſter & Giſanii Codex. *Schott.* Habet hoc Plutarchus in vita Lyſandri. *Longol.* Diod. Ἐπεχείρησε πρῶτον μὲν τοῖς Δελφοῖς προσφέρειν λαβεῖν χρήματα.

5 *Dodonam adortus eſt.*] Urbem Chaoniæ in Epiro, Jovi ſacram, unde πολύγλωσσος apud Poëtas. Auctor Epigrammatis ad cuſtodem Horrorum:

Dodona eſt tibi Jupiter ſacrata.

Nomen à Dodona, quæ una Nympharum Oceani. *Poëtæ.* Vel Jovis & Europæ filia. *Euſtathius.* A Dodone fluvio. *Stephanus.* Alii alia. Ab hac urbe quernum illud nemus Jovi ſacrum *Dodonæum* eſt dictum, ubi templum & oraculum vetuſtiſſimum. Hujus ſacerdotes σελλοί, χαμαιεῦναι, χαμαιπετεῖς & χαμαδύναι appellabantur. Vide Sophoclem in Trachin. & Herodotum, qui multa fabuloſa de hoc oraculo commenti ſunt. *Kenchen.*

6 *Quæ Jovi Hammoni ſolveret.*] Editio Longoliana leniter *Ammoni* legit, quod frequens aliis, qui nomen ab Ἄμμος deducunt. Ut ſic autem potius ſcribendum credam, quam *Aammoni*, facit

ſe Afros facilius corrupturum. Hac ſpe quum profectus eſſet [1] in Africam, [2] multum eum antiſtites Jovis fefellerunt. [3] nam non ſolum corrumpi non potuerunt, ſed etiam legatos Lacedæmona miſerunt qui Lyſandrum accuſarent, quod ſacerdotes fani corrumpere conatus eſſet. Accuſatus hoc crimine, [4] judicumque abſolutus ſententiis, Orchomeniis miſſus ſubſidio, [5] occiſus eſt à Thebanis apud Haliartum. Quam vere de eo foret judicatum, oratio indicio

inter alia & Feſti Epitoma, quæ ſerie literarum concerpta, aſpirationem ineſſe voci aperte teſtatum facit. *Hammon* Jupiter non *Ammon*. Quod pluribus rationibus demonſtrat ad Curtium ſuum doctiſſimus Freinshemius. Accedit & illud, quod Ægyptium nomen eſſe, & in Hebraica lingua iſti affini Sol non ſolum dicatur שמש, ſed etiam *Hamma*. Atqui Jupiter idem cum Sole, teſte Arnobio lib. 3. & Platone in Phædro, ubi eſt μίγας ἡγεμὼν ἐν Οὐρανῷ, quomodo etiam Macrobius interpretatur. Nec minor varietas eſt circa etymologiam quam ſcripturam. Alii enim ab ejuſdem nominis paſtore deduxere, inter quos Pauſanias in Meſſeniacis. Adi Euſtathium ad Dionyſium, verſ. 212. Sunt qui à Chamo vocem inflectunt; inter quos Bochartus, & alii. Herodotus ab Ἄμμων, quem Græci Δία. Sed præſtat ἁπλῶς, quam temere aliquid affirmare. Vetus auctor, qui vitam Alexandri fabuloſe compoſuit, hunc Jovem πολιοῦχον θεὸν & κερατοφόρον vocat, qui multis κεφαλοφόροις. Unde Alexandrum Arabes القرنين ذو Bicornem nominarunt, ut Jovis Hammonis filius agnoſceretur. Quod vel in nummis videre eſt, quorum copiam ad Plinianas Exercitationes produxit Magnus Salmaſius. *Keuchen.*

* *Exiſtimans, ſe Afros facilius corrupturum.*]Nimirum, quia gens illa ſubdola, vel ad technas fraudeſque vel etiam natura proclivis eſſet. Julius autem Firmicus ratione aſtrorum ſubdolos eſſe Afros cenſuit. Cum Afri paſſim ob fraudem male audirent, putat Nonius, *vafrum* ab *Afris*, quaſi *vade Afrum* dici. Livius quoque fraudis notam genti huic inurit, inquiens de Hannibale, *fraus plus quam Punica.* Magius.

1 *In Africam.*] Nomen ab *Afro* deſtendit, ex Hercule genito, uno ex poſteris Abrahæ. Græci ex α privativa, & φρίκης. Iſidorus *Africam* dictam vult quaſi *apricam*, quod ſit aperta cœlo & Soli. Leo Africanus Arabica lingua *Iffric* vocari ſcribit, à verbo فرك ſeu *faraca*, id eſt, divido: Eo quod Europa mari mediterraneo, ab Aſia flumine Nilo ſit ſeparata. Vel ab *Ifrico* Arabiæ Fœlicis rege, qui hanc regionem omnium primus incoluerit. Lege paſſim *Geographos.*

2 *Multum eum antiſtites.*] Alii Codices, *multi.*

3 *Nam non ſolum corrumpi.*] Sic Diodorus: Οὐ μόνον ἀπέτυχε τῆς ἐπιβολῆς, ἀλλὰ καὶ συνεξέπεμψαν οἱ τῆς μαντείας προεστῶτες πρέσβεις τοὺς καταμηνύσοντας τὴν Λυσάνδρου κακίαν τὴν περὶ τὰς χρησμῳδίας ἀλαζονείαν. *Lambin.*

4 *Judicumque abſolutus ſententiis.*] Κρίσεως αὐτῷ προβληθείσης ἀπολογήσασθαι τὰ πεπραγμένα ὑπὲρ αὐτοῦ. *Idem.*

5 *Occiſus eſt à Thebanis apud Haliartum.*] Plutarchus à Thebanis & Haliartiis, qui ſtructa acie, fecerant irruptionem, Lyſandrum muris propinquantem occiſum dicit. De Lyſandri morte Xenophon quoque l. III. ἐλλ. ὀλίγῳ πρὸ finem. *Mag. Lamb. Longol.*

1 *Quæ*

dicio fuit,[1] quæ poſt mortem in domo ejus reperta eſt, in qua ſuadet Lacedæmoniis ut regia poteſtate diſſoluta,[2] ex omnibus dux deligatur ad bellum gerendum: ſed ita ſcripta, ut deorum videretur congruere ſententiæ,[3] quam ille ſe habiturum, pecunia fidens, non dubitabat. Hanc ei ſcripſiſſe[4] Cleon Halicarnaſſeus dicitur. Atque hoc loco 4
non eſt prætereundum factum Pharnabazi ſatrapis regii. Nam quum Lyſander præfectus claſſis, in bello multa crudeliter avareque feciſſet, deque his rebus ſuſpicaretur ad cives ſuos eſſe[5] perlatum: petiit à Pharnabazo, ut ad ephoros ſibi teſtimonium daret,[6] quanta ſanctitate bellum geſſiſſet, ſocioſque tractaſſet, deque ea re accurate ſcriberet. magnam enim ejus autoritatem in ea re futuram.[7] Huic ille

1 *Quæ poſt mortem in domo ejus reperta eſt.*] Sic Diodorus. Plutarchus: Εὑρέθη βιβλίον, ἐν ᾧ γεγραμμένον ἦν ὁ περὶ πολιτείας λόγος. Ex quibus Plutarchi verbis videtur legendum apud Diodorum πολίτικῶς, pro πολυτελῶς. *Lambin.*

2 *Ex omnibus dux deligatur.*] *Eligatur:* Schedæ noſtræ. Sequitur in Cod. noſtro, *ſed ſcripta, ut dicit, non videntur congruere ſententiæ.* Schott. Πείθων ἐξ ἁπάντων τῶν πολιτῶν αἱρετὸς γίνεσθαι βασιλεύς. *Diod. Plut.*

3 *Quam ille ſe habiturum, pecunia fidens, non dubitabat.*] Quam oraculi ſententiam pro ſe obtenturum non diffidebat. Ad verbum fere Diodorus. Διὰ δὴ τοῦτο (ξένης παλαιᾶς λίθου) καὶ τῶν κομιζομένων χρημάτων ἐλπίσας πείσειν. Valer. Max. l. 7. c. 1. *Ita Gyges, dum adſtipulatorem vanæ opinionis Deum habere concupiſceret, ubinam ſolida & ſecura eſſet felicitas, didicit.* Bene Petron.

—— *Quid vis nummis præſentibus opta*
Eveniet. ——

4 *Cleon Halicarnaſſeus.*] *Alicarnaſ.* Cod. P. Dan. Edit. Venet. *Alicarnæus.* Savaro. Vulgata ex Græco profluxit. Sic Plutarchus: καὶ λόγον ἐξεμελέτα πρὸς ὑπόθεσιν γεγραμμένον ὑπὸ Κλέωνος Ἁλικαρνασέως. *Lambin.* Uſurpatus ille mos in Græcia, ut Oratores & Sophiſtæ aliis orationes ſcriptitarent. Unde λογόγραφοι, quæ vox cum re poſtea in contemptum adducta. Vide Creſoll. theatr. Rhet. III. 2. *Boecl.*

5 *Perlatum: petiit à Pharnabazo.*] Editio Longoliana: *perlatum à Pharnabazo.* Plutarchus aperte: καὶ συμβληθὼν ἐδέετο γράψαι περὶ αὐτῷ πρὸς τὰς ἄρχὰς ἐπιστολὴν, ὡς ἀδὲν ἠδικημένον, ἀλλ' ἀγαθὲ ὄντα. De quo in Alcibiade. Commemorat eum Thucyd. VIII. & ſæpe Xenoph. III. & IV. Iſocrates Paneg. Plutarchus in Lyſand. Erat hic Cretenſis, Pharnabazi filius, olim Darii, & poſtea Artaxerxis Satrapes, qui Alcibiadem interfecit; ut ſcribit Diodor. lib. XIV. *Lambin.*

6 *Quanta ſanctitate bellum geſſiſſet.*] Juſtitia, moderatione atque integritate. Valer. 4. 14. *Cypriacam pecuniam maxima cum diligentia & ſanctitate in urbem deportaverat.* Hinc *ſanctæ manus* non pollutæ captandis & acceptandis muneribus provincialium apud Val. l. II. c. II. *Tum continentia inerat imperatoribus noſtris, quam ſanctas manus habere deberent apud iſta altaria diſcentibus.* Gebh.

7 *Huic ille liberaliter pollicetur.*] Se omnia facturum. *Plutarch.* ὑποφύμενος ἅπαντα ποιήσειν. Ut ſolent falſi falſimoniis. Curt. lib. VII. cap. II. Polydamas

ille liberaliter pollicetur: [1]librum gravem multis verbis conscripsit, [2]in quo summis eum fert laudibus. Quem cum legisset, probassetque, [3]dum obsignatur, [4]alterum pari magnitudine, ut discerni non posset, signatum subjecit, in quo accuratissime ejus avaritiam perfidiamque accusarat. Hinc Lysander domum quum rediisset, postquam de suis rebus gestis apud maximum magistratum, quæ voluerat, dixerat: testimonii loco librum à Pharnabazo datum tradidit. Hunc, summoto Lysandro, quum ephori [5]cognossent, ipsi legendum dederunt. Ita ille imprudens ipse [6]suus fuit accusator.

tanto liberatus metu, impensius etiam quam exigebatur, promittit operam. Loquitur autem ad eum modum crebro Cæsar libro IV. de Bello Gallico cap. 18. *Legatis pacem atque amicitiam petentibus liberaliter respondit*, cap. 21. *Legatis auditis liberaliter pollicitus hortatusque ut in ea sententia permanerent, eos domum remisit.* Ubi Græcus interpres reddit φιλοφρονεῖται. *Gebhard.*

1 *Librum gravem.*] *Grandem*, Gisanii Codex & Ultrajectinus. Ἐπιστολὴν vocat, bene longam haud dubie, voluminis instar, Plutarchus. *Schottus.* Quod & probat *Gebhard.*

2 *In quo.*] Gisanii codex & Ultraj. editio *in quibus.* Schottus.

3 *Dum obsignatur.*] Alii Codices habent, *dum signatur.* Nonnulli *designatur*, mendose. Plutarchus: ὡς δὲ τὴν σφραγῖδας ἐπιβάλλειν. *Lambin.* Martialis: *Jam signat meus annulus lagenam.* Sed altero potius uti scriptores Augusto antiquiores, docet Salmasius specim. confutat. animadv. Heraldi cap. 30.

4 *Alterum pari magnitudine, ut discerni non posset.*] Longolius addit: *tantæ similitudine.* Quod subditum suspicor. *Lambin.* Exprimit Plutarchus: ἑτέραν δέλτον μιᾷ ἀφέσει τῇ ὀψει. Vide Polyænum VII. Strategematum.

5 *Cognossent.*] Editio Parisiensis, *cognoscerent.* Cognoscere, *legere*, ἀναγινώσκειν. Supr. Pausania; *vincula epistolæ laxavit, signoque detracto cognovit.* Cononę; *itaque quæ voluerat huic scripta tradit. Quibus cognitis rex tantum auctoritate motus est.* Datame; *Talibus ille literis cognitis, cum jam ad exercitum Acaum venisset.* Gebhard.

6 *Suus fuit accusator.*] Polyænus: αὐτὸς καθ' αὑτοῦ γράμματα ἐπέμιον. *Gebh.*

LYSANDRI res habemus apud Plutarch. in vita & alibi. Thucydides 5. Xenoph. Græc. Histor. 2. & 3. Diod. 12. 13. Polyænum. 1. & 7. Pausaniam passim. Justin. 5. Frontin. 1. 5. 2. 1. 4. 1. Cic. passim. *Lambin.*

ALCI-

ALCIBIADES.

VII.

[1] ALCIBIADES [2] Cliniæ filius Athenienſis. In hoc [1] natura quid efficere poſſit, videtur experta. Conſtat enim inter omnes, qui de eo memoriæ prodiderunt, nihil illo fuiſſe excellentius [3] vel in vitiis vel in virtutibus. [4] Natus in ampliſſima civitate, [5] ſummo genere, omnium ætatis

1 *Alcibiades.*] De hoc Plato in Sympoſ. Thucyd. lib. 6. Diodor. 13. Plutarch. Athenæus & Cicero. Valer. l. 1. 8. l. 3. 2. l. 6. 9. l. 8. 6. Frontin. 2. 5. & c. 7. l. 3. 2. 6, 9, 11. & c. 12. Inſt. l. 4. & 5. *Savaro.* Adde Xenoph. Hiſt. Gr. 1. Polyæn. 1. Ælian. Var. Hiſt. 11. 7. Iſocrat. Oratione de bigis. Suidas. *Boecler.* Imaginem ejus è gemma exhibent imagines Urſini numero 4. hac forma.

Eſt & in nummo qui penes me eſt caput Alcibiadis imberbe cum inſcript. ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ: in poſtica parte Cupido avem manibus dimittens, pone fax, pharetra & arcus.

2 *Cliniæ filius.*] Genus Alcibiadis copioſe exponit Iſocrates in Oratione περὶ ζεύγους, quæ habetur ab Alcibiadis filio; & Plutarchus in Alcibiade. *Lamb.*

3 *Vel in vitiis, vel in virtutibus.*] In extremo vitæ eadem hic Nepos & Plutarchus. Vide & in Chiliaſte proverbium *Sileni Alcibiadis.* Et ipſe Dioſcuris ſe ſimilem jactabat, qui alternis immortales fierent: quod utramque fortunam experiretur, nunc proſperam nunc adverſam: nunc civium ſuorum gratiam haberet, poſt odio laboraret. Auctor Ælianus lib. XIII. cap. 38. *Schott.*

4 *Natus in ampliſſima civitate.*] Sic Mss. & Vulgati, præter Ald. & Lamb. qui *nam* legunt. Infra in fine Alcibiadis: *Cum Athenis ſplendidiſſima civitate natus eſſet.* Similiter in Attico. *Savaro.*

5 *Summo genere.*] Ἐν δὲ εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ πρώτῳ. Ἀθηναίων. *Diod.* XIII.

ætatis ſuæ multo [1] formoſiſſimus: ad omnes res aptus, [2] conſiliique plenus. Namque [3] imperator fuit ſummus mari & terra: [4] diſertus, ut in primis dicendo valeret: [5] & tanta erat commendatio oris atque orationis, ut nemo ei dicendo poſſet reſiſtere. [6] Dives; quum tempus poſceret, [7] laborioſus, patiens, liberalis, ſplendidus [8] non minus in vita quam victu: [9] affabilis, blandus, [10] temporibus callidiſſi-

1 *Formoſiſſimus.*] Ἦν δὲ τὸ εἶδος κατὰ τὴν ἡλικίαν διαφερόντως. *Idem.* Unde vultus Alcibiadis paradigma proverbiale eſt formæ ſpecioſiſſimæ. Ariſtænetus: Τοιοῦτος εἶδε πλάσθη τὰς ἑρμᾶς μᾶλλον ἢ τὸν Ἀλκιβιάδην μορφῶν. Alcibiadis ſpecioſitas etiam Petronio celebrata. *Barthius.* Idem quoque teſtatur Plutarchus in ejus vita, Athenæ. 12. & 13. Pulcherrimum fuiſſe Alcibiadem retulit & comam per plurimam ætatis partem nutriviſſe, calceoſque varios geſtaſſe ac cum exercitus etiam dux eſſet, pulchritudinem præ ſe ferre ſtuduiſſe, non enim puer tantum & adoleſcens pulcher fuit Alcibiades (ut ait Plutarchus) in omni ætatis gradu maximum ſemper decorem prætulit. *Magius. Formoſiſſimus.*] Proverbio Græci dicebant Ἀλκιβιάδου μορφή, de forma ſpecioſiſſima. Meminerunt plurimi veterum. Et hinc eſt Ἀλκιβιάδιον, ἐνοχλὶς herba, qua ad formæ venuſtatem uti ſolebat Alcibiades, ut à medicorum filiis creditum. *Keuchen.*

2 *Conſiliique plenus.*] Supra in Pauſan. *imprimis omnium Perſarum & manu fortis, & conſilii plenus.* Savaro.

3 *Imperator fuit ſummus.*] Καλὰ τὸ στρατηγίας ἄξιος. *Diodor.*

4 *Diſertus.*] Ἦν δὲ λόγῳ δυνατώτατος, & ſtatim δεινότατος ἦν εἰπεῖν. *Idem.*

5 *Et tanta erat commendatio oris.*] Codex Danielis, *Quod tanta*, &c. Venuſtatem, muliebrem ducimus, dignitatem ſive commendationem oris, virilem. Id Euripidi apud Stobæum eſt εἶδος ἄξιον τυραννίδος, forma Principe digna, quam *decorem oris* vocat in Tito Tacit. III. Hiſt. 1. *Keuchen.*

6 *Dives; quum tempus poſceret.*] Emendatio Lambiniana: *Idem cum tempus poſceret.* Alii libri, *Deinde cum tempus.* Iterum alii, *Dives cum tempus poſceret*, Diſtinguendum: *Dives; cum tempus poſceret.* Quaſi cæteroqui inter ſe pugnarent divitiæ ac labor, dicit utraque in Alcibiade conveniſſe. Nam revera opes deſidiam, luxum ac laboris fugam pariunt. Cato apud Salluſt. Catilin. *Opulentia negligentiam tolerabat.* Tacit. 6. Ann. 27. *Gebhard.* Non abſimile illud Diodori, ἐν δὲ δυνάμει καὶ πλούτῳ πρῶτος Ἀθηναίων. *Schott.* Hanc morum & ingenii inæqualitatem ex Satyro refert Athenæus lib. XII.

7 *Laborioſus.*] In Timotheo: *Fuit enim diſertus, impiger, laborioſus, rei militaris peritus.* Savaro.

8 *Non minus in vita quam victu.*] Præclare hæc mihi ut ſpuria & aliunde inculcata ab Ultrajectino Editore omiſſa videntur. Diodorus: τὸ ψυχὴ λαμπρὸς καὶ μεγαλοπρόσωπος. *Gebh. Schott.*

9 *Affabilis.*] Quæ virtus maxima in Principe, ut ait Plinius in Panegyrico. Hinc inter epitheta boni Principis à Polluce Imperatori Commodo præſcripta, δυσωπητικὸς, δεινοδυκὸς, μεγαλόψυχος, πρωτοστατικὸς. *Keuchen.*

10 *Temporibus callidiſſime inſerviens.*] Unde illum Chamæleonti comparat Plutarchus, quem in hoc etiam vincebat, quod Chamæleon ſe colore candido ſimulare non poteſt. *Inſerviens.*] Ita vulgati, male. Legendum *Serviens.* Infra Hamilcare; *Paci ſerviendum putavit.* Lucanus ad Piſon.

Temporibus ſervire decet, qui tempora certis
Ponderibus penſavit.

Cicer.

diſſime inſerviens. [1] Idem ſimul ac ſe remiſerat, nec cauſa ſuberat, quare animi laborem perferret, luxurioſus, diſſolutus, libidinoſus, intemperans reperiebatur: ut omnes admirarentur, in uno homine [2] tantam ineſſe diſſimilitudinem, tamque diverſam naturam. [3] Educatus eſt in domo Periclis, [4] (privignus enim ejus fuiſſe dicitur) [5] eruditus à Socrate. [6] Socerum habuit Hipponicum, [7] omnium Græcæ

Cicer. Attico:

Servire tempori cum neceſſe ſit. Gebh. Sed *inſerviendi* voce hac ipſa vita noſter ea ratione uſus eſt.

1 *Idem ſimul ac ſe remiſerat.*] A negotiis in ocium, à labore in voluptates ſe transdederat. Hinc *remiſſiones* Tacito in Vitâ Agricolæ cap. 9. *Tempora curarum remiſſionumque diviſa*; quæ lib. 11. Ann. cap. 33. *delinimenta curarum ac periculorum* vocat. Senec. Hercul. Fur. ℣. 476. *Poſt multa virtus opera laxari ſolet.* Similis Alcibiadi Mecœnas de quo Paterculus lib. 11. cap. 88. *Simul vero aliquid ex negotio remitti poſſet, otio ac mollitie ultra feminam fluens.* Ubi enim remiſſio eſt intempeſtiva ac nimia, vitio ac vituperio non caret. Nepos de Iphicrate; *Sed in labore remiſſus nimis parumque patiens.* P. Syrus:

Arcum intenſio frangit, animum remiſſio.

Cæſar lib. 11. Comment. de Bell. Gall. cap. 15. *Quod his rebus reiangueſcere animos, eorumque remitti virtutem exiſtimarent.* Gebhard.

2 *Tantam ineſſe diſſimilitudinem.*] Membranæ, *tantam eſſe*. Utrumque verbum expungit Magius, neque neceſſarium. *Schott.* De eo Valerius: *Cujus neſcio*, inquit, *utrum bona, an vitia patriæ pernitioſiora fuerunt: illis enim cives ſuos decepit, his afflixit.* Gebhard.

3 *Educatus eſt in domo Periclis.*] Ms. *Pericli*, ut ſupra *Neocli* pro *Neoclis*, & *Procli* pro *Proclis* in Ageſilao. Idem.

4 *Privignus enim ejus.*] Suus. *Longol.* Immo ſororis Periclis filius, ſive ἀδελφιδοῦς, ut tradit Diodorus Siculus l. x11. Ἀλκιβιάδης ὁ ἀδελφιδοῦς, ὀρφανὸς ὢν, τριφόμενος παρ' αὐτῷ, πῶς ἂν καθ' ἡλικίαν. Sic Suidas, & Gellius, lib. xv. cap. 17. *Cum apud avunculum Periclem puer artibus ac diſciplinis liberalibus eruditur.* Lambin. Plutarchus in Alcibiadis vita, ei Periclem curatorem fuiſſe dicit. Sic & Iſocrates in Jugo. Quæ ſane probabilis cauſa fuiſſe videtur, ut apud eum Alcibiades educaretur. Quo fit, ut Probi contextum mendo non vacare ſuſpicer. Pericles autem ſi non Alcibiadis, ejus tamen uxoris vitricus fuiſſe videtur: quandoquidem Hipponici filiam (ut Probus & Plutarchus teſtantur) quam Hyparetam nominat Plutarchus, Alcibiades uxorem habuit. Hujus vero Hipponici conjugem in uxorem poſtea duxit Pericles, ut idem in Pericle teſtatur. Scimus tamen, ex hac Hyparetam Pericli editam, à Plutarcho non dici, Calliam vero maxime, quem idem Plutarchus à nonnullis, Alcibiadis ſocerum dictum fuiſſe retulit. *Magius.*

5 *Eruditus à Socrate.*] Licet hoc ex Platone & Xenophonte cognoſcere, quanquam Socrates in Apologia à Platone ſcripta, negat ſe cujuſquam magiſtrum fuiſſe. Sed hoc facile ſolvi poteſt. *Lamb.*

6 *Socerum habuit Hipponicum.*] Iſocrates περὶ τοῦ ζεύγους, in qua Orat. loquitur Alcibiadis filius: μισῶ γὰρ τοὺς τὰ τοιαῦτα τοῖς μικροῖς τῶν ἡμετέρων ἐγκωμιάζοντας, ἡγοῦμαι γὰρ καὶ τοῦτον ἐξεῖναι αὐτὸν λαβεῖν. ὁ γὰρ πατὴρ αὐτῆς Ἱππόνικος, πλούτῳ μὲν ὢν πρῶτος τῶν Ἑλλήνων, γένει δ' ἀδόκιμος ὑπάρχων τῶν πολιτῶν. *Idem.*

7 *Omnium Græcæ linguæ eloquentia ditiſſimum.*] Lambinus: *Omnium Græcorum ditiſſimum.* Cui tamen nullum è doctoribus auſcultaſſe adhuc video. Vulgati

Græcæ linguæ eloquentia ditiſſimum, ut ſi ipſe fingere vellet, [1] neque plura bona reminiſci, neque majora poſſet conſequi, quam vel fortuna vel natura tribuerat. Ineunte adoleſcentia, amatus eſt à multis [2] more Græcorum, in eis à Socrate, de quo mentionem facit [3] Plato in Sympoſio. namque eum induxit commemorantem [4] ſe pernoctaſſe cum

gati libri præferebant, *Græcæ linguæ eloquentia diſertiſſimum.* Verum Excerpta P. Danielis, & membranæ Schotti, *Omnium Græcæ linguæ eloquentia diſertiſſimum.* Quæ lectio cum ſit ſtabilita veteribus libris, cur conjecturis nihili lectoribus imponatur? Intelligit vero Hipponicum eloquentia iſtas luculentas opes acquiſiviſſe. *Gebhard.* Confirmat lectionem receptam Giſanus ad Lucretium dicto *Refutatus. Omnium Græcæ linguæ.*] Plutarchus Hipponicum non diſertiſſimum: ſed magna Athenis ob divitias & nobilitatem generis auctoritate potentiaque præditum fuiſſe. *Magius.*

1 *Neque plura bona reminiſci.*] Neque plura bona excogitare. Senſus eſt: Si Alcibiades ſibi ipſe fortunam fabricare atque componere vellet, non poſſet memoria ac mentis diſcurſu plura bona excogitare. Bona veluti uno faſce comprehendit Valerius Max. lib. VI. cap. 9. ext. 4. Nobilitatem eximiam, abundantes divitias, formam præſtantiſſimam, favorem civium propenſum, ſumma imperia, præcipuas potentiæ vires, flagrantiſſimum ingenium. *Gebhard.*

2 *More Græcorum.*] *Amore*, Giſanii Codex, qui *amor amicitiæ* M. Tullio in IV. Tuſcul. dictus, ut explicat Anton. Muret. Var. Lect. l. XV. c. 4. *Schott.* Ambiguum ſane hoc eſt. Viri enim in rep. clari aut ſapientia doctrinaque nobiles, adoleſcentulos bono ingenio præditos amabant, quo à turpibus ſtudiis vitæ, cum perpetuo illis adeſſent, abducerentur. Erant etiam Græci παιδερασταί. Quare & Socrates & Alcibiades non bene ob id audiverunt. Notum eſt, quid de hoc amore ſenſerit Bion Boryſthenites in Laërtio. *Long.* De quo vide Xenophont. λακωδ. πολ. Plutarchum, Theodoretum, Lucianum, Petronium & alios. *More Græcorum.*] Scripcum fuerat in Danielis & Giſanii membranis *amorie.* Ut ſit, *amatus eſt à multis amore Græcorum*; κατ' Ἀττικὸν χῦμα, ut loquitur Suidas. Sunt enim Græcorum paliologiæ, ὕβρεν ὑβρίζειν, μαίαν μαίνεσθαι, χαρὰν χαίρειν aliæque id genus, non tranſmarinæ ſolum, ſed & Romana civitate à veteribus donatæ. Sic *mori morte, cadere caſu*, & alia apud auctores. *Keuchen.* Reſpicit ad illud quod dixerat in præfatione, *Laudi in Græcia ducitur adoleſcentulis.*

3 *Plato in Sympoſio.*] Cujus verba longiora ſunt, quam ut heic adjungam. Laërtius in Vita Socratis accuſatum fuiſſe dicit, quod contra jus & fas homines corrumperet. Niſi forte hoc alio ſpectat: nam & citra impudicitiæ notam aliis etiam modis corrumpi poſſunt adoleſcentes, quod Ariſtoph. in Nebulis arguit; juvenum corruptiones à Socrate patratas, non ad impudicitiam, ſed improbitatem & reliqua facinora referens. *Magius.*

4 *Se pernoctaſſe cum Socrate.*] Reſpicere videtur ad παιδερασίαν, quam Plato vocat lib. I. de Leg. τὸ παρὰ φύσιν πάλλημα, & Clemens lib. VI. Conſt. Apoſt. cap. 27. παρὰ φύσιν βδελυκτὴν μίξιν, alibi, παρὰ φύσιν κακὸν, *adulterium contra naturam.* Lactantius lib. I. de Falſ. relig. 3. De qua inſigniter Tatianus contra Græcos: παιδερασία μὲν ὑπὸ βαρβάρων διώκεται, σωφροσύνης παίδων ἀγάλλας, ὥσπερ ἵππων φορβάδων, σωφρονίσειν αὐτῶν πειρωμένων. Juvenal.

Nunne putas melius, quod tecum puſio dormit, &c.

Keuchen.

1 *Ac*

cum Socrate, neque aliter ab eo ſurrexiſſe, [1] ac filius à parente debuerit. Poſteaquam robuſtior eſt factus, non minus multos amavit. In quorum amore, quoad licitum eſt, odioſa multa delicate jocoſeque fecit; quæ referremus, niſi majora potioraque haberemus. [2] Bello Peloponneſiaco, 3
hujus conſilio atque auctoritate Athenienſes bellum [3] Syracuſanis indixerunt: ad quod gerendum ipſe dux delectus eſt. [4] Duo præterea collegæ dati, [5] Nicias & Lamachus. Id quum appararetur, priuſquam claſſis exiret, accidit, ut una nocte [6] omnes Hermæ qui in oppido erant [7] Athenis, deji-

1 *Ac filius à parente.*] Præter Platonem & Plutarchum Petronius. *Non tam intactus Alcibiades in præceptoris ſui cubiculo jacuit.* Savaro.

2 *Bello Peloponneſiaco.*] *Peloponneſio*, Cod. P. Dan. Hujus initium vidit Pythodori magiſtratus. Thucydides, ubi de eo agit, lib. II. Καὶ Πυθόδωρος ἦν τότε μέσης ἀρχοντος Ἀθηναίοις. Conſentit Dionyſius Halicarnaſſ. in Iſocrate, ubi dicit, *natum eum oratorem anno V. ante bellum iſtud Peloponneſiacum.* Euſebius quoque in hoc ipſo anno: Ὁ Πελοποννησιακὸς συνίστη πόλεμος. Alii ſequente anno, & archonte Euthydemo incepiſſe tradunt. In his Anonymus & Diodor. lib. XII. Et hic Romæ Conditæ fuit CCCCXIII. de quo Aul. Gell. l. XVII. 21. *Meurſius.*

3 *Syracuſanis.*] Deſcribitur hoc bellum à Thucydide lib. VI. & Juſtino, V. *Longol. Mag.* Contigit anno XIX. Peloponneſiaci, qui tertius Siculi.

4 *Duo præterea collegæ dati.*] Collegas vocabant legitimæ cujuſdam militiæ ſocios. Epaminondæ: *Habebat ipſe collegas duos, quorum alter erat Pelopidas.* Et hinc *collegium* τὸ τῶν συστρατήγων, ut explicat vetus Gloſſarium. *Kenth.* Præfectus claſſis interdum ſolus imperium tenebat, ſed frequenter cum collegis pari poteſtate præditis, ut hic Alcibiades cum Nicia & Lamacho; qui de re ſcheſterus in de Milit. Navali lib. 4. c. 9. Cauſa erat ne imperii ſummam uni, ſi dominationem affectaret, infeliciter committerent; ſed ejus cupiditates collegis additis cohiberent. Plutarch. in Alcib. de ea cautione Forſtnerus in 2. Annal. Taciti plura. *Lotten.*

5 *Nicias & Lamachus.*] Cod. P. Danielis, *Mutia & Lamachus.* Sed emendandum, *Nicias & Lamachus.* Nam aperte in Juſtino: *Creantur duces Nicias & Alcibiades & Lamachus.* Qui pari poteſtate prædidi erant cum Alcibiade. Habuit autem hic imperium aliquando ſolus, non tamen perpetuum, ſed ut voluntate populi delatum, ita ab ejuſdem etiam arbitrio ſuſpenſum. De qua re Thebanorum legem commemorat in Epaminondâ Nepos: *Lex erat Thebis quæ morte multabat, ſi quis imperium diutius retinuiſſet, quam lege præfinitum foret.* Cæterum à Romanis etiam obſervatum, ut ſummo Duci (Pollux στρατάρχου vocat, frequentius alii στρατηγὸν) in prælium ituro bini collegæ ejuſdem poteſtatis adjungerentur. *Kenthen.*

6 *Omnes Hermæ.*] Ἡ δὲ τῶν πολυ πραγμονησάντων; Hæc ἑρμᾶς τὰς κατὰ πόλιν ἁπανταχοῦ ὄντας quidam ἐν μιᾷ νυκτὶ ἀπεκόψαντο. Diod. Sic Thucydides l. VI. Plutarchus, Andocides in Orat. περὶ τῶν μυστηρίων. Erant autem Mercurii ſtatuæ lapideæ. Quæ in veſtibulis ædium vel publicis viis ſuper columnas conſtitui ornatus cauſa ſolebant. Quadratæ, & ad cubi figuram conformatæ, nimirum ſine manibus; quod omnem rem (ut ſcribit Feſtus) ſine manibus ſermo conficiat: quibus corporis partibus qui carent, κυλλοὶ

[8] dejicerentur præter unum, [9] qui ante januam Andocidis

κυλλοὶ vocantur, ex quo Mercurius Cyllenius dictus est. Vide Thucydidis Scholiastem, Suidam, & Macrobium 1. Saturn. Plutar. in Sermone, εἰς πρεσβύτερον πολίτευτέον, scribit, Mercuriis affictа fuisse membra virilia intenta ac porrecta, manus autem & pedes detractos; ut significarent veteres, se senes non desiderare, qui corporis muneribus fungantur. *Lamb.* Quod & Romæ in ædibus Cardinalis de Cæsiis vidi, & patet ex dicto Philosophi, qui in gulosum & libidinosum adolescentem tempestive lusit, quod similis esset τοῖς ἑρμαῖς; qui nihil nisi caput & penem haberet. *Scaliger.* Romani in triviis Hermas illos habebant erectos; Athenienses præ foribus suarum ædium. *Ælian.* 11. Var. 41. Idque porrecto cum veretro. Τὰ δὲ ἑρμεῖα τὰ ἀγάλματα ὀρθὰ ἔχειν τὰ αἰδοῖα ποιοῦντες. *Herodot.* Quos summa cum religione observabant. *Scholiast.* Juven. Plutarchus vocat ἑρμᾶς λιθίνας, quia materia, ex qua fiebant, vel marmor erat vel lignum aut lapis. *Keuchen.* Hos primum ab Hipparcho Athenis erectos Plato in Dialogo De lucri cupiditate docet ejusque usum describit. Locus elegans. *Langel.*

7 *Athenis.*] Glossema puto, nam Athenas *oppidum* absolute vocare solet. Sup. 1, 5. & 2, 1.

8 *Dejicerentur.*] Immo circumciderentur, aut mutilarentur. Sic enim Thucydides: Καὶ ἐν ἱεροῖς μιᾷ νυκτὶ οἱ πλεῖστοι τῶν ἑρμῶν τῶν κατὰ τὰς ὁδοὺς τὰ πρόσωπα. *Laml.* Sic alii τῶν ἑρμῶν τὰ αἰδοῖα vocant. *Dejicerentur.*] Veteres nonnulli *diceretur*, ἀρχαϊκῶς, καὶ συναίρεσιν, unde *deiceretur* in Excerptis. Nam *deicio* dicebant antiqui, pro *dejicio*; ut in aliis compositis. *Keuch.*

9 *Qui ante januam Andocidis erat, Andocidisque Hermes vocatus est.*] Sic *Lamb.* restituit, historiam, ut ait, & veritatem secutus. Allegat autem Æschinem adv. Timarch. Andocidem, & Plut. ll. cit, & Harpocrationem: qui omnes hunc lapidem prope domum Andocidis, & à tribu Ægeide positum, ac *Andocidis Hermem* dictum fuisse tradunt. Quare perperam nonnulli: *ante januam ejus erat*, ut etiam *Magio* observatum. In seqq. mire variant libri. Plerique vulgati: *Andocidesque vocatus est.* Savar. & Schotti codd. *Androclides*, quod hic recte rejecit. MS. Boecler. *qui ante jan. erat, Andocides vocitatus est.* Sed longe auctius Ed. Ultraj. & cod. P. Danielis. Nam illa: *Itaque ille, postea Mercurius Androclides vocitatus est.* Hic: *erat Androclidi; itaque ille postea Merc. Androcydes vocitatus est.* Unde sic puto scripsisse Nepotem: *qui ante januam erat Andocidi. itaque ille postea Mercurius Andocidis vocitatus est.* Nam ad hunc plane modum Plut. in Alcib. p. 201. F; ubi de Andocide ob Hermas truncatos in vincula conjecto; ὑποπτότατον ὃν ἐκ' ἄκρᾳ τῇ τῶν Ἑρμῶν περικοπῇς ἐποίησεν ὁ μέγας Ἑρμῆς, ὁ πλησίον αὐτῷ τῆς οἰκίας ἀνάθημα τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς ἱδρυμένον. ἢ γὰρ ὀλίγῳ πάντῃ τῆς ἐπιφανῶν, μόνῳ χαδὸν ἀκέραιος ἄμεινε. διὸ καὶ νῦν Ἀνδοκίδου καλεῖται, καὶ πάντες ἅτερ ὀνομάζουσι, τῆς ἐπιγραφῆς ἀνάπλεως ὑπερόγκου. Vides postea demum ita dictum, quam ceteri dejecti essent. Id quod indicant quæ in Ed. Ultraj. & mss. Dan. sunt adjecta. Ea ut in aliis codd. omitterentur, fecit repetitio nominis *Andocidis.* Sæpe enim librarii cum vox aliqua in eadem periodo vel etiam pagina bis occurreret, quæ interjacebant, festinatione vel errore omiserunt. Cujus rei illustre exemplum Josephi Liber περὶ λογισμοῦ αὐτοκράτορος, sive, ut vulgo inscribitur, *de Maccabæis*, præbet. Nam is hac una causa in editis codd. misere mutilatus est, ut è membr. vett. apparet, è quibus eum aliquando longe auctiorem purioremque dabimus. Id ergo hoc quoque factum. Certe in codice Boecler. hac ratione peccatum esse, manifestum est. Ceterum Nepos *Andocidi* scripsit, ut alibi *Neocli*, *Procli*, *Pericli*; ut item alii *Thucydidi*, *Euripidi*, *Archonidi*, *Timarchidi*, *Persi*, *Demosthoni*, *Aristoteli*, *&c.* gignendi casu dixerunt; de quo Voss. de analog. 2, 9. Quanquam autem in eo Herma *Andocidis* nomen non

dis erat, Andocidiſque Hermes vocatus eſt. Hoc quum appareret, non ſine magna multorum conſenſione eſſe factum,[1] quod non ad privatam, ſed ad publicam rem pertineret,[2] magnus multitudini timor eſt injectus, ne qua repentina vis in civitate exiſteret,[3] quæ libertatem opprimeret[4] populi. [5]Hoc maxime convenire in Alcibiadem videbatur,[6] quod & potentior & major, quam privatus, exiſtimabatur.[7] Multos enim liberalitate devinxerat,[8] plures etiam opera forenſi[9] ſuos reddiderat. Quare fiebat, ut omnium oculos, quotieſcunque in publicum prodiſſet, ad ſe

non erat inſcriptum, ut è Plut. colligitur, tamen in alio fuit, quem capite truncatum Urſini Imagines n. 13. exhibent, cum inſcr. ΑΝΔΟΚΙΔΗΣ ΛΕΩΓΟΡΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

1 *Quod non ad privatam, ſed ad publicam rem pertineret.*] Thucyd. Καὶ ἐπὶ συνωμοσίᾳ ἅμα νεωτέρων πραγμάτων, καὶ δήμῳ καταλύσεως γεγενῆσθαι.

2 *Magnus multitudini timor eſt injectus.*] Infra Dione: *Quod factum omnibus maximum timorem injecit.* Plutar. Πολλὰς καὶ τότε διαφερόντων τοιαῦτα διελθεῖν. *Lambin.*

3 *Quæ libertatem opprimeret.*] Μὴ τῶν δημοκρατίαν καταλύσῃ. *Idem.*

4 *Populi.*] Lambinus *populi* contra libros expungit. *Schott.*

5 *Hoc maxime convenire in Alcibiadem videbatur.*] Aliter Diodor. lib. XIII. ἄτοπον (privatus quidam & inquilinus) αὐτὸν (Alcibiadem) ἐξελέγχας καταψηφισάμενον δυρέθη, τὸν ἄλλων κρείττονα τῆς πρεσβείας ἀδικεῖς δύρειν ἠδυνήθη. Et paullo poſt odio privato plurium hoc periculum Alcibiadi intentatum innoxio addit, & calumniæ non levem adjeciſſe ſpeciem factum Argis, quo quidam, qui privato ejus hoſpitio continebantur, populi imperium diſſolvere aggreſſi, univerſi à civibus conciſi ſunt. *Gebhardus.*

6 *Quod & potentior.*] Hinc Ariſtoph. in ranis eum leoni comparabat, quem in urbe ali haud expediret. Si vero aleretur obſequendum ejus moribus eſſe. Ita Polybius l. 5. Hiſt. ubi de Cleomene loquens haud dubie Ariſtophanis dictum in animo habuit, *Non tutum leonem & pecudes in eodem ſtabulo contineri.* Loccen.

7 *Multos enim liberalitate devinxerat.*] Liberalitatem populus largitionem indigetat, & iſtis largitoribus crimen rerum novarum affingit. M. Manlius Capitolinus cum addictos propria pecunia liberaret, regni affectati ſuſpicione in carcerem eſt conjectus. Vid. Liv. 6. 14. *Liberalitas* ergo pro largitione. Cæſ. 1. de B. G. 16. *Magna apud plebem propter liberalitatem gratia cupidum rerum novarum.* Gebh.

8 *Plures etiam opera forenſi.*] *Opere*, Ms. meus. Non ita recte. *Opella forenſis* Horatio epiſt. 7. lib. 1. Valer. lib. III. c. 8. ext. 4. *experimentum, cum efficacis operæ forenſis, tum fidei non latentis.* Savaro. Vide Athenæum lib. x. Audax iſthic narratur Alcibiadis factum, quomodo à reis exemerit Hegemonem Thaſium, deleto ſcilicet digito, quem ſaliva oris imbuerat rei nomine, ſcriba & prætore videntibus. *Longol.*

9 *Suos reddiderat.*] Sic legendum, quomodo habent Codices emendati, non quomodo alii mendoſi, *reduxerat.* Licet etiam legere, *redegerat*, idque ex veſtigiis antiquæ ſcripturæ; quomodo interdum loquitur Cæſar. *Lambin.* Loquuntur & ad hunc modum Græci, ἰδίους καταποδίζεσθαι. Herodian. 1. Diodor. *Gebhard.*

1 *Sed*

ſe converteret, neque ei par quiſquam in civitate poneretur. Itaque non ſolum in eo ſpem habebant maximam, [1]ſed etiam timorem, quod & [2] obeſſe plurimum & prodeſſe poterat. [3] Aſpergebatur etiam infamia, [4] quod in domo ſua facere myſteria dicebatur, [5] quod nefas erat more Athenienſium, idque non ad religionem, ſed ad conjuratio-
4 nem pertinere exiſtimabatur. [6] Hoc crimine in contentionem

1 *Sed etiam timorem.*] Non eſt nove dictum ut cenſet Monſtrolienſis. Propertius: *Vulneribus didicit miles habere metum.* Gebh.

2 *Obeſſe plurimum & prodeſſe.*] Hinc Timon ille, quem μισάνθρωπον Lucianus ſingulari libello inducit; Alcibiadem adamabat, quod præſagiret magno illum malo fore aliquando Athenienſibus. Plutarchus. *Schott.*

3 *Aſpergebatur etiam infamia.*] Curt. lib. 1. fin. *Hæc utcunque ſint tradita, eorum quos rumor aſperſerat, mox potentia exſtinxit.* Apulej. lib. 8. *Inſtitio morum tamen improbatus, repulſæ contumelia fuerat aſperſus.* In Vatinium: *Ne qua ex ſumma tua indignitate labes illius dignitati adſpergatur.* Gebh.

4 *Quod in domo ſua facere myſteria dicebatur.*] Καὶ τὰ μυστήρια ἅμα οὐ ποιῶν ἐφ' ὕβρει. *Thucyd.* Explicatius iſta à Plutat. referuntur, quare ejus verba adſcribam: Ἐν ᾧ τούτῳ δ' ἄλλα τινὲς καὶ μυστήρια ἐδρᾶν ἔλεγον Ἀνδοκίδης ὁ ῥητορικὸς, ἄλλων τε ἀγαλμάτων ἀφιδρυθέντων, καὶ μυστηρίων παρ' οἶνον ἐπιτελουμένων, ἃ Ἀλκιβιάδης, καὶ τῶν φίλων κατηκολούθησεν. *Longol.* Myſteria, id eſt, Cereris ſacra arcana. Juſtinus lib. v. criminis hujus mentionem faciens, *myſteria Cereris initiorum ſacra dicit.* Inde Strabo VIII. *Eleuſine Cereris templum myſticum* vocat, propter Cereris ſacrorum ſecreta. *Mity.* Duo ſacra diverſa Cerealia celebrarunt Attici diverſis menſibus, ſed conjunctis, Ἐλευσίνια ac Θεσμοφόρια. Eleuſinia Boëdromione menſe agitabantur. Theſmophoria, ſequente Pyanepſione. Inde auctores Veteres hæc duo myſteria paſſim confundunt. *Salmaſius.* Τῇ τοιγαροῦν Βοηδρομιῶνος qui accipiebant myſteria (quod μυεῖσθαι dicitur, Tertullian. dicit *inſtituere*) vocabantur Μύσται. Quinquennio autem ineunte, eadem εἰνάδι Βοηδρομιῶνος, dicebantur ἐπόπται καὶ ἴφοροι. Alia ſunt τελεσπικὰ μυστήρια. Hæc autem μεγάλα dicebantur, ut illa μικρά. Hæc quinquennalia, illa triennalia. Et hæc ſemper celebrabantur nocte, quæ ſequebantur τῷ εἰκάδι Βοηδρομιῶνος, ſtatim poſt occaſum Solis, plenilunio. *Scal.* De his Caſaubonus exercit. 16. 43. Petit. Comm. ad Leg. Att. lib. 1. Jac. Gothefred. Exercit. 2. de Eccleſia, inprimis Meurſius pecul. lib. quem Eleuſinia inſcripſit.

5 *Quod nefas erat more Athenienſium.*] Immo capitale: de quo vide præter ſcriptores modo laudatos Bernegg. ad Juſtin. 5. 5. ab hoc crimine purgat eum Iſocrates Orat. de Bigis.

6 *Hoc crimine in contentionem ab inimicis compellebatur.*] Alii, *hoc crimine in concione ab inimicis compellabatur.* Quam correctionem ingenio Claudii Puteani debitam produxit Lambinus, probavitque P. Danieli. Neque ipſe inficior, *compellare* eſſe κατηγορεῖν, & crimine aliquem appellare. Infra Timoleonte: *Quin eum patricidam impiumque deteſtans compellaret.* Cicer. in epiſt. *Quibuſcum parum procederet, ut mihi tecte dicere videretur accuſatorem, compellavi ea lege me oluerunt.* Sed cur veterem ſcripturam & Latiniſſimam poſteritatis? Repoſui itaque; *Hoc crimine in contentionem ab inimicis compellabatur.* Invitus & quaſi obtorto collo ab adverſariis Theſſalo Cimonis filio & Alcmeonide, trahebatur ad dicendam cauſſam. *Gebhard.* Gifan. cod.

tionem ab inimicis compellebatur. Sed inſtabat tempus ad bellum proficiſcendi. Id ille intuens, neque ignorans civium ſuorum conſuetudinem, poſtulabat, [1] ut ſi quid de ſe agi vellent, potius de præſenti quæſtio haberetur, quam abſens [2] invidiæ crimine accuſaretur. Inimici vero ejus [3] quieſcendum in præſenti, [4] quia nocere ſe ei non poſſe intelligebant, & illud tempus exſpectandum decreverunt, [5] quo exiſſet, ut ſic abſentem aggrederentur: itaque fecerunt. [6] Nam poſtquam in Siciliam eum perveniſſe crediderunt, abſentem, quod ſacra violaſſet, reum fecerunt. Qua de re quum ei nuncius à magiſtratu in Siciliam miſſus eſſet, ut domum ad cauſam dicendam rediret, eſſetque in magna ſpe provinciæ bene adminiſtrandæ; [7] non parere noluit, & [8] in triremem, quæ ad eum deportandum erat miſſa,

cod. & Longol. *in contentione compellabatur.* Id eſt, forenſi in lite appellabatur. *Schott.*

1 *Ut, ſi quid de ſe agi.*] Lege Thucyd. Plutarch. Xenophont. & Iſocratem περὶ ζεύγους.

2 *Invidiæ crimine.*] Ultrajectin. *invidia criminis.* Schott. Non dixit *invidioſo crimine*, ſed *invidiæ crimine*: quaſi Alcibiades nullam aliam ob culpam in contentione compellaretur, aut in judicium vocaretur, quam quod invidia laboraret. *Lambin.* Pertinent huc verba Diodori lib. XIII. Τούτων δὲ παραλομένων, &c. Etiam Sycophantas magnis præpoſitis præmiis ad eam rem invitarunt, ut idem paullo ante libri initio prodidit. *Gebh.*

3 *Quieſcendum in præſenti.*] *In præſentia* Magius edidit. Venit aliquando in mentem, reſcribendum videri, *in præſens rati.* Schott. Ἐθέλοντα δὲ τότε μείνασθαι παρόντα, &c. Xenophon lib. I. ἑλλ.

4 *Quia nocere ſe ei non poſſe.*] Interpolatio Lambini. Vetus librorum ſcriptura: *Quia nocere ei non poſſe.* Quoniam Gifanii Codex *ei* quoque omittit, malim: *Quia nocere non poſſe intelligebant.* Gebhard.

5 *Quo exiſſet, ut ſic abſentem aggrederentur.*] Editio Pariſienſis: *Quo ſi exiſſet, ut abſentem.* Keuchen. Cod. Leid. *Quo ſi ex. abſ. aggr.* Lego, *Quo ſi exiſſet, ut abſentem aggrederentur.* Hoc eſt, quo tam longe receſſiſſet Athenis ut tueri ſe non poſſet. Neque enim ſtatim atque urbe exiſſet, *ſed poſtquam in Siciliam eum perveniſſe crediderunt*, reum fecerunt, ut mox ſequitur.

6 *Nam poſtquam in Siciliam.*] Juſtinus lib. v. cap. 1. *Dum Athenienſes in Sicilia bellum per biennium cupidius quam felicius gerunt, interim concitor & dux ejus Alcibiades abſens Athenis inſimulatur, myſteria Cereris initiorum ſacra, nullo magis quam ſilentio ſolemnia, enuntiaviſſe.* Quo crimine purgat ipſum Iſocrates, in Oratione περὶ ζεύγους.

7 *Non parere noluit.*] Perperam alii *voluit.* Præter Plutarchum & Diodorum ſtabilit hanc lectionem Polyæn. I. Ἀλκιβιάδης ὑπὸ Σικελίας ἀναχθεὶς ἐπὶ τῶν πλοίων τῶν ἀπὸ τοῦ ἱερῶν καὶ τῶν μυστηρίων. *Gebhard.*

8 *In triremem.*] Alii legunt heic *triere*, quod Græcum τριήρης. Polyæn. στρατηγήμασι ναῦς ἐπιβάς. Alii nave Salaminia reduci juſſum eſſe Alcibiadem tradiderunt. Scholia in Ariſtophan. Ἀχ. Ἀθηναῖοι γὰρ πέμψαντες τὴν Σαλαμινίαν Ἀλκιβιάδην μεταπεμψόμενοι ἐπὶ

missa, ascendit: ac [1] Thurios in Italiam pervectus, multa secum reputans de immoderata civium suorum licentia crudelitateque erga nobiles: utilissimum ratus [2] impendentem evitare tempestatem, [3] clam se à custodibus subduxit, & inde primum [4] Elidem, deinde [5] Thebas venit. Postquam autem [6] se capitis damnatum, bonis publicatis, audivit,

κείοι τῆς τ μυστηρίων ἐκμιμήσεως. Et superius addiderunt ἀφ' ὧν ἀθεικοπλῶ τ ἁρμῶν. Quæ fuerit autem *Salaminia navis*, paucis est explicandum. Habebant Athenienses duas in parato naves, quarum quæ *Salaminia* nominabatur, adhibebatur ad adducendos eos, qui in jus erant vocati, extraque urbem rebus præerant: Altera vero Πάραλος dicta, serviebat sacrificiis. Vide Scholiastem eundem in Ὄρνιθας & Ranas. Unde & hæc *sacra navis* appellatur. In Comici Acharnenses: Καὶ περὶ ναῦς τ Ἀθηναίων Πάραλον καλεῖτε. Inde intelligendus Polyænus in Lysandro: Ὅτι μὲν μετὰ Πάραλον ἔφυγε Ἀθηναῖος μόνη τ ἱερᾶς ἄγεται: alibi vocat ναῦς sive τριήρεις δημοσίας ταχυναυτούσας, item ὑπηρετικὰς, hoc est, ἐπὶ τὰς τῆς πόλεως χρείας πεμπομένας. Restat, ut quæram, an eadem, vel alia navi restitutos civitati arcessierint? Quandoquidem Justinus XIII. 5. *Ob quod factum, missa ab Athenienses obviam nave, ab exilio revocatur* Demosthenes. Ut eandem in revocando adhibuisse eos credam, multa persuadent, quæ alibi promam. *Gebhard.* Vide Thucydidem VI. & Diodor. Siculum libro XII. Biblioth. Plutarch. in Pericle & in Lysandro Critolai de ea dictum adfert. Confulendus & Suidas. *Schot.*

1 *Thurios.*] Ἀφικόμενος δὲ Θουρίους εἴπετο τοῖς μεθηκόσιν, ὀνειδίσας ἃ δεδρακότες ποιησάμενοι εἰς Πελοπόννησον ἐπανεκομίσθη. *Graeci.* Οἱ Θούριοι, ab oppido Thurio, quod inter Crathin & Sybarin amnes situm erat, olim & ipsum Sybaris dictum. Stephanus: Θούριοι πόλις Ἰταλίας, ἡ πρότερον Σύβαρις. *Thurinos* vocat Justinus. *Salmas.*

2 *Impendentem evitare tempestatem.*] Calamitatem atque infortunium capiti imminens & intentatum. Valer. Max. libro 6. c. 5. *Eaque Justitia tota illa tempestas ab utriusque fortunis & capite depulsa est.* Claudian. de B. Get.

At vero Italiam quoties circumstetit atrox
Tempestas, ipsumque caput laesura pependit.

Tacit. l. XI. Ann. c. 31. Curtius l. X. c. 34. *Quantam tempestatem subita serenitate discussit.* Paterc. II. 27. *Gebh.*

3 *Clam se à custodibus subduxit.*] Ἐν ᾧ Θουρίοις ἐγυμνάζετο, καὶ δοκοῦντες τ τεμένους ἐκρύφθη ἑαυτὸν, καὶ διέφυγε τοὺς ζητοῦντας. *Plut.*

4 *Elidem.*] Justinus: *Tacitus in exilium Elidem profectus est.* Thucydides: Ἐπεχωρήθη εἰς Πελοπόννησον. Diodorus: ὁ τῆς Ἰταλίας ἀφικόμενος ἐπὶ Πελοπόννησον, ἔφυγε εἰς Σπάρτην. Elis autem Peloponnesi regio. Vide Ptolemæum & alios.

5 *Thebas.*] Bœotiæ oppidum. Nomen ἀπὸ τῆς Θέσεως. Vel à Syrorum תבה *theba.* Vel Hebræorum תוך. Nugantur Grammatici, qui à *Thebe* Asopi filia ducunt Etymologiam. De qua vide *Fungerum, Casaubonum,* & alios.

6 *Se capitis damnatum.*] Thucydid. Θάνατον κατέγνωσαν αὐτῷ τε, καὶ τ μετ' αὐτοῦ. Diodorus: Δίκλω ἁρμάτων κατεδίκασαν θανεῖτε. *Lambinus.* Quod cum nunciatum illi esset; inquit, *ipsum, ut civem, me non mortuum esse, experiantur Athenienses*; & Lacedæmone receptus, Decelicum bellum à Deceliâ urbe sic dictum excitavit in Atheniences. Plutarchus in Alcib. Ælian. XIII. 38. *Schot.* Simile quicquam de Hannibale, apud Livium.

1 *Eumol-*

divit, & id quod usu venerat, [1] Eumolpidas sacerdotes à populo coactos, ut se [2] devoverent, ejusque devotionis, quo testatior esset memoria, exemplum [3] in pila lapidea incisum esse positum in publico: [4] Lacedæmonem demigravit. [5] Ibi (ut ipse prædicare consueverat) [6] non adversus patriam, sed inimicos suos bellum gessit, quod iidem hostes essent civitati. nam quum intelligerent, se plurimum [7] prodesse reipublicæ, ex ea ejeciisse, plusque iræ suæ quam utilitati communi paruisse. Itaque hujus consilio Lacedæmonii [8] cum Persarum Rege amicitiam fecerunt: deinde

1 *Eumolpidas sacerdotes à populo coactos.*] Aldus & Lambinus constanter, *Eumolpidas & Ceryces.* Quæ lectio à Græcis orta, quam in emendando Nepote alteruter produxit ex verbis Plutarchi: ἐψηφίσαντο ὑπὸ τῶν ἐσίαν ἀποδῦναι αὐτῷ, καὶ τὰς ἀρὰς ἀφοσιώσασθαι πάλιν Εὐμολπίδας καὶ Κήρυκας. Lege *Thucyd.* VIII. *Isocrat.* Panegyr. & *Suidam* in Εὐμολπίδαι. Scripti, *Olympidas*, sacerdotes exhibent: Unde alii Codices, *Olympiadas*, & alii *Olympiade.* Savaro. Quidam *Molpades* legunt, sed manifesto errore. *Longol.* De Cerycis lege, quæ ad Athenæi librum XIV. c. 23. notavit Magnus Casaubonus.

2 *Devoverent.*] Diras imprecarentur, atque execrarentur. Mox enim *resecrationem* dixit pro dirarum solutione. *Devotionis* voce utitur & Sallustius in Catil. Conjur. & distertius Plutar. in vita Crassi de Attejo Trib. Pl. legendus Torrentius ad Horat. in Epod. 5. ad illud, *Diris agam vos. Schott.* Aqua & igni interdicerent, sive ut vulgo loquuntur, excommunicarent. *Cassaneus. Lambinus.* Glossæ *devotiones* interpretantur ἀποδάς. Qui alium devovent, diris eum & imprecationibus defigunt ac devinciunt. Quod & *obsecrare* dicebant: cujus contrarium *resecrare*; quod est solvere obsecratione, ac devotione liberare. *Vota* apud Virgilium, pro devotionibus Magicis. Ἀναθεματίζειν in Sacra Scriptura dem volunt significare, quod Patres *anathematum vinculis innodare & constringere* sæpe dicunt. *Salmas.*

3 *In pila lapidea.*] Hoc fere solebat fieri in damnatos, & infamia notatos. Itaque ςηλίτης, infamia publice notatus; & ςηλιτεύθῆναι dicebantur, quorum bona erant publicata. *Lambin. Boeclerus.* Infra, non unam, sed plures fuisse pilas demonstrat, in quibus execratio esset incisa. *Mag.* Nec solum damnationes capitales & proscriptiones, sed etiam mulctæ à Græcis irrogatæ pilis incidebantur. Diodorus 16. Ὁ δὲ Φιλόμηλος ἐπαρθεὶς τῇ νίκῃ de Locris parta τὰς τῶν Ἀμφικλυέων ἀποφάσεις ἔλεε τῶν ςηλῶν ἐξέκοψε, καὶ τὰ περὶ τῶν κεφαλικῶν γεγράμματα. *Gebhard.*

4 *Lacedæmonem demigravit.*] Plutarchus in Alcibiad. Diodor. XIII. Polyæn. 1. Strat. Oros. II. 14. Justin. V.

5 *Ibi ut ipse prædicare consueverat.*] Exstat popularis concio hac de re apud Thucydidem. *Longol.*

6 *Non adversus patriam.*] Immo Lacedæmonios impulit, Athenienses adverso prælio turbatis, ultro bellum inferre (Justin. 5. 1.) qui non magis Athenis ipsis quam civibus earum parcebant. Sic injuriam sibi, uti patebat, illatam alienis armis, suoque ductu vindicatum ivit. *Loccen.*

7 *Prodesse.*] Ms. Boeclerii addit *posse.*

8 *Cum Persarum Rege.*] Edit. Paris. *Perse.* Alias, *Persæ.*

deinde [1] Deceliam in Attica munierunt, præsidioque perpetuo ibi posito, in obsidione Athenas tenuerunt. Ejusdem opera Ioniam à societate [2] averterunt Athenienſium: quo facto multo ſuperiores bello eſſe cœperunt. Neque vero his rebus tam amici Alcibiadi ſunt facti, quam timore ab eo alienati. [3] Nam quum accerimi viri præſtantem prudentiam in omnibus rebus cognoſcerent: pertimuerunt, ne charitate patriæ ductus, aliquando ab ipſis deſciſceret, & cum ſuis in gratiam rediret. [4] Itaque tempus ejus interficiendi quærere inſtituerunt. Id Alcibiadi diutius celari non potuit. [5] erat enim ea ſagacitate, ut decipi non poſſet; præſertim quum animum attendiſſet ad cavendum. Itaque ad [6] Tiſſaphernem præfectum regis Darii ſe contulit. [7] Cujus quum in intimam amicitiam perveniſſet, & Athenienſium male geſtis in Sicilia rebus [8] opes ſenescere, contra

1 *Deceliam in Attica munierunt.*] Nam eo pacto Athenienſibus reditus cum è regione, tum ex argentifodinis intercipiebant. Polyæn. lib. 1. Δεκέλειαν αὐτοῖς ἐπιτειχίσαι ἐκ ἄνεπι χόντων, ὅτε τὰς ἀπὸ τῆ χώρας πορισμὸς, ὅτε τὰς ἀπὸ τῶ ἀργυρείων. Enarrator Ariſtoph. Φοβηθεὶς Ἀλκιβιάδης μὴ λαχὼν πρὸς Λακεδαιμονίους ἐς ἣ πείθῃ Ἀθηναίοις ἐπιτειχίζειν Δεκέλειαν. ἡ δὲ Δεκέλεια χώρα ἐν Ἀττικῇ, ἧς τειχισθείσης μέγας ὁ πόλεμος Ἀθηναίοις μὴ δυναμένοις ἐξελθεῖν. *Gebhard.* Lege præter alios Iſocratem in Orat. de Pace; Plutarchus tradit Alcibiadem ſtatim, ut Lacedæmona venit, tria effeciſſe: Primum, ut Spartani Syracuſanis auxiliarentur. Alterum, ut bellum inde in Athenienſes transferrent. Tertium, quod omnium glorioſiſſimum, ut Deceliam munirent, perpetuoque præſidio illic poſito, obſidione Athenas tenerent.

2 *Averterunt.*] Cicero pro Sextio: *Qui mentem optimi viri fictis terroribus à defenſione meæ ſalutis averterant.*

3 *Nam quum acerrimi.*] Alias odii & timoris cauſas vide apud Plutarch. & Thucyd. 8. Adde Juſtinum 5. 2.

4 *Itaque tempus ejus interficiendi.*] Ἴσχυεν ἔν, ἢ διαπράξαιτο τὰς οἰκοθεν ἀρχαίας ἐπιτέλειαν πρὸς Ἰωνίαν ὅπως ἀποκλείσωσιν αὐτόν. *Plut. Tempus.*] Occaſionem & opportunitatem. Annibal. *Tempore dato adiit ad regem.* Infra hac ipſa vita. *Tempus rei gerendæ non dimiſit.*

5 *Erat enim ea ſagacitate:*] Aliter Juſtin. qui per uxorem Agidis regis, quam adulterio cognoverat, id eum reſciviſſe ait.

6 *Tiſſaphernem, Præfectum regis Darii.*] Τισσαφέρνη τῶ βασιλέως σατράπη δὲς ἑαυτόν. *Plut.* Vid. Bernegg. notas ad Juſtin. 5. 2.

7 *Cujus quum in intimam amicitiam pervenisſet.*] Morum ſimilitudo ſc. eos conjunxit. itaque (ut narrat Plutarchus) Εὐθὺς ἀπ' αὐτῶ πρῶτος ἦ μέγιστος. Nam cum Tiſſaphernes eſſet malitioſus & rerum improbarum amori deditus, mores Alcibiadis verſatiles, & varios & inæquabiles, & ſingularem ingenii ſolertiam admirabatur. *Lambin.* Adde Juſtin. 5. 2.

8 *Opes ſenescere.*] Minui ac debilitari. Diod. dixit τὰ τῶ Ἀθηναίων πράγματα πεσόντα. Cicero dixit *Laudem ſenescentem*, quæ decreſcat vel obſoleſcat de

Orat.

tra Lacedæmoniorum crescere videret: initio [1] cum Pisandro prætore, qui apud Samum exercitum habebat, per internuncios colloquitur, & de reditu suo facit mentionem. Erat enim eodem quo Alcibiades sensu, populi potentiæ non amicus, & optimatum fautor. [2] Ab hoc destitutus, primum [3] per Thrasybulum [4] Lyci filium, ab exercitu recipitur, prætorque fit apud Samum. Post [5] suffragante Theramene, [6] plebiscito restituitur, [7] parique absens imperio præficitur simul cum Thrasybulo & Theramene. Horum imperio [8] tanta commutatio rerum facta est,

Orat. *Laudem alicujus jam prope senescentem ab oblivione hominum revocare.* Liv. lib. 35. *ut cunctando senescerent consilia.* Gebhard. Vide Thucyd. 7. & 8.

1 *Cum Pisandro prætore.*] Πεισάνδρῳ Diodoro XIV. est ναυάρχῳ, ut alii notarunt, mendose. *Bongars.*

2 *Ab hoc destitutus.*] Immo à Pisandro adjutum, auctor est Thucydides. Placet itaque germana Codicis nostri lectio: *Adhoc destitutus*; pro præterea ab amicis desertus. *Adhoc* enim pro *adhuc* usurpasse veteres, ad Aurel. Victorem notabamus, & ad Lucret. Gifanius. *Schott.* Vocula hac in eo significatu non semel utitur Tacit. lib. 1. Ann. 6. *Multi adhoc numeri è Germania.* lib. 12. Ann. c. 20. *Suscipi bellum avio itinere, importuoso mari: ad hoc reges feroces.* Gebh.

3 *Per Thrasybulum Lyci filium.*] *Lycei* disserte membranæ omnes. Qui Diodoro ac Thucydidi Στιειρεύς est. *Schott.* Homo juxta Plutarchum μεγαλοφωνότατος.

4 *Lyci filium.*] Excerpta *Lycei.* ἀρχαϊκῶς. Et sic in optimis Mss. Nam *Lycei* pro *Lyci* dictum Λυκούργου veteribus frequenti; ut *captivici*, *amicei*, & similia. *Kenchen.*

5 *Suffragante Theramene.*] Agnonis filio. *Thucyd.* Καὶ γὰρ ὁ τῆς πολιτείας ἀφιγέμενος Θηραμένης, ἀνὴρ, εἰ καί τις ἄλλος, δόξας εἶναι σωφρονεῖν τὸ, τῷ δήμῳ συνεβούλευσε καταγωγὴν τῷ Ἀλκιβιάδου. Diodor. lib. 13.

6 *Plebiscito.*] Ita noster Codex, & post Longolium Lambinus. Gifanii tamen schedæ, & Ultrajectina Editio, *populiscito*, quod rarius est. Ut & infra in Epaminonda: *populiscito non paruit.* atque in Phocione scriptus liber & Ultrajectus. *Schottus.*

7 *Parique absens imperio præficitur.*] Membranæ nostræ integre, *parique abiens imperio reficitur.* Idem.

8 *Tanta commutatio rerum facta est.*] De qua vide Isocratem περὶ ζεύγους. & Diodorum lib. 14. μετὰ δέ τινα χρόνον τυχὼν τῆς καθόδου καὶ δυνάμεως ἡγησάμενος, πολλαῖς μὲν μάχαις ἐνίκησε Λακεδαιμονίους, καὶ τέλεος τὸ τ. Ἀθηναίων πρόσπαλα ποσὶν πάλιν ἤγειρεν. Mutato autem duce mutari fortunam quoque in utramque partem observandum est. Claudian. lib. 11. in Eutrop. vers. 515.

Cum duce mutatæ vires; Byzantia robur
Fregit luxuries Ancyranique triumphi.

In pejorem Polyæn. lib. 5. τῶν προαχθέντων οἱ ναρχηδόνιοι στρατηγοῖς ἄλλοις χρησάμενοι, καὶ πολλάκις ἡττώμενοι, καὶ ἀλῶναι κινδυνεύσαντες. In meliorem ibid. quæ verba huc proprie respiciunt καὶ οἱ ναρχηδόνιοι πάντες πεισθαρχῆσαι τῷ Γίσκωνι διετέλεσαν, ὡς ἀγαθῷ στρατηγῷ, καὶ αὐτίκα μεγαλοκλῆς τῆς τ πολέμου νίκης ἐγένετο νικῶντος τ Γίσκωνος ἐν ταῖς μάχαις ἀλλὰ τῶν τ ἀρχομένων δύσοιαν καὶ εὐθυμίαν. Locum infra Hamilc. Sed extremo. Vide ipse. *Tanta commutatio rerum.*] Cæsar lib. 3. Civil. cap. 68. *Sed fortuna, quæ plurimum potest, cum in reliquis rebus, tum præcipue in bello, parvis momentis magnas rerum commutationes effecit.*

eſt, ut Lacedæmonii, qui paulo ante victores viguerant, perterriti [1] pacem peterent. Victi enim erant quinque præliis terreſtribus, tribus navalibus: [2] in quibus ducentas naves triremes amiſerant, quæ captæ in hoſtium venerant poteſtatem. Alcibiades ſimul cum collegis receperat Ioniam, Helleſpontum, multas præterea urbes Græcas, quæ [3] in ora ſitæ ſunt Aſiæ, [4] quarum expugnaverant complures: [5] in his Byzantium. Neque minus multas conſilio ad amicitiam adjunxerant, quod in captos [6] clementia fuerant uſi. [7] ita præda onuſti, locupletato exercitu, maxi-

fecit. Idem lib. 6. Comm. 12. *Adventu Cæſaris facta commutatione rerum.* μεταβαλόντων τῶν πραγμάτων. Attius Bruto:

Nam id, quod de Sole oſtentum eſt tibi
Populo commutationem rerum portendit fore.

Infra Dione: *has tam proſperas res ſecuta eſt ſubita commutatio.* Cicero: *O miſeram & in brevi tam celerem Reip. commutationem!*

1 *Pacem peterent.*] Poſt pugnam ſcilicet navalem ad Cyzicum pugnatam, in qua Mindarus Lacedæmoniorum imperator pugnans ab Alcibiade interficitur; ut tradunt Xenophon lib. 1. de rebus Græciæ, Diodorus lib. 13. Plutarchus in Alcibiad. Polyæn. 1. Strat. *Lambin.*

2 *In quibus ducentas naves.*] Hʼ γὰρ ἁλωκυῖα τῶν νεῶν εἰς ἑκατὸν ἐλάττους ἐγένοντο. *Diodor.*

3 *In ora ſitæ ſunt Aſiæ.*] Sphalma in Cod. P. Dan. ubi *hora* pro *oræ.*

4 *Quarum expugnaverant complures.*] Idem Codex, *quarum expugnarant quamplures.* Lege *quas.* P. Daniel.

5 *In his Byzantium.*] Diodorus Siculus eodem libro tradit, proditione à quibuſdam Byzantiis facta, Byzantium ab Alcibiade noctu ſcalis ad murum admotis, eſſe captum. Plutarchus cum Diodoro congruens, unum ex proditoribus Anaxilaum Byzantium nominat. Xenophon, ἀλλ. α. hos proditores enumerat, Cydonem, Ariſtonem, Anaxicratem, Lycurgum, Anaxilaum: qui poſtremus Lacedæmone poſtea proditionis accuſatus, dixit; ſe, qui Byzantius, non Lacedæmonius eſſet, non urbem prodidiſſe, ſed uxorem & liberos fame pereuntes ſervaſſe, quod omne frumentum Clearchus Lacedæmonius ſuis militibus daret, & ita abſolutus eſt. *Lambin.*

6 *Clementia.*] Nam & Byzantiis urbem reddiderunt in ſocietatem receptis, & in Lacedæmonios, qui ad aras confugerant, non ſæverunt, ſed Athenas miſerunt; ut de illis ſuo arbitrio populus ſtatueret. *Idem.* Athenienſium in victos clementiam prædicat Diodorus 13. Suadet idem M. Tullius lib. 1. Officior. de belli gerendi ratione. *Schott.* Fortiſſimus hic ſubruendorum hoſtium aries, moderatio in victoria, & clementia in victos. Curt. 11. 4. *Alexander, quanquam belli auctoribus jure poterat iraſci, tamen omnibus venia data & obſidibus acceptis ad proximam deinde urbem caſtra movit. Obſides ducebantur ante agmen, quos cum è muris cognoviſſent, utpote gentis ejuſdem, in colloquium vocaverunt. Illi clementiam regis, ſimulque vim commemorando ad deditionem eos compulere.* P. Syrus, *Perpetuo vincit qui utitur clementia.* Vide Curt. lib. 7. c. 60. lib. 8. c. 41. Diodor. lib. 15. *Gebh.*

7 *Ita præda onuſti.*] Alii Codices habent, *inde.* Mag. Diodorus Siculus: *Adducebant* (verſio eſt Lambiniana) *naves non pauciores ducentis, virorum captivorum & manubiarum magnam vim & copiam. Habebant autem naves ſuas armis & coronis aureis, & hoſtium ſpoliis ac manubiis, & aliis*

maximis rebus geſtis Athenas venerunt. [1] His quum ob- 6
viam [2] univerſa civitas in Pyræeum deſcendiſſet, tanta fuit omnium expectatio viſendi Alcibiadis, ut [3] ad ejus triremem vulgus confluëret, perinde ac ſi ſolus adveniſſet. Sic enim populo erat perſuaſum, & adverſas ſuperiores, & præſentes ſecundas res, accidiſſe ejus opera. Itaque & [4] Siciliæ amiſſum, & Lacedæmoniorum victorias culpæ ſuæ tribuebant, quod talem virum è civitate expuliſſent. Neque id ſine cauſa arbitrari videbantur. Nam poſtquam exercitui præeſſe cœperat, neque terra neque mari hoſtes pares eſſe potuerant. Hic ut navi egreſſus eſt, quanquam Theramenes & Thraſybulus eiſdem rebus præfuerant, ſimulque venerant in Pyræeum, tamen illum unum omnes [5] proſequebantur: & (id, quod nunquam antea uſuvenerat, [6] niſi Olympiæ victoribus) [7] coronis aureis æneiſque vulgo

& aliis rebus omnibus diligenter exornatas.

1 *His quum obviam univerſa civitas.*] Hunc glorioſiſſimum ejus in patriam reditum deſcribit Xenophon 1. de reb. Gr. Juſtinus v. 4. *Nam ad hunc redeuntis exercitus triumphum, effuſa omnis multitudo obviam procedit: & univerſos quidem milites, præcipue tamen Alcibiadem mirantur: in hunc oculos civitas univerſa, in hunc ſuſpenſa ora convertit; hunc quaſi de cœlo miſſum, & ut ipſam victoriam contuentur: laudant quæ pro patria, nec minus admirantur, quæ exul contra geſſerit; excuſantes ipſi, iratum provocatumque feciſſe.* Plutarch. in ejus vita. *Longol. Mag.*

2 *Univerſa civitas.*] Venuſte dictum: Quomodo in eadem narratione Juſtin. Et ſic Græci πόλιν adhibent. Theod. Prodromus:

— ἡ γε μὲν πόλις,
Ἐπεὶ τὸ ξυμβὰν ᾔσθετ' ἐκπλέμψον μάθοι,
Ἐξῆσαν ξύσκυδες ἐκ τῶν δωμάτων.

Apud Athenæum Poſidon. v. Deipnoſ. Καὶ ᾠδὴν τὸ πλεῖστον μέρος τῆς πόλεως ἐπὶ πλεῖον ἐνδοχλοῦσαν αὐτὸν ἐξεκόμιζον. Chryſoſtom. homil. de Babyla: Καὶ γάρ ποτε νίκης ἐκ τῶν Δάφνης ἐπανιόντι, πᾶσα μὲν ἡμῖν ἡ πόλις εἰς πλεῖον ὁδὸν ἐξεχύθη. *Keuch.*

3 *Ad ejus triremem.*] Vide Diodor. & Plutarchum.

4 *Siciliæ amiſſum.*] Sic Aldus: *admiſſum* tamen Magius edit, quomodo & in noſtris ſchedis ſcriptum erat. Giſanius vero Conjectaneis Lucretianis *amiſſum* pro *amiſſione* tuetur & clariſſimus Gronovius Obſerv. 3. 21. ut Poëta ille adhibet, *emiſſum, conjectum, refutatum*, pro emiſſione, &c. *Schott.* Talia ſunt illa apud M. Tullium; *judicatus*, pro judicatio; *comperendinatus*, pro comperendinatio, &c. *Lambin.*

5 *Proſequebantur.*] Quidam libri habent *perſequebantur.* Idem.

6 *Niſi Olympiæ victoribus.*] Unde Poëta Olympiam vocat μακίσσε χρυσοστεφάνων ἀέθλων. Raro autem hac donabantur Imperatores ob præclarum facinus, aut res feliciter geſtas. De Cyro videndus Xenophon lib. 8. Emendavit locum Ant. Muretus, & ex aliis Janus Gebhardus. Fuit cum legendum putarem, *niſi Olympia vincentibus.* Cicero ex Ennio:

Sicut ſortis equus ſpatio qui ſorte ſuprémo
Vicit Olympia. —

Magius tentabat, *Et id quod illi nunquam*

vulgo donabatur. [8] Ille lacrymans talem benevolentiam civium

antea usu venerat niſi Olympiæ victori. Contra fidem Vet. lib. *Schott. Olympiæ victoribus.*] Non attendo Cl. Schotto *Olympiæ vincentibus* ſupponenti. Quia ſic locutus eſt Ennius, non continuo ita loqui placet Cornelio noſtro. Quod autem Magius: *Et id quod illi nunquam antea uſu venerat, niſi Olympiæ victori*, corrigit, recte idem aſpernatur, ſed mallem additas rationes. Enimvero non negat honoratos fuiſſe priores Duces coronis: ſed nulli præter Alcibiadem in ingreſſu eſſe promiſcue à vulgo ingeſtas. Quod Magius ex Plutarcho objicit, Theſei præconem, qui de Theſei adventu & ſalute nuncium obtulerat, plauſu, coroniſque fuiſſe exceptum, nihil ad Cornelium noſtrum; quippe diverſi ſunt Præco & Prætor ſive Imperator; deinde quid ſeculo fabuloſo cum hiſtoria? *Gebhard.*

7 *Coronis aureis æneiſque.*] Plutarchus ſimpliciter ἐστέφανεν, dicit. *Lambin.* Cur *æneas* addat, non immerito quæri poteſt. Nam ut Glauci Homerici vaecordia videtur, permutantis χρύσεα χαλκείων, ita ridicula videri poteſt hæc χρυσέων καὶ χαλκείων permiſtio. Ego vero non dubito, quin Probi verba corrupta ſint; ita, ut ubi eſt *æneiſque*, legendum ſit *tæniiſque.* Solebant enim fere *taniæ* cum coronis conjungi. Empedocles:

Ταινίας τε φορέεσθαι, στέφεσί τε θαλείοις.

Muretus Variar. lib. 15. cap. 7. Certe ſolebant coronis fere *taniæ* & *corymbi* addi Thucydidis auctoritate, neque Oleaſtro ſolum ut antea Hercules teſte Plinio extremo l. 16. ſed & aurea donari corona Olympionicæ à civibus domum reverſi ſolebant. De his plura Faber l. 2. Agoniſticōn cap. 23. *Schott.* Addi poteſt Ariſtides Tom. 1. Orat. Funebr. in Alexandr. Fuit cum legendum putarem *coronis aureis æneiſque ſtatuis*: ductus ſimilitudine loci 16. 5. Ubi Pelopidam interfectum *coronis & ſtatuis aneis donaverunt.* Nemo expediit hunc nodum: quem Muretus ferro nequicquam rumpere conatus eſt, legendo *aureis tæniiſque.* Quia tæniæ ferme & corymbi addi coronis ſoliti. Sed ineptum eſt cogitare, Hiſtoricum brevitatis diligentem prolixum eſſe voluiſſe in commemorandis coronarum acceſſoriis, quæ adeſſe illis temporibus nemo ignoraret. Quare vulgatam tueor lectionem, explicoque, Alcibiadem à populo duplici coronarum genere, pro facultatibus cuiuſlibet, eſſe donatum; à Divitibus aureis; à Pauperibus æneis. Mihi nihil melius hac vice in mentem venit. Duces autem ob res præclare geſtas; alioſque magnos viros ob merita inſigniora coronis aureis affectos fuiſſe vulgatiſſimum eſt. Diodor. lib. 13. de Dionyſio ſuperiore, cum Italiotas præter ſpem dimiſiſſet incolumes, & ſine lytro, ἐπὶ τούτοις, exſequitur, παίνῳ τυχὼν ὑπὸ τῶν διαθόντων χρυσοῖς στεφάνοις ἐτιμήθη, καὶ χαλκῆν τότε ἔλαβε παρὰπᾶσιν ἐν τῇ ζωῇ κολοσσόν. Curt. lib. 4. cap. 44. *Iiſdem fere diebus ſolemne erat ludicrum Iſthmiorum, quod conventu totius Græciæ celebratur. In eo concilio, ut ſunt Græcorum temporaria ingenia, decernunt, ut duodecim legarentur ad regem, qui ob res pro ſalute ac libertate Græciæ geſtas coronam auream donum victoriæ ferrent.* Vide Ariſtophanem Avibus pag. 600. G. Nec viri ſolum, ſed & fœminæ iiſdem donis oneratæ. Diodor. lib. XI. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τὰ σωτήρια ὡμολόγησαν τετυχότες ταύταις δώσειν παρασκεύασθαι καὶ στέφανον χρυσοῦν τῇ γυναικὶ τοῦ Γέλωνος Δαμαρήτῃ παρασκολογίαν. *Gebhard.*

8 *Ille lacrymans.*] Gaudio & recordatione præteritorum laborum ac malorum. Plutarchus in Alcibiade: Πολὺ δὲ καὶ δάκρυον τῆς χαίρουσι τῆς πόλεως ἀνεκίνησε, καὶ μνήμη παρῆν τῶν δυτυχιῶν τοῦ παρόντος ἀτυχήματος. Ex quibus verbis intelligimus, non Alcibiadem, ſed populum gaudio lacrymaſſe. *Lambin.* An autem & quatenus ex ingenti gaudio lacrymæ promanare poſſint, lis eſt inter auctores. Multa paſſim exempla ex antiquitate ſuppetunt. De Trajano

civium ſuorum accipiebat, [1] reminiſcens priſtini temporis acerbitatem. [2] Poſtquam Aſtu venit, [3] concione advocata, ſic verba fecit, ut nemo tam ferus fuerit, [4] quin ejus caſum lacrymarit, inimicumque his ſe oſtenderit, quorum opera patria pulſus fuerat: [5] perinde ac ſi alius populus, non ille ipſe qui tum flebat, eum [6] ſacrilegii damnaſſet. [7] Reſtituta ergo huic ſunt publice bona. [8] Iidemque illi Eumol-

Trajano Plinius, de Auguſto Suetonius conſentiunt. Lege tamen quæ de ejuſmodi lacrymis diſputat Philo Judæus in libro περὶ ἀποικίας. *Keuchen.*

1 *Reminiſcens.*] Codex Danielis, *reminiſci.*

2 *Poſtquam Aſtu venit.*] Idem Codex *Aſtum.* Vide quæ ad Themiſtoclem notabamus. Hanc diem, qua Athenas ab exilio remeavit, certiſſimum & quaſi fatalem illi præſignaſſe exitium, notatum eſt; quod funeſta tunc colerentur ſacra, qua templi ornamenta deponere, pavimenta tegere, & juſtitio indicto à negotiis quieſcere mos erat. Sicut XV. Julii mœſtiſſima fuit, qua mulieres Athenis jejunium ſervant, & tum ſacra Adonia celebrant. *Alex. ab Alex.*

3 *Concione advocata.*] In qua pro ſe dicens oſtendit ſe nihil impie feciſſe, & contra jura omnia è civitate exterminatum eſſe. *Xenophon lib.* 1.

4 *Quin ejus caſum.*] Sic meliores edunt. Ultrajectin. *cauſum.* Alii *cauſa.* Schott.

5 *Perinde ac ſi alius populus.*] Tacit. 1. Hiſt. c. 44. *Alium crederes populum, alium ſenatum.* lib. 1. Hiſt. c. 9. *Poſtera die tanquam apud alterius civitatis ſenatum populumque magnificam de ſe orationem prompſit.* Gebh.

6 *Sacrilegii.*] Ἀσεβείας. Nam non ille res ſacras ſuſtuliſſe, ſed ſacra violaſſe, & Hermas circumcidiſſe ac truncaſſe arguebatur. Sic enim Probus ſupra: *Aſperabatur etiam infamia, quod in domo ſua facere myſteria dicebatur.* Lamb. Nova ſignificatione *ſacrilegium* vocat myſteria ſacrorum prodita. *Longol.* Nullam enim rem ſacram furatus eſt Alcibiades. Sacrilegium vero, quod vocis notatio indicat, ſacræ rei furtum ſignificat. Ejuſdem pene criminis reus olim fuit Numenius, qui inter Philoſophos occultorum curioſior, Eleuſina ſacra interpretando vulgavit. Auctor Macrobius 1. Somn. Scip. cap. 2. *Mag.*

Sacrilegii damnaſſet.] Sacrorum violatorum ſeu profanatorum. Nam ſacrilegus non tantum qui ſacras res rapit & compilat; ſed quacunque ratione violat, Latinis dicitur. Tibull. l. 3. Eleg. 5.

Nec nos ſacrilegos templis admovimus ignes,

Nec cor ſollicitant facta nefanda meum.

Quem locum tali correctione deformarat Scaliger:

Nec nos ſacrilegi templis admovimus ergo.

Florus lib. 11. cap. 17. *Non prius ſigna convertit, quam cadentem in maria Solem, obrutumque aquis ignem, non ſine quodam ſacrilegii metu & horrore deprehendit.* Geb.

7 *Reſtituta ergo huic ſunt publice bona.*] Διόπερ αὐτῷ τῶν τε οὐσίαν ἀπέδωκεν, ὧν ἐδήμευσεν. *Diod.* Vox οὐσία proprie notat ſubſtantiam, bona, facultates, ὕπαρξιν. Lexicon Græco-Latinum Vetus, οὐσία, *patrimonium, ſubſtantia, res familiaris.* Keuchen.

8 *Iidemq; illi Eumolpidæ Sacerdotes.*] Aldina hæc lectio, quæ immenſum quantum Lambino adblanditur. Scripti heic, ut ſupra, *Olympidæ*, integris literis. de Eumolpidis Arnobius adverſus gentes lib. 5. *Gregis lanitii (cuſtos) Eumolpus, à quo gens & fluit Eumolpidarum & ducitur clarum illud apud Cecropios nomen, & qui poſtea floruerunt caduceatores, Hierophantæ atque præcones.* adi Heſychium in voce Εὐμολπίδαι. Schott.

Eumolpidæ ſacerdotes rurſus [1] reſecrare ſunt coacti, qui eum devoverant, [2] pilæque illæ, in quibus devotio fuerat
7 ſcripta, in mare præcipitatæ. Hæc Alcibiadi lætitia [3] minus fuit diuturna. Nam quum ei eſſent omnes honores decreti, [4] totaque reſpublica domi bellique tradita, ut unius arbitrio gereretur, & ipſe poſtulaſſet [5] ut duo ſibi collegæ darentur, Thraſybulus & Adimantus, neque id negatum eſſet: [6] claſſe in Aſiam profectus, quod [7] apud Cymen [8] minus ex ſententia rem geſſerat, [9] in invidiam recidit. [10] Nihil enim eum non efficere poſſe ducebant. Ex quo fiebat, ut omnia minus proſpere geſta, ejus culpæ tribue-

1 *Reſecrare.*] Reſtituere, quem prius execrabilem arcebant, ut magno ſcelere impiatum. Execrabiles enim erant, quicunque à ſacris arcebantur: Quales ἐναγεῖς apud Græcos, qui εἱργονῖο χρημάτων, σπονδῶν, κατάρων, ἀγορᾶς, & qui diris publice devovebantur, κατάρκλοι. In editionibus & Longoliana legitur: *rurſus teſacrare*, quod corruptum fortaſſis ex *deſacrare*, vel *reſacrare*, ut videtur. Retineo germanam ſcripturam, quæ eſt, *rurſus reſecrare*, vel *reſacrare*. *Rurſus* autem *reſecrare* dixit, ut *reverti rurſus* apud Suetonium & alios. Quæ licet ſpeciem habeant βαπτολογίας, atque ἐν τῷ Ἑλληνίζειν dicantur; uſitatiſſima tamen ſunt. Ita alibi: *ergo igitur*: πάλιν αὖ, ὕστερον αὖθις, & ſexcenta apud Claſſicos. *Keuchen.* Vide de voce hac Turneb. lib. 18. Adverſ. 25. & lib. 29. 36. item Pithœum ſubſeciv. lib. 1. c. 1.

2 *Pilaque illæ.*] Diodorus dicit non *pilas* in mare præcipites actas, ſed δίκας, ſententias & lites: ἔπειτα ὀφλισκάνουσι τὰς δίκας κρίνοντες. *Lamb.*

3 *Minus fuit diuturna.*] Scripti, *non nimis fuit diuturna.*

4 *Totaque reſpublica domi bellique tradita.*] Τὸ δὲ πλεῖστον αὐτὸν στρατηγὸν καθίστασιν αὐτοκράτορα, καὶ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν. *Diodor.*

5 *Ut duo ſibi collegæ.*] Εἵλετο δὲ καὶ στρατηγοὺς ἑτέρους ἐκείνῳ, ὃς ἤθελεν Ἀδείμαντον καὶ Θρασύβουλον. *Idem.*

6 *Claſſe in Aſiam profectus.*] Fuit hæc centum navium. Juſtin. lib. 5. & Plutarch. in vita teſtatur.

7 *Apud Cymen.*] Cyme, Cyma vel Cuma πόλις Αἰολίδος πρὸ τῆς Λέσβου. Vide Stephan. & alios. Nonnulli corrupte *Symen* legunt. Quæ inſula eſt Cariæ vicina apud Strab. XIV. De *Cyme* facit mentionem Plinius lib. 5. capite 30. & in Troade cum Myrrhina locat. Meminit etiam Euſebius, qui hanc Aſiæ urbem à Chriſto nato CVII. terræ motu everſam dicit. *Magius.* Paullo aliter Diod. & Xenophon, qui non ad Cymen, ſed prope Notium Ioniæ urbem pugnatum, culpaque Antiochi gubernatoris cladem acceptam ſcribunt; ad Cymen vero in eo peccatum ab Alcibiade quod vel capere non potuerit, aut cum eſſet urbs ſociorum, eam oppugnarit.

8 *Minus ex ſententia.*] Culpa Antiochi gubernatoris, quem vetuerat Alcibiades ſe abſente prælio decertare. Xenoph. ἐπιστείλας μὴ ἐπιπλεῖν ἐπὶ τὰς Λυσάνδρου ναῦς. *Lambin.* Sic Diodorus & Plutarchus.

9 *In invidiam.*] Οἱ δ' ἐν οἴκῳ Ἀθηναῖοι, ἐπειδὴ ἠγγέλθη ἡ ναυμαχία, χαλεπῶς ἔχον τῷ Ἀλκιβιάδῃ. *Xenoph.*

10 *Nihil enim eum non efficere.*] Οἰόμενοι δ' ἀμέλειάν τε καὶ ἀκρατείαν ὑπολαμβάνειν τὰς ναῦς. *Idem.*

1 *Negli-*

buerent, quum eum aut [1] negligenter aut malitioſe feciſſe loquerentur, ſicut accidit. Nam [2] corruptum à rege, capere Cymen noluiſſe arguebant. Itaque huic maxime imputamus malo cauſam fuiſſe [3] nimiam opinionem ingenii atque virtutis. Timebatur enim non minus quam diligebatur, [4] ne ſecunda fortuna magniſque elatus opibus, [5] tyrannidem concupiſceret. Quibus rebus factum eſt ut abſenti magiſtratum abrogarent, [6] & alium in ejus locum ſubſtituerent. Id ille ut audivit, [7] domum reverti noluit, [8] & ſe Perinthum contulit, ibique tria caſtella communivit, [9] Bornos, Byziam, Macrontichos: * manuque collecta,

1 *Negligenter aut malitioſe.*] Illud proprie culpæ, hoc doli eſt. Rævard. ad l. 22. de Reg. Juris hæc auctoris verba minus accurate diſtinguit. Sed inſpici dignus Rittershuſius in iſtam legem Protheor. cap. 4. & cap. 5. Vid. præterea Juſtin. 5. 5.

2 *Corruptum à Rege.*] Aut ab ejus Satrape Pharnabazo, in cujus amicitiam, ut arguebant ejus inimici, fuerat receptus. *Diodor.*

3 *Nimiam opinionem ingenii.*] Vide Plutarchum.

4 *Ne ſecunda fortuna, opibuſque magnis elatus.*]Divitiæ animum inflant, & majora appetenti cupidinem inferunt. habere enim ſe ſciunt facultates, quibus omnia ſibi prona reddere poſſe exiſtimant, atque indignum ducunt, cum pecunia & copia rerum emineant, non eminere ſimul honore atque imperio. Vide Diodor. Sicul. lib. 16. de Timophane Timoleontis fratre. Cæſar lib. 1. de bello Gallico cap. 2. *Apud Helvetios longe nobiliſſimus & ditiſſimus Orgetorix, M. Meſſala & M. Piſone Coſſ. regnandi cupiditate inductus conjurationem nobilitatis fecit.* Æque clare lib. 11. cap. 1. f. *Ab nonnullis etiam, quod in Gallia à potentioribus atque iis, qui ad conducendos homines facultates habebant, regna occupabantur.* Gebhard.

5 *Tyrannidem concupiſceret.*] Exſtat narrationis obliquæ tale in Sopatro Rhetore exemplum, interprete Joan. Nunneſio Valent. lib. 3. Inſtit. Rhet. ex Hermogene: *Alcibiades*, inquit, *poſt ea quæ Cyzici acciderant, cum ſatellites, qui eum cuſtodirent, petiiſſet; accuſatur tyrannidis.* Schottus.

6 *Et alium in ejus locum*] Cononem ſuffitum ait *Juſtin.* v. 5. & 6. *Oroſ.* 11. Græci adjungunt novem alios: Διομέδοντα, Λίοντα, Περικλέα, Ε'ρασινίδην, Α'ρεσουσάτην, Α'ρχέστρατον, Πρωτόμαχον, Θρασύλοον, Α'ρεσογένην. *Xenoph. Diod. Plut.*

7 *Domum reverti noluit.*] Αὐτὸς αὐτὸν κατέγνω φυγῆς.

8 *Et ſe Perinthum contulit.*] Emendatio Longoliana, qua Lambinus cum Savarone acquieſcunt. Libri variant. Cod. P. Danielis *Pactya* legit. Savaronis *Petye.* Puteani *patere pactis.* Venet. Aldin. *Pataram.* Magius *Patras.* Ortelius ex Ptolemæo & Plutarcho *Pactyam.* Sed Codex vetus Longolii *Parinthum* exhibet, unde *Perinthum* poſtea factum. Ait Plutarchus confeſtim illum in Thraciam migraſſe, quare *Patara* civitas Lyciæ mihi ſuſpecta. Sic Longol. & Lamb. Ergo *Perinthum* emendandum, quæ urbs Thraciæ ad Propontidem, Heraclea etiam nuncupata; Plin. XLIII. II. Ptolem. III. Steph. de Urbibus; à qua non longe abeſt *Bizya* vel *Bizia*, ut hic male legunt, arx Thraciæ ampliſſima, Terei regis quondam caſtellum. *Mag.*

9 *Bornos, Byziam, Macrontichos.*] Ego hoc modo lego: Bornos, Byſanthen, & Macron-

cta, primus Græciæ in Thraciam introiit: glorioſius exiſtimans barbarorum præda locupletari quam Grajorum.
8 Qua ex re [1] creverat cum fama, tum opibus, magnamque amicitiam ſibi [2] cum quibuſdam regibus Thraciæ peperérat. [3] Neque tamen à charitate patriæ potuit recedere. Nam quum apud Ægos flumen [4] Philocles prætor Athenienſium claſſem conſtituiſſet ſuam, [5] neque longe abeſſet Lyſander prætor Lacedæmoniorum, qui in eo erat occupatus, [6] ut bellum quam diutiſſime duceret, quod ipſis [7] pecunia à rege ſuppeditabatur: contra [8] Athenienſibus ex-

Macrontithos ex Ptolemæi Thraciæ deſcriptione, & Plutarchi Alcibiade. *Ortelius.* Vulgo *Bornos, Byziam, Themeonticos.* Male. Legendum, *Bornos, Byſanthen, Neontichos.* Βισάνθη oppidulum hoc loco Ptolemæo. Νεὸν τεῖχος, Scylaci. *Voſſ.*

* *Manuque collecta, primus Græciæ in Thraciam introiit.*] Sic Lambinus emendavit. Scripti tamen Codices: *manu conjecta primus Græciæ civitatis, &c.* Quod neſcio cur Lambinus repudiarit. Salluſtius enim ita loquitur non raro. Quidam vero *Græcæ civitatis*, quod minus probo. *Schott.* Plutarch. *Suis*, inquit, *navibus, ac militibus, qui in fortuna rerum ſuarum veſtigia ſequebantur, collectis in Thraciam navigavit.*

1 *Creverat cum fama, tum opibus.*] Ita Codex P. Dan. Vulgati: *Creverat ejus fama tum opibus.*

2 *Cum quibuſdam regibus Thraciæ.*] Cum Medoco & Seuthe. Diodor. l. 13. Καὶ λέγονσι ὅτι Μήδοκος καὶ Σεύθης οἱ Θρᾳκῶν βασιλεῖς, εἰσὶν αὐτῷ φίλοι. *Lambin.*

3 *Neque tamen à charitate patriæ.*] Quæ una omneis omnium caritates complexa eſt. Diodorus eodem libro: *Cum cuperet*, inquit, *Alcibiades magnum quiddam ère patriæ efficere, ut populum in antiquam erga ſe benevolentiam reſtitueret.* Idem.

4 *Philocles.*] Sic legendum, non, ut habent libri quidam vulgati, *Philodes.* Sic enim Xenophon lib. 11. de rebus Græc. πρὸς ὃ τάττω εἵλετο Ἀλκιβιάδην καὶ τρίτον Φιλοκλέα. *Idem.* Atque eodem modo Φιλοκλέα vocat illum Diodorus, non Φιλοδίκα, quod ex conjunctione literarum ortum apud Nepotem.

5 *Neque longe abeſſet Lyſander.*] Erat enim Lampſaci, quam urbem paullo ante ceperat. Lampſacus autem diſtat ab Helleſponto, ut ait Xenophon, ſtadia circiter xv. ubi erat Alcibiades, ut ſupra cognovimus. *Lamb.* De hac lege, quæ ad Themiſtoclem notavimus.

6 *Ut bellum quam diutiſſime duceret.*] Sic Xenophon, Diodorus & Plutarchus. *Ducere bellum*, frequens Ciceroni & aliis. Id eſt, protrahere, proferre. Nepos Datame: *Autophradates cum bellum duci majore regis calamitate, quam adverſariorum videret.* Tacit. 12. Ann. c. 29. Vannus *caſtellis ſe defenſare bellumque ducere ſtatuit.* lib. 11. Hiſt. cap. 32. *Proinde ducere bellum.* Cæſar 1. Civ. 61. *Bellum in hiemem ducere cogitabant.* lib. 11. Civ. 18. & 37. *Caſtra erant ad bellum ducendum aptiſſima.* lib. 111. Civil. c. 42. *Cæſar longius bellum ductum iri exiſtimans.*

7 *Pecunia à Rege ſuppeditabatur.*] Cyro Darii filio. Decem enim Daricorum millia Lyſandro petenti ut ſtipendio obolus adjungeretur, Cyrus dederat. Plutarchus in Lyſandro. *Magius.* Diodorus ſummam non exprimit, ſed ait illum χρήματα πολλὰ παρὰ τοῦ τῶν Περσῶν ἀδελφοῦ à Cyro accepiſſe. l. 13.

8 *Athenienſibus exhauſtis.*] Diodor. Οὐ δυνάμενοι δὲ πλείω χρόνον ἐπεὶ μισθοφορεῖν, καὶ μισθὸν διδόμενοι, id eſt,

exhauſtis, præter arma & naves [1] nihil erat ſuper. Alcibiades ad Athenienſium venit exercitum, ibique [2] præſente vulgo agere cœpit, ſi vellent, [3] ſe coacturum Lyſandrum aut dimicare, aut pacem petere. [4] Lacedæmonios eò nolle confligere claſſe, quod pedeſtribus copiis pluſquam navibus valerent. Sibi autem eſſe facile [5] Seuthem [6] regem Thracum deducere, [7] ut eos terra depelleret. Quo facto neceſſario aut claſſe conflicturos, aut [8] bellum compoſituros. Id etſi vere dictum [9] Philocles animadvertebat, tamen

id eſt, *cum diutius non poſſent illic commorari & alere ſuas copias.* Idem paullo poſt: Τό τε στρατόπεδον σίτοδεία καλεῖχε. *Lambin.*

1 *Nihil erat ſuper.*] Anaſtrophe, pro *nihil ſupererat.*

2 *Præſente vulgo.*] Παρόντος πλήθους, præſentibus militibus. *Idem.*

3 *Se coacturum Lyſandrum.*] Paullo aliter Plutarch. καὶ τοῖς περιέμπουσι τὸν ἀπὸ τῆς στρατιᾶς γνωρίμων ἔλεγεν, ὅτι μὴ περιπλακισθεὶς ὅπως ἀπὸ τῆς στρατιᾶς, ὀλίγαις ἐν ἡμέραις ἀνάγκας λακεδαιμονίους ἀγωνιμαχεῖν αὐτοῖς ἀκοντας, ἢ τὰς ναῦς ἀπολιπεῖν. id eſt, *& iis, qui eum proſequebantur ab exercitu viris notis dicebat, ſe, niſi ita contumelioſe acceptus eſſet à prætoribus, paucis diebus coacturum fuiſſe Lacedæmonios aut claſſe confligere invitos, aut naves relinquere.* & Diod. etiam aliter. διόπερ αὐτὸς ἠξίου μεταδόναι ἑαυτῷ τῆς ἡγεμονίας, ἐπαγγελόμενος, αὐτοῖς δυοῖν θάτερα, ἢ ναυμαχεῖν τοὺς πολεμίους ἀναγκάσειν, ἢ πεζῇ μετὰ θρακῶν πρὸς αὐτοὺς διαγωνιεῖσθαι. id eſt, *Quapropter poſtulabat, ut ſe in ſocietatem & communionem imperii reciperent, promittens eis duorum alterum, ſe aut coacturum hoſtes claſſe decertare, aut terra Thracibus ſibi adjunctis cum illis conflicturum.*

4 *Lacedæmonios eo nolle confligere claſſe.*] Præponunt alii *reſpondent*, putantes hoc, quod ſequitur, eſſe reſponſionem Athenienſium, quibuſcum egerat Alcibiades de communicando ſecum imperio. Quod contra contextum, & Hiſtoriæ fidem.

5 *Seuthem.*] Vel *Seuthen.* Quod Græcum eſt. *Keuchen.* Nonnulla exemplaria *Seucem* habent, alia *Sceʼym.* Mag. Lamb. Plutarchus ait, exiſtimatum fuiſſe à nonnullis, Alcibiadem, quæ præfectis exercitus Athenienſium pollicitus erat, præſtare, & ipſis adjumentum afferre potuiſſe; ſi Thracum tumultuariam manum, quam in armis paratam habebat, terreſtri itinere in Lacedæmonios convertiſſet. *Magius.*

6 *Regem Thracum deducere.*] Ultrajectinus *inducere:* non male. *Schottus.* Quod eſſet ſubdolis artibus promovere. Infra Annibale: *Si forte Carthaginienſes ad bellum Antiochi ſpe fiduciaque inducere poſſet.* Tacit. 12. Ann. c. 9. *Deſignatum conſulem Memmium Pollionem ingentibus promiſſis inducunt.* Gebhard.

7 *Ut eos terra depelleret.*] Ms. Boecleri, *Ut eum ex terra depelleret. q.f. n. a. c. conflicturum, a.b. compoſiturum.* ut ad Lyſandrum referatur. Similiter ferme Exc. Dan.

8 *Bellum compoſituros.*] Sic loquitur noſter Probus & in Hamilcare & in Annibale. Sic & Pollio ad Cic. x. *Tanquam nihil peius timerent, quam ne ſine maximo reip. detrimento bellum componeretur.*

9 *Philocles.*] Xenophon tradit, prætores, & maxime Tydæum ac Menandrum juſſiſſe eum abire: ſe enim, non illum exercitui præeſſe. Sic Xenophon: Οἱ δὲ στρατηγοὶ, μάλιστα δὲ Τυδεὺς καὶ Μένανδρος, ἀπέπεμψαν αὐτὸν ἐκέλευσαν. Plutarchus: Οὐ προσεῖχον οἱ στρατηγοὶ, Τυδεὺς δὲ καὶ ἐκέλευσεν ἀπαλλαγῆναι.

men poſtulata facere noluit, quod ſentiebat ſe, Alcibiade recepto, nullius momenti apud exercitum futurum. Et [1] ſi quid ſecundi eveniſſet, nullam in ea re ſuam partem fore: [2] contra ea, [3] ſi quid adverſi accidiſſet, ſe unum ejus delicti futurum reum. Ab hoc diſcedens Alcibiades, *Quoniam*, inquit, *victoria patriæ repugnas, illud moneo,* [4] *juxta hoſtes caſtra habeas nautica. Periculum eſt enim ne* [5] *immodeſtia* [6] *militum noſtrorum occaſio detur Lyſandro noſtri opprimendi exercitus.* [7] Neque ea res illum fefellit. Nam Lyſander quum [8] per ſpeculatores comperiſſet, [9] vulgum Athenienſium in terram

ρεῖν. Diodorus: Ταχέως αὐτὸν ἐκέλευσαν ἀπέναι, καὶ μηκέτι παρεσκευάζειν τὰ σκεύη πρός. *Lambinus.*

1 *Si quid ſecundi eveniſſet.*] Diodor. lib. 13. τὰ δ' ἐπιτυγμάτα παρεσόμενον ἅπαντας Ἀλκιβιάδην. *Gebh.*

2 *Contra ea.*] Sic ſolet loqui Probus. in præfatione, *Contra ea, plegaque noſtris moribus ſunt decora.* ubi vide notas.

3 *Si quid adverſi accidiſſet.*] Idem, Τῶν μὲ ἐλαττωμάτων ἑαυτοῖς πρὸ μέμψιν ἀκολουθήσειν. Tacit. vita Agric. capite 27. *Iniquiſſima hæc bellorum conditio eſt, proſpera omnes ſibi vindicant, adverſa uni imputantur.* Gebh.

4 *Juxta hoſtes caſtra habeas nautica.*] In Annibale: *Seſeque ad ſua caſtra nautica retulerunt.* Livius lib. 30. cap. 9. *navalia caſtra* dixit. Differebant autem hæc caſtra ab aliis partim in eo, quod ſemper fierent in littore, partim ideo, quia diverſa ratione muniebantur. Eratque muniendi ea ratio duplex, vel à terra, vel à mari. A terra ducebatur foſſa cum vallo, ab una parte maris in alteram, forma ut videtur ſemicirculari. Ita legimus apud Homerum aliquoties, & apud Polyb. lib. 1. cap. 29. Diodorus lib. 11. de Amilcare: *Quicquid eſt navium longarum ſubduxit, profunda ea foſſa, ligneoque vallo circumdans.* Τεῖχ ξυλίνῳ ἀφειλαθε, ait, quod notandum eſt. Similia & de Ducibus claſſis Perſicæ tradit. A mari, ſive potius in ipſo mari, ſtatuebantur ligna præacuta validaque, veluti in portu, & ante ipſa onerariæ, quarum præſidio & caſtra ipſa tuta eſſe, & naves ſecure egredi ac redire poſſent. *Schefferus* lib. 3. cap. 4. de Militia Navali. Vide Grot. ad *l. ult. ff.* in Flor. Sparſ. *Si à parente quis manum. ſit.* Keuchen.

5 *Immodeſtia militum.*] In Lyſandro initio. *non enim virtute ſui exercitus, ſed immodeſtia factum eſt adverſariorum.* Savaro. ἀταξία, licentia. Sed naſcebatur hæc immodeſtia ex negligentia ducum.

6 *Militum noſtrorum.*] Cod. P. Danielis, *veſtrorum.* Sic pro ſequens τὸ *noſtri* idem *veſtri.* Idem.

7 *Neque ea res illum fefellit.*] Salluſtius: *neque ea res me falſum habuit.* Plutarchus pluribus verbis: Ὅτι μὴ τοῖς ἁμαρτίας ἢ Ἀθηναίων ὀρθῶς συνοίδει, ταχὺ τὸ ἔργον ἐμαρτύρησεν.

8 *Per ſpeculatores.*] Qui alii fuerunt ab exploratoribus apud antiquos. Vide Feſtum & alios, qui notarunt differentiam. Vocis hoc loco primaria appellatio eſt, pro iis, quos κατάσκοπους Græci appellabant, à quibus diverſi fuerunt ſatellites iſti principales ſeu λοχαγοφόροι, qui ab antiquo in legionibus militabant. *Keuchen.*

9 *Vulgum Athenienſium in terram prædatum exiſſe.*] Aliis circumſtantiis narrat Polyænus lib. 1. Ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς οἱ Ἀθηναῖοι πλεύσεις ἀνήχθησαν ἐφ' ὥστε ναυμαχεῖν. Λύσανδρος ὁ Λάκων ἀνθεώρατο. οἱ μὲ ὧν ἀποπλέοντες γαννύμενοι, παιᾶνας ἄδοντες· Λύσανδρος δ κατόπιν πέμπτῃ δύο τριήρεις. Οἱ τριήρεις

terram prædatum exiſſe, naveſque pene inanes relictas: [1] tempus rei gerendæ non dimiſit, eoque impetu totum bellum [2] delevit. At Alcibiades, victis Athenienſibus, 9
non ſatis tuta eadem loca ſibi arbitrans, [3] penitus in Thraciam ſe ſupra Propontidem abdidit, ſperans ibi facillime ſuam fortunam occuli poſſe: falſo. Nam Thraces poſtquam eum cum magna pecunia veniſſe ſenſerunt, [4] inſidias ei fecerunt: qui ea, quæ apportavit, abſtulerunt, [5] ipſum capere non potuerunt. Ille, cernens nullum locum ſibi

χοι τὲς Ἀθηναίες ἐκβάντας ὡς εἶδον, σημεῖον μετέωρον αἴρυσι χαλκῆν ἀσπίδα. Λύσανδρ& αὐτίκα ὑπεσήμαινεν ἐπιπλεῖν. Καὶ οἱ Λάκωνες εἰρεσίᾳ πολλῇ ἐπιπλέυσι. κ) τὲς Ἀθηναίες καλαμβάνουσιν ἀρτι ἐκβάντας, ὧν οἱ μὲ ἀνεπαύοντο, οἱ δ' ἄλλο τι ἔδρων γυμνοὶ πάντες. οἱ Λάκωνες ἄφνω προσπεσόντες ὡπλισμένοις γυμνοῖς, συντεταγμένοις ἀσυντάκτοις, ἐλίκνσαν, αἱρῶσιν ἓν ἀνδρας αἰχμαλώτες κ) τὰς τριήρεις ἁπάσας. ὅτι μὴ μία ἡ Παραλ& ἔφυγεν Ἀθηναζε μόνη τ ἤτησε ἄγγελ&. Gebhard. *Vulgum Athenienſium in terram prædatum exiſſe.*] Hoc ſincerum eſt in Excerptis. Longolius tamen edidit, *prædatam exiſſe*. Ut alibi, *effuſa vulgus*. Et apud Poëtam: *in vulgum ambiguam*; niſi locus mendoſus ſit, ut volunt eruditi, queis libere aſſentior. Sergius in editione ſecunda Donati: *Vulgus & neutro & fœminino genere legimus apud Virgilium. In fœminino*: *In vulgum ambiguam. Neutro: ignobile vulgus.* Quam tamen Grammatici ſcripturam mire carpit doctiſſ. Voſſius de Analog. lib. 1. Vide Joan. Baptiſt. Pium in Annotat. poſteriorib. *Kenchen.*

1 *Tempus rei gerendæ non dimiſit.*] Senec. 3. de ira c. 21. *Belli maxima momenta in occaſionibus ſunt.* Itaque ſemel oblatæ non negligendæ ſunt quum facili momento mutari poſſint. *Loccen.*

2 *Delevit.*] Omnes enim naves in Lyſandri poteſtatem venerunt, novem aut decem exceptis, cum quibus fugit Conon ad Euagoram. Philocles & Adimantus Imperatores vivi capti ſunt: quorum prior à Lyſandro ſupplicio affectus eſt; quod decreviſſet Athenis, ut omnibus hoſtibus, qui in bello caperentur, pollex manus dexteræ præcideretur, quo haſtam ferre non poſſent, remigare poſſent; quemadmodum narrat Plut. in Lyſandro, & Xenoph. 11. de rebus Græciæ; quanquam Xenophon, ut tota dextera manus bello captis præcideretur, ab Athenienſibus decretum fuiſſe ſcribit. Hic idem Philocles, ut refert Xenophon, Corinthios aliquot & Andrios bello captos è ſaxo dejecerat. *Lambin.* Mos iſte à barbaris uſitatus, ut captivos vario ſuppliciorum modo afficerent. Curt. v. 5. Flor. 3. 4. Vide Zopyri hiſtoriam apud Herod. 3. & Juſtin. 1.

3 *Penitus in Thraciam.*] Malim *penitus*. Cicer. quoque conjungit, *abditum penitus aurum & argentum effodere.* Schott. Plutarchus eum in Bithyniam profectum eſſe tradit; ibique à Thracibus, qui illic erant, compilatum & ſpoliatum. Bithyniæ autem partem Thraces incolebant. Xenoph. lib. 3. ἀλλὰ. Ἐλθὼν ὁ Δερκυλίδας εἰς τὴν Βιθυνίαν Θρᾴκων. *Lambin.* Atque ipſi Thraces Bithyni dicti, poſtquam in Aſiam transfretaſſent. Lege Herodotum.

4 *Inſidias ei fecerunt.*] Sic loquuntur boni ſcriptores. Cicer. Procem. actionis primæ in Verrem. *Iſtius inſidiæ nefariæ, quas uno tempore mihi, vobis, M. Glabrioni Prætori, ſociis, exteris nationibus, &c. facere conatur.*

5 *Ipſum capere non potuerunt.*] Vide ſup. 7. 5.

ſibi tutum in Græcia, [1] propter potentiam Lacedæmoniorum, ad Pharnabazum [2] in Aſiam tranſiit. Quem quidem adeo ſua cepit humanitate, ut eum nemo in amicitia antecederet. Namque ei [3] Grunium dederat in Phrygia caſtrum, ex quo [4] quinquaginta talenta [5] vectigalis capiebat. Qua fortuna Alcibiades non erat contentus, neque Athenas victas Lacedæmoniis ſervire pati. Itaque ad patriam liberandam omni ferebatur cogitatione. ſed videbat id [6] ſine Rege Perſarum non poſſe fieri: ideoque eum amicum ſibi cupiebat adjungi: neque dubitabat facile ſe conſe-

1 *Propter potentiam Lacedæmoniorum.*] Qui terræ & maris imperium obtinebant. Plutarch. Φοβηθεὶς ἀρχὴν γῆς καὶ θαλάττης Λακεδαιμονίοις. *Lambin.* De quorum θαλαττοκρατίᾳ, lege quæ ſecundum ſcriptores & tempora notavit ad Polybii lib. 1. Incomparabilis Caſaubonus.

2 *In Aſiam.*] In Phrygiam, in qua erat Pharnabazus; quo adjutore & interprete ſperabat fore, ut ſibi ad Artaxerxem aditus pateret. *Lambin.* Aſia appellatione ἠπειρωτάτην multas provincias complectebatur, quæ Aſianam diœceſim conſtituebant vicario ſubjectam, ſed quæ Aſia ἰδιωτάτως dicebatur, Proconſulis adminiſtrationi ſubjacebat. Aſiana autem diœceſis Aſiam illam includebat omnem, quam veteres ἰδίως ſic vocarunt, cujus & duas partes fecit Agrippa, citeriorem & ulteriorem. Longe majoribus terminis eam circumſcribit Strabo, qui eo nomine intelligi voluit, quicquid intra Ponticum, Hegæum & Cilicium maria concludebatur, ad inſtar peninſulæ. Duabus his partibus Aſiæ nomen proprium factum. Citerior Lydiam, Cariam, Myſiam, Phrygiam & Helleſpontum continebat. Pars ſuperior Pamphyliam, Lycaoniam, Galatiam, Piſidiam, Iſauriam & Ciliciam. Hujus diviſionis expreſſa veſtigia reperio in Thracenſium provincia & Anatolica infimis imperii temporibus, ut apud Conſtantinum περὶ θεμάτων legere eſt. Τῶν Θρακησίων θέμα plane reſpondet Aſiæ citeriori: τὸ ἀνατολικὸν, ulteriori. Hinc utrumque θέμα μικρὸς Ἀσίας nomine appellatum tradit Conſtantinus. Utriuſque fere θέματα provincias comprehendebat Ἀσιανὴ διοίκησις. *Salmaſ.*

3 *Grunium.*] Sic legendum, non ut habent libri quidam vulgati, *Grimium.* Quanquam liceat etiam *Grynium* legere, ut eſt in exemplis Baſileenſibus, & idem valet. Commemorat hunc locum & Xenoph. l. III. ἐλλ. non longe à principio: ἤρχοντο ὁ μὲν ἀπὸ Γάμβρειον καὶ Παλαιγάμβρειον· ὁ δὲ ἀπὸ Μυρίναν καὶ Γρύνιον· ἔδωσαν δὲ αὐτῷ αἱ πόλεις ἅσαν ὧνπερ βασιλῆι. *Lambin.* Athenæus lib. 1. Perſarum regibus fuiſſe ſolenne ait totas civitates donare. *Longol.*

4 *Quinquaginta talenta vectigalis capiebat.*] Vulgati, *habebat.* Schott.

Quinquaginta.] Schott. è Mss. & Ed. Ultraj. leg. *Quinquagena.* Quomodo ſupra, 3, 3. in Ms. Giſanii, Sch. Boecl. erat *Quadringena & ſexagena.*

5 *Vectigalis capiebat.*] Recte, non *habebat* ut in vulgatis. Cic. contra Rullum, *Majores noſtri non ſolum id, quod à Campanis ceperant, non imminuerunt.*

6 *Sine Rege Perſarum.*] Artaxerxe. *Lambin. Longol.* Hic enim mortuo tunc Dario Perſis imperabat. *Magius.* Vide Juſtin. VI. cognomento μνήμων dictus, ſive ut Hieronymus interpretatur, *Recordans.* Druſius, Berneccerus, & alii. Cujus auxilio volebat impotentiores juvari: non tam ut vincerent, quam ne ſuccumberent. in Ms. Dan. erat *Rege Perſe.*

1 *Cyrum*

ſequuturum, ſi modo ejus conveniendi habuiſſet poteſtatem. Nam [1] Cyrum fratrem [2] ei bellum clam parare, [3] Lacedæmoniis adjuvantibus, ſciebat. [4] id ſi ei aperuiſſet, magnam ſe ab eo initurum gratiam videbat. Hæc quum moliretur, peteretque à Pharnabazo, ut ad regem [5] mitteretur: [6] eodem tempore Critias [7] cæterique tyranni Athenienſium [8] certos homines ad Lyſandrum in Aſiam miſerunt, qui eum certiorem facerent, niſi Alcibiadem ſuſtuliſſet, nihil earum rerum fore ratum, [9] quas ipſe Athenis conſtituiſſet. Quare ſi ſuas res geſtas manere vellet, illum perſequeretur. [10] His Lacon rebus commotus, ſtatuit accura-

1 *Cyrum fratrem.*] Cyrum minorem, Darii & Paryſatidis filium. *Lamb.* Cui pater moriens civitates, quarum præfectus erat, teſtamento legavit. *Juſtin.* VI. Dictus eſt Cyrus à flumine Cyro. *Strabo* XV. A κύων, canis. *Vitalpand.* Cujus ubera ſuxiſſe credebatur, quia ejus nutrix dicebatur Σπακώ. *Herod.* Hodie كلب Sâac, quod Medis canis *Thyſ.* Vel à Cyrus, quod Perſis Sol. *Plutarch. Cteſ. Plethon. Briſſon.* Unde Græcorum Κύριος profluxit, quia Sol credebatur Dominus Univerſi. Vide Teixeram & Schich. Tarich. Priora indubie falſa ſunt. Poſterius diſplicet Scaligero VI. de Emendat. Tempor. Quia ſol Perſis Coreſed, Cores vero cibus & ſatietas. Proculdubio nomen illud regium fuit, vel à Sole, vel ab imperio deductum. *Ku* Perſis Princeps, unde prima ejus ſyllaba *Cai*, vel *Cy*. Quid ultima *res* ſignificet, quæri poteſt. Nam non eſt ex Hebræo ראש. *Horn.*

2 *Ei bellum clam parare.*] Juſtinus: *Itaque occulte adverſus fratrem bellum parabat.*

3 *Lacedæmoniis adjuvantibus.*] Addit Juſtinus; *fuiſſe memores Athenienſi bello enixe ſe ejus opera adjutos.* Illorum Dux tum erat Clearchus, cui addunt Proxenum Bœotium & Mnemonem Theſſalum.

4 *Id ſi ei aperuiſſet, magnam ſe ab eo initurum gratiam videbat.*] Mſc. Boecl. *Id ſi ap. magnam ſe init. gr. v.* Illud *ab eo* aberat etiam Mss. Dan. & Leid.

5 *Mitteretur.*] Quidam legendum putant, *admitteretur.* Lambin.

6 *Eodem tempore Critias.*] Ille, qui ΠΑΗΜΟΧΟΗ appellatur tyrannus, unus è triginta, quos Lyſander Athenienſibus impoſuit: ſed omnium fere immaniſſimus & ſceleſtiſſimus, ut non injuria ἁπλῶς Tyrannus nominetur. *Caſaubon.*

7 *Cæterique.*] XXIX. Quorum nomina à Xenophonte numerantur I. II. ἰλλω.

8 *Certos homines.*] Sed Plutarchus tradit, non ante adductum eſſe Lyſandrum, ut Alcibiadem de medio tollendum curaret, quam id nominatim ab Ephoris ei mandatum eſſet: ſive quod ingenium viri ad res magnas ſuſcipiendas promptum atque expeditum extimeſcerent; ſive quod Agidi gratiam facere vellent. *Lamb.* Vide Iſocrat. Orat. περὶ ζεύγους.

9 *Quas ipſe Athenis conſtituiſſet.*] Quæ ipſo auctore, agenteque ſunt conſtitutæ in procuratione reipublicæ ſcilicet, ἐπείτε τῶν πολιτείαν ἀρχή. *Boecler.*

10 *His Lacon.*] Inſpecti Savaroni libri, *his latoribus commotus.* Sed exſtitit ab ignorantia alterius. Probo aliorum librorum ſcripturam, *Laco.* Ad eum modum Græca terminant Latini. Hinc Priſcianus lib. I. Expellitur N à Græcis in ων deſinentibus, quum in Latinam tranſeunt formam, ut *Demipho, Simulco, Dra-*

curatius sibi agendum cum Pharnabazo. [1] Huic ergo renunciat, quæ regi cum Lacedæmoniis essent; nisi Alcibiadem vivum aut mortuum tradidisset. Non tulit hoc Satrapes, & violare clementiam, quam regis opes minui maluit. Itaque misit [2] Syssamithren & [3] Bagoam [4] ad Alcibiadem interficiendum, quum ille esset in Phrygia, iterque ad regem [5] pararet. Missi, clam [6] vicinitati in qua tum Alci-

co. Sic Statio *Agamemno.* Per Laconem intelligit Lysandrum, & ita bis infra vocat Agesilaum. Itaque recte scriptum est in Timotheo: *A quo cum Laco pecuniam numeratam accepisset.* Diod. XIII. de Gylippo: τοῦτα λαβὼν Γύλιππος ὁ Λακεδαιμόνιος μισθὸν τὸ πλῆθος, καὶ τοῦ διοικεῖν γράμμα ἀνύρησι. Val. Flaccus Argon. lib. I. pag. 421.

Taurea vulnifico portat calataque plumbo
Torqua Laco. Gebh.

Lator tamen pro tabulario etiam à Suetonio dicitur Calig. cap. 44.

1 *Huic ergo, &c.*] Sic Schott. Savaro. *Hinc.* Lambinus. *Societatem q. rez. cum Bated. esset stare non posse fœderaque irrita futura.* Schott. *Renunciat.*] Id est, vel nuntio vel edicto irritum facere, de quo convenit. Sic Cicer. dixit *Renunciare hospitium alicui & domo emigrare.* Et ad Atticum *renunciare conductionem.* In Verrem, *Renuntiat Rabonius illam decisionem tutoribus.* Gebh.

2 *Syssamithren.*] Libri quidam, *Susamythrem.* Unde alii, *Susamethrem.* Malo tamen *Susamithrem*, quem ex Plutarcho Pharnabazi patruum fuisse, adducunt Magius & Lambinus. Nomen Persicum est, quo etiam vocatus Nauræ Satrapes apud Curtium lib. VIII. cap. 24.

3 *Bagoam.*] Libri quidam *Bageum.* Magius ac Lambinus ex Plutarcho *Magæum* reponunt. Ego sequor hoc loco Schotti judicium, & veteris libri auctoritatem. Diodor. nomina percussorum non exprimit, contentus monuisse ἀπεστείλαι τοὺς ἀνῃλοῦντας καὶ τοῦτο ὁδὸν τὴν Ἀλκιβιάδου. Gebhard. Sane *Bagoam* legendum: Nam non tam est nomen proprium, ut vult Serrarius, quam commune, Persis significans Eunuchum. Suidas βαγώας. ὄνομα εὐγενὲς. ὃς ἦν εὐνοῦχος. Vide Plinium XIII. Ovidius II. Amor.

Quem penes est Dominam servandi cura
Bagoi.

Sic Alexandri M. Eunuchus fuit Bagoas. *Curt.* X. & Herodis quoque. *Ioseph.* XVII. 3.

4 *Ad Alcibiadem interficiendum.*] Diodorus lib. XIV. de morte Alcibiadis duplicem affert historiam: unam brevem & nudam: Pharnabazum Darii Satrapen, ut gratiam iniret à Lacedæmoniis, comprehensum Alcibiadem Athenienſium occidisse: Φαρνάβαζος, inquit ille, ὁ Δαρείου Σατράπης, Ἀλκιβιάδου τοῦ Ἀθηναίων συλλαβὼν ἀνεῖλε, χαρίσασθαι βουλόμενος Λακεδαιμονίοις. Alteram longiorem & suarum causarum expositione illustratam: cujus auctorem Ephorum scribit, quæ est hujusmodi: Alcibiadem cum cognovisset, Cyrum de inferendo fratri bello cogitare, venisse ad Pharnabazum, ab eoque petivisse, ut sibi omnium primo liceret eo adjuvante, & aditum ad regem patefaciente, Cyri consilium Regi Artarxerxi enuntiare: Pharnabazum Alcibiadi hoc invidisse, & quod ab Alcibiade acceperat, sibi vindicantem, fidos homines ad regem misisse, qui Cyri cogitata ei significarent: Alcibiadem à Pharnabazo repulsam passum, ad Paphlagoniæ Satrapam se contulisse; ut, quod sibi negarat Pharnabazus, ab eo impetraret: Pharnabazum hoc comperto, certos homines, qui eum in itinere interficerent, misisse. *Lambin.*

5 *Pararet.*] Vulgati, *compararet.*

6 *Vicinitati.*] Codex vero Burgensis sic habet: *Missi clam in civitatem, in qua tum*

Alcibiades erat, dant negocium, ut eum interficiant. Illi quum eum [1] ferro aggredi non auderent, [2] noctu ligna contulerunt [3] circa caſam eam, in qua quieſcebat, eamque ſuccenderunt, ut incendio conficerent quem manu ſuperari poſſe diffidebant. Ille autem [4] ſonitu flammæ excitatus, quod gladius ei erat ſubductus, familiaris ſui [5] ſubalare

tum Alcibiades erat, introëunt: quibus datum negotium, ut eum interficiant. Sed hæc lectio improbanda. *Magius.* Plutarchus & Diodorus κώμη. Sic & M. Tullius uſurpavit nomen vicinitatis. *Lamb.* Græci tamen κωμάω uſurpant pro populis in civitate degentibus. Unde cum Suidas explicaſſet vicum; addit, τὰς ἐν τῇ πόλει δήμους κώμας προσαγορεύεσθαι. Hanc vicinitatem Meliſſam vocatam ſcribit Athenæus lib. XIII. Quam nomen urbis eſſe, communiter etiam tradunt Geographi. Vide lubet eundem Suidam & Stephanum. *Keuchen.*

1 *Ferro aggredi.*] Libri quidam veteres habent, *cum ſecurò aggredi.* Quæ ſcriptura quomodo ferri poſſit, aut quid ſibi velit, non video; niſi dicamus *ſecurò* poſitum pro *ſecurè*: ut *arcanò* dicebant veteres pro *arcanè*, & *tutò* pro *tutè*, & *manifeſtò* pro *manifeſtè*, & ſimilia. Plutarchus: ἐκ ἐτόλμησαν εἰσελθεῖν. *Lamb. Mag.* Mſc. Leid. *Illi cum ferro non auderent.* Omiſſo altero verbo. Quam lectionem ſi admittas, *audere* abſolute dictum erit, ut ſæpe apud Tacitum. Hiſt. 1,35. *Ignaviſſimus quiſque, & in periculo non auſurus.* 2. Hiſt. 25. eod. lib. cap. 71. *Ingratus Principi & adverſus Neronem auſus.* 5. Hiſt. 11. *Judæi ſub ipſos muros ſtruxere aciem, rebus ſecundis longius auſuri.*

2 *Noctu ligna contulerunt.*] Diodor. Νυκτὸς προσθεῖναι ξύλων πλῆθος.

3 *Circa caſam eam.*] Diſſentiunt heic Codices & Commentatores. Alii: *Circa domum ſtramineam.* Lambini hæc lectio: Qui etiam conjicit *ſcenam ſtramineam*, quia Diodorus: Τὲς δὲ κραλαβόντας ἔν τινι κώμῃ Φρυγίας κραδισκηνωκότα. Sed Cl. Schottus hanc temeritatem merito caſtigavit. Savaronis, aliique libri *Samineam.* Folium Sibyllæ. Quoniam in Mss. reperitur *circa Sammeam*, non abſurdum eſt, emendationi Schoppianæ accedere, *circa caſam eam.* Schotti conjectura quam non ut certam, ſed confetendæ ſymbolæ ad aliorum acumina excitanda ſtatuit; *circa ſcanduleam*, vel *circa ſcamillum*, quo quieſcebat, ejus eſt pretii, quo eam ipſe auctor venditavit. *Gebh.* Vide *Boeclerum.* Lege *circa domum Saniſenam.* Saniſene appellatur tractus in confinio Phrygiæ & Galatiæ. *Voſſius.* Notis ad Juſtin. 5. 8. Paulus Ligius bonæ ſpei juvenis ſic emendandum contextum putabat: *Circa ſtramineam caſam.* Veriſimile enim ipſi videbatur, domum illam fuiſſe *ſtramineam*, cum ligna non ad oſtium ſolum, ſed circa eam poſita ſcribat Probus (etſi apud Livium ſe legiſſe diceret, & circa turrim lapidibus conſtructam ligna incendii gratia fuiſſe aliquando allata) quaſi parietes maxime eſſent incendio obnoxii. *Stramineas* vero *caſas* ab antiquis fieri conſueviſſe, apertiſſimum eſt. Ovid. Am. 2. el. 9.

Roma niſi immenſum vires promôſſet in orbem
Straminei eſſet nunc quoque denſa caſis.

Cæſar lib. 6. de B. G. *Gallos ſua quoque ætate caſas ſtramine tegere conſueviſſe teſtatur.* Sed alieno hic potius quam meo uti velim arbitrio. *Magius.* Sed vocuæ quidem *domus*, nullus hic locus ſicut omnes teſtantur qui Mſc. codices inſpexere. *Boecl.*

4 *Sonitu flammæ.*] Strepitu. Curtius lib. 7. *Sonabant incendio ſilvæ.* Mss. Boecl. & Leid. hoc modo legunt hunc locum, *Ille autem ut ſonitu fl. eſt excitatus, etſi glad.* Bene & ſic etiam Schioppius legendum conjecerat. Veriſ. 4. 8.

5 *Subalare telum.*] Intelligit ſicam, quam μαχαίριον μικρὸν vocat Cedrenus.

lare telum eripuit. Namque erat cum eo [1] quidam ex Arcadia hoſpes, [2] qui nunquam diſcedere voluerat. Hunc ſequi ſe jubet, & id [3] quod in præſentia veſtimentorum fuit, [4] arripuit. [5] His in ignem ejectis, flammæ vim tranſit. Quem ut barbari incendium [6] effugiſſe eminus viderunt, telis miſſis interfecerunt, [7] caputque ejus ad Pharnabazum retulerunt.

Paulus JC. appellatione *telorum* omnia accipi dicit, quibus ſinguli homines nocere poſſunt. Et veriſimile eſt, Alcibiadis familiarem talem ſicam vel pugionem habuiſſe, quam facilius ſub alis geſtare poſſet. *Keuchen.* Barthius leg. *ſubulare.*

1 *Quidam ex Arcadia hoſpes.*] Concinnius Veteres, *quidam Arcadia hoſpes.* Et ita in Sluiskenii membranis. *Hoſpes Arcadia*, hoſpes eſt Arcadicus, vel ex Arcadia; ut *hoſpes Zacyntho*; Ζακυνθόθεν: *hoſpes Epheſo*, apud Plautum. Sic *anus Corintho, mercator Rhodo, uxor Lemno, linum Chio*, & alia frequentata ſcriptoribus Latinis. *Keuch.*

2 *Qui nunquam diſcedere voluerat.*] Longolius, *diſcedere ab eo voluerat.*

3 *Quod in præſentia veſtimentorum fuit.*] Sic Plutarchus: Τῶν ἱματίων τὰ πλεῖστα καὶ τῶν γραμμάτων συναγαγὼν, ἐπέβριψε τῷ πυρί. *Lambin.*

4 *Arripuit.*] Codex Danielis, *arripit.*

5 *His in ignem ejectis.*] Extorſum nempe exillo loco, in quo quietem ceperat. Quare vana eſt Lambini curioſitas *injectis*, ſeu *conjectis*, ſubſtituentis. Front. lib. II. cap. IX. 2. *Claudius Nero caput Aſdrubalis in caſtra Annibalis ejecit.* Gebhard.

6 *Effugiſſe eminus viderunt, telis miſſis interfecerunt.*] Malo diſtinguere: *effugiſſe viderunt, telis eminus miſſis interfecerunt.* Curtius lib. 8. c. 66. *Sed dum ſupervenientes contemptim & ſuperbe quoque exſpectant, circumventi ab his, qui occulte enataverant, eminus obruti telis.* Nepos Chabriâ, *Cominus pugnans telis hoſtium interfectus eſt.* Gebh. P. Dan. Sic Plutarchus: Ἀλλ' ὑποστάντες ἔβαλον ἀκοντίοις καὶ τοξεύμασιν. Diodorus aliter: Κεκληθέντα ὑπὸ τῆ πυρᾶς, καὶ τῆ εἰς αὐτὸν ἀκοντιζόντων, τελευτῆσαι. *Lamb.* Alii alia. Tradunt illi vivum ipſum in cubiculo, in quo dormiebat, crematum eſſe. *Juſtin. Oroſ.* Sunt, qui in Meliſſa occubuiſſe, ibique ſepultum ſcripſerunt. *Athenæus* XIII. Sed omnium maxime diſcrepat Ariſtoteles lib. VI. c. 29. de natura animalium, ubi dicit: *Monte Aſiæ Elapho nomine apud Arginuſſam, quo loco Alcibiades mortem obiit, cervæ omnes ſciſſa aure ſunt.* Keuch.

7 *Caputque ejus ad Pharnabazum retulerunt.*] In cædibus injunctis capita referebantur fidei peracti ſceleris acquirendæ ad mandatores. Vide *Curt.* VII. c. 14. VIII. 18. *Tacitum* XXIV. Ann. c. 57. Hoſtium vero vel inviſorum Principi referebantur ad gratiam, præmiumve conſequendum. *Tacit.* lib. II. Hiſt. c. 16. Curtius lib. 3. fin. lib. 8. c. 61. Interdum una cum capite dextra relata ad regem, à quo mercedem lator ſpectabat. Polyæn. l. 8. Τὸν δὲ Κερίσοφον Ἐξαίθρης ἀνεῖλε παρθυαῖος, καὶ τὰν δεξιὰν ὑποκόψας ἐκόμισε πρὸς μέγαν βασιλέα τῆ Παρθυαίων. Notandum quoque reciſa inviſorum hoſtiumve capita potentibus mulieribus oblata, ut hac crudeli lætitia impotentem animum titillarent. De capite Joannis Baptiſtæ nota res eſt. *Tacit.* lib. XIV. cap. 64. *Additur atrocior ſævitia, quod caput amputatum, latumque in urbem Poppæa vidit.* Sic crudele & atrox ſpectatum ab Æmula Octaviæ demptum caput. Quid de Fulvia dicendum eſt, quæ Ciceroni exſertam linguam aciculis compunxit? Quid de Alcmena Jovis pellice, quæ caput Euryſthei ad ſe ab Hyllo nepote delatum cum neſciret, qua contumelia tractaret, κεφαλὴν τὸς ὀφθαλμὸς ἐξώρυξεν αὐτῆ, ut habet Zenobius Centur. III.

runt. [1] At mulier quæ cum eo [2] vivere consueverat, [3] muliebri sua veste contectum, ædificii incendio mortuum cremavit, quod ad vivum interimendum erat comparatum. Sic Alcibiades, annos circiter quadraginta natus, diem obiit supremum. Hunc [4] infamatum à plerisque tres graviſſimi historici summis laudibus extulerunt: Thucydides, qui ejusdem ætatis fuit: Theopompus, qui fuit post aliquanto natus: & [5] Timæus, qui quidem [6] duo maledi-

tur. II. 61. Polyæn. l. VII. Tissaphernes Ὑπολειμῶν Tithrausti τῷ κεφαλῇ ἀνεκόμιζε βασιλεῖ. βασιλεὺς δ' ἔπεμψε τῇ μνλῇ Παρυσάτιδι. Hostilibus vero ducibus ideo præciduntur capita, eaque adversæ partis stationibus ingeruntur ad infringendum animum. Vide II. *Machab.* XV. 35. de suspenso capite Nicanoris, *Livium* XXVI. de capite Asdrubalis, Amm. *Marcellinum* XXVI. 29. de capite Procopii. Victor de Vir. Illust. cap. 48. Frontin. l. II. cap. II. *Justinum* XXIV. 5. de capite Ptolemæi. Hoc antiqui vocabant ἀκροϖηλιάζειν, cum in signum victoriæ, hostium capita & manus præcisas referrent. Diodor. Sicul. libro 13. Ἠκροϖηλίαζον δ' οἱ τὰς νικηθὲς καὶ τὸ πάτερον ἤθος, οἱ πίνες μὲ χεῖρας ἀφῄφεϱον τοῖς σώμασι, πίνες δ' κεφαλὰς ἐπὶ τ γαιῶν οἱ τ σαυλῶν ἐπέχοντες ἔφερον. *Gebhard.*

1 *At mulier.*] Hanc Plutarchus *Timandram* vocat, & Laïdis Corinthiæ matrem fuisse refert. Athenæus vero *Theodotam* nuncupat, lib. XII. cap. 12. *Magius.* Qui testatur, adfuisse Alcibiadi duas meretricules, Damasandram & Laidos junioris matrem, & Theodoten, quæ funus illius curavit. De somnio, quod Alcibiades de hac amica habuerit, & mortis præsagio, Cicero lib. de divinatione II. & Val. Maximus l. I. cap. 5. *Longol. Mag.*

2 *Vivere.*] Hanc vocem expungit Ultraj. & sic de ἑταίρεσις Romani loquebantur. *Schott.*

3 *Muliebri sua veste.*] Cicero: *Amica corpus ejus texit suo pallio.* Plutarchus: Καὶ τοῖς αὐτῆς ϕᾶρεσι, καὶ ϕᾶρεκαλύψασα χλανίσκοις, ἐκ τ παρόντων ἐνδύσα λαμπρῶς καὶ φιλοτίμως. Duas causas affert Magius, cur pallio suo seu stola mulier Alcibiadem exurendum texerit: Quarum postrema à ritu sepulchrali desumpta est, quem in exornandis cadaveribus veteres observabant. Quod vel ex Homero patet, ubi Penelopen inducit, vestem facientem Λαέρτῃ ἥρωϊ ταφήϊον.

4 *Infamatum à plerisque.*] Cum ab aliis, tum ab Antiphone, qui librum scripsit contumeliæ in Alcibiadem, ut Athenæus testatur lib. XII. cap. 4. & Lysia oratore, qui orationem contra Alcibiadem composuit. Testatur idem Athenæus lib. XII. cap. 4. *Mag.* Vid. Athen. lib. XII. qui ex Satyro scriptore ejus mores ibi eleganter depingit. Voluptatem ejus Lysias Orator. Ab Eupolide quoque comico lasciviæ notatus, in Adulatore.

Alcibiades à fœminis nunc exeat.
Delire quid dicis? tuamne abiens domum
Exercitabis conjugem?

Et Pherecrates:

Alcibiades non est vir, ut tu existimas,
Muliercularum namque vir fuit omnium.

Longol.

5 *Timæus.*] Codex Danielis, *Thymæus.* Qui à maledicentia sua *Epitimæus* dictus.

6 *Duo maledicentissimi.*] Unde Theopompum Athenæus l. VI. δυσϕημότατον appellat, parum constans sibi. Sed quia ingenua libertate vitia hominum carpserat, multorum odia veritas illi paraverat. Itaque βάσκανον & aliorum virtutibus invidentem multi pronunciarunt.

ledicentiſſimi, neſcio quomodo in illo uno [1] conſenſerunt. Nam ea, quæ ſupra diximus, de eo prædicarunt, atque hoc amplius, quum Athenis [2] ſplendidiſſima civitate natus eſſet, omnes Athenienſes ſplendore ac [3] dignitate vitæ ſuperaſſe. Poſtquam inde expulſus, Thebas venerit, adeo ſtudiis eorum inſerviſſe, ut nemo eum labore corporiſque viribus poſſet [4] æquiparare. [5] Omnes enim Bœotii magis firmitati corporis quam ingenii acumini inſerviunt. Eundem apud Lacedæmonios, quorum moribus ſumma virtus [6] in patientia ponebatur, ſic duritiei ſe dedidiſſe, ut parſimonia victus atque cultus omnes Lacedæmonios vinceret.

quos refellit Dionyſius Lucianus de conſcribenda hiſtoria: τῷ αὐτῷ τῷ Θουκυδίδῃ καὶ ἡγορείαν ἕξεις φιλαπεχθημόνως καὶ ἡγορρᾳνίῃ τῷ πλείστων. Hinc *Theopompicum ſcribendi genus* nominat Cicero, cum de omnibus omnia libere palam dicuntur: ad Atticum lib. 11. *Caſaubon.* De Timæo vel ex Suida licet cognoſcere, eum amarum & acerbum fuiſſe aliorum accuſatorem. Lege Polybium, l. xii. Videndus Voſſius de Hiſtor. Græcis 1, 7. & 12.

1 *Conſenſerunt.*] Libri Mss. quos P. Daniel & Cl. Vir Andreas Schottus tractarunt, *laudando conſuerunt.* Alii *conſcierunt.* Aliquid latet, quod ſine indicio melioris codicis, vix ac ne vix quidem detegetur. *Gebhard.*

2 *Splendidiſſima civitate.*] Neſcio cur hæc Lambin. aliique ſuſpectent, cum in Mss. Codd. habeantur. Et ſimiliter ſupra locutus noſter cap. 1. In ſequent. aliis vox *omnes*, aliis *Athenienſes* abeſt. Lambin. utrumque tollebat. Ego poſterius malim, ſuadentibus Mss. Boecleri & Leidenſ. qui diſerte: *Omnes ſplendore ac dignitate v. ſup.*

3 *Dignitate vitæ.*] Cum *ſplendore* jungitur, intelligiturque τὸ σημνοπρεπὲς μεθ' ὑπεροχῆς καὶ ἀξιώσεως. *Boecler.*

4 *Æquiparare.*] In Themiſtocle, *ut ipſam urbem cum dignitate æquipararet.* Savaro.

5 *Omnes enim Bœotii magis firmitati corporis, quam ingenii acumini inſerviunt.*] Corporum Bœotiorum robur ac firmitudinem aliquoties commendat Diodorus lib. xv. Οἱ δὲ Θηβαῖοι, inquit, τῇ τε ῥώμῃ τῶν σωμάτων καὶ ταῖς ἀλκαῖς ἀφιέρωνται. Senſus Nepotis eſt: Bœotii majus ſtudium, pluſque operæ impendunt in acquirendo confirmandoque corporis robore, quam in excolendo ingenio. Epaminonda: *Namque illi genti* (Thebanorum) *plus eſt virium, quam ingenii.* Hinc alii Βοιωτοὺς βοῦς τοὺς βόας denominatos volunt, ὡς ἂν ὄνους ταῖς διανοίαις ἄγαν δυσκινήτους ob craſſitiem ingenii. *Gebhard.* Atque ob firmitatem corporis ἀνδρείους vocat illos *Euſtathius*, quos ob ſtupidam naturam miris modis reliqui Græci exagitarunt. Cicero de Fato: *Athenis tenue cœlum; ex quo acutiores etiam cenſentur Attici: craſſum Thebis; itaque pingues Thebani & valentes.* Uſque adeo verum eſt, quod Plato dicit in Timæo: κατὰ τοὺς Οὐρανοῦ τόπους κρᾶσιν ὑδῶν χυσίν. *Keuchen.* V. Prov. *Sus Bœotica*, & interpretes ad illud Horatii epiſt. 2. *Bœotum in craſſo jurares aëre natum.*

6 *In patientia ponebatur.*] Horatius Od. 7. lib. 1. Carm.

Me nec tam patiens Lacedæmon.

Ob rigorem nimirum diſciplinæ, cujus inſtitutor erat Lycurgus. Lege Plutarchum in Lycurgo & Laconum inſtitutis.

1 *Thra-*

ceret. Fuiſſe apud [1] Thracas homines vinolentos, [2] rebuſque venereis deditos: hos quoque in his rebus anteceſſiſſe. Veniſſe ad Perſas, apud quos ſumma laus eſſet [3] fortiter

1 *Thracas homines vinolentos.*] Plato de legibus 1. Horat. 1. Odar. 27.

Natis in uſum lætitiæ ſcyphis
Pugnare Thracum eſt. —

Ad quem locum lege, quæ commentatus eſt eruditiſſimus Torrentius. *Schottus.*

2 *Rebuſque Venereis deditos.*] Quod Thracas homines ſimplici ingenio & ſub frigido cælo natos deditos *rei veneriæ* inſimulat Nepos, mihi merito forte ſuſpectum eſt, & *reique veterinæ* legendum. Quomodo de hoc ipſo Alcibiade Plutarchus in Thracia vino & equitationi indulgere ſolitum refert: Ἐν Ἰωνίᾳ χλιδανὸς, ἐπιλήπτης, ῥᾳθυμῶν, ἐν Θρᾴκῃ μεθυσικὸς, ἱππαστικός. *Veterinum* autem Plinius adhibet lib. XI. c. 46. & l. 17. 23. Gloſſæ Philoxeni: *Veterina beſtia*, ὑποζύγιον. *Veterinarium* autem Columella lib. XI. R. R. cap. 1. *Schott. Rebuſque veneriis deditos.*] Ebrietatis pediſſequa eſt Libido, Bacchuſque certus Veneris hortator & armiger Apulejo appellatur, neque fortius homines in Venerem ſtimulantur, quam cum mero alioque generoſiore potu incaluerunt. Nota eſt hiſtoria Lai. Martial.

— *Duri compreſſa eſt nupta coloni*
Incaluit quoties ſaucia vena mero.

Varro Eumenid.

Ego autem, qui eſſem plenus vini & Veneris.

Memorabilia ſunt verba Scholiaſtæ in Ariſtophanis Acharnenſ. Ἴσως ὅ κῆ ὅτι παίδων χύσεως αἴτιος ὁ θεὸς. Ἡδονὴν γὰρ κῆ ἀφροδίσια μίθη ἐξανίσησι. Τοὶ γὰρ ἐν κῆ λαῖ ἐκθὲς ἑαυτὸν μίθῃ, ἔστ βαχχεῖον ποσὼν ἐφθτδυσι παῖδα. Et paullo poſt: Διωνυσίῳ ἡ φαλλὸν ἰταϊέρον εἶναί φησι. ἀκόλωθα γὰρ Διονυσιακῷ πῶλῳ τὸ ἀφροδίσια. Adducit præterea locum ex Euripidis Phœniſſis. Ergo cum *οἱ μεθύοντες γίνωνται πρὸς τὰ ἀφροδίσια*, quod non ignoravit Agrippina Neronis mater, *quæ ardore retinendæ potentiæ eo uſque provecta eſt, ut medio diei, cum id tempus Nero per vinum & epulas incaleſceret, offerret ſe ſæpius temulento comptâm & inceſto paratam.* Tacit. lib. XIV. Annal. c. 2. ex Cluvio. Val. Maxim. lib. II. cap. 1. 5. *Proximus à Libero Patre intemperantiæ gradus ad inconceſſum Venerem eſſe conſueuit.* Cur Thracas aliter affectos putemus? An ſunt ſimplici ingenio & frigido cœlo nati? Prius nego; alterum intendendam ad libidinem non minimum conferre nobis omnes, præſertim cum interiore parte per frigus cohibitus calor vino, quaſi ſuffuſo oleo, gravius ſuccendatur. Neſciiſſe hoc dicemus Ovidium, qui Thraces gentili vitio libidinoſiores canit? Lib. VI. Metam. de Tereo.

Digna quidem facies, ſed & hanc innata libido
Exſtimulat; pronumque genus regionibus illis
In Venerem eſt, flagrat vitio gentiſque ſuoque.

Hæc tacitus præteriiſſem, niſi aliqua conjectura Viri amici & alioqui doctiſſimi profligendæ officium humanitatis, ne ejus auctoritate alii in fœdum errorem traherentur, promere injunxiſſet. *Gebhard.*

3 *Fortiter venari.*] Xenophon lib. I. Κύρ. παιδ. Strabo lib. XV. Omnes bellicoſæ gentes venationibus ſtudent, hocque ſe labore durant ad bellum. De Parthis Tacit. II. Annal. 2. lib. XI. c. 2. Germanis Cæſar lib. 6. cap. 21. & 28. Suevis lib. IV. de B. G. c. 1. Ideo Amazones *virgines in eundem morem, neque lanificio, ſed armis, equis, venationibus exercebant.* In Militari Viro quoque commendatur eum per remiſſionum intervalla ſcite venatu uti. Claudian. 1. de Laudib. Stilic. *Si quando ſociis tecum venatibus ibant*
Quis Stilicone prior ferro penetrare leones
Cominus, aut longe virga transfigere tigres? Gebh. *Fortiter venari.*] De Per-

ter venari, [1] luxurioſe vivere. Horum ſic imitatum conſuetudinem, ut illi ipſi eum in his maxime admirarentur. quibus rebus effeciſſe, ut, apud quoſcunque eſſet, princeps poneretur, habereturque [2] chariſſimus. Sed ſatis de hoc: reliquos ordiamur.

ſarum venatione ac lusu Strabo lib. 15. & Horat. 1. Oda ultima, *Perſicos odi puer apparatus*, ubi poſt Lambin. Torrentius præclare ut mitram Briſſonium & Joan. Druſium lib. XII. obſerv. *Schottus.*

1 *Luxurioſe vivere.*] Vide quæ ad Panſaniam notavimus.

2 *Chariſſimus.*] Codex Danielis, *caviſſimus*. Quidam legi volunt, *clariſſimus*. Ego nihil muto. *Lambinus. Haberetur que chariſſimus.*] Merito probamus Excerptorum Latinitatem, quam non vetuſtas modo, ſed etiam bonitas tuetur: *haberetur que kariſſimus*. Qui ſcribendi mos obtinuit florente Roma, refellitque ſciolorum criticorum φιλοκαισαρ, ut ex antiquis monumentis etiamnum cognoſcimus. Inſcriptio, quæ exſtat pag. 329. CONJUGI. SUO. KARISSIMO. *Kenoben.*

THRA-

THRASYBULUS.

VIII.

[1] THRASYBULUS Lyci filius Athenienſis. Si per ſe virtus ſine fortuna ponderanda ſit, dubito an hunc primum omnium ponam. [2] Illi ſine dubio neminem præfero, fide, conſtantia, magnitudine animi, [3] in patriam amore. Nam quod multi voluerunt, [4] pauci potuerunt, ab uno tyranno patriam liberare: huic contigit, ut [5] à triginta oppreſſam tyrannis, è ſervitute in libertatem vindicaret. Sed neſcio quomodo, quum eum nemo anteiret his virtutibus, multi nobilitate [6] præcurrerunt. Primum [7] Peloponneſio bello [8] multa hic ſine Alcibiade geſſit: ille, nul- 1

1 *Thraſybulus.*] Diodorus lib. XIV. Ὁ Θρασύβουλος ὀνομαζόμενος. *Lambinus.* De hoc Xenoph. lib. 1. 2. Diod. 13. 14. & 18. Valer. 4. c. 1. l. 5. c. 6. Juſtin. lib. 5. Pauſan. Atticis. Oroſ. 2. 17. lib. 2. Plutar. in Politic. & in Lyſia. Frontin. Strat. *Savaro.* Cic. epiſt. ad Att. 8. 3. Oroſ. 2, 17.

2 *Illi ſine dubio neminem præfero.*] Diſtinctio attendenda à P. Daniele & à Schotto ex Giſanii ac Mendozæ libris adnotata: *Illud ſine dubio: neminem huic præfero fide.* hac mente: eſſe apud ſapientes extra dubitationis aleam, quod virtus ſeorſim ſine intuitu fortunæ ſit ponderanda: idcirco ſe anteferre Thraſybulo virtute claro neminem. *Gebh.*

3 *In patriam amore.*] Unde Φιλόπολις & Φιλόπατρις inter ejus elogia. *Idem.* Juſtin. *Thraſybulus vir ſtrenuus & domi nobilis, qui audendum aliquid pro patria & pro ſalute communi, etiam cum periculo ratus.* Tales fuerunt duo Bruti, de quibus Hiſtor. Romana, & Sempronius ille dictus σοφός. *Keuch.*

4 *Pauci potuerunt.*] Codex Danielis, *paucique.*

5 *A triginta.*] A quibus ipſe in exilium pulſus fuerat. Diodor. XIV. *Lambinus.*

6 *Præcurrerunt.*] Recte editiones veteres, *præcucurrerunt.* Eſt autem tranſlatio à certantibus curſu in ſtadio. Horat. —— *Equis præcurreret albis.* Cic. de Orat. *Horum uterque Iſocratem ætate præcurrit.* Et Attico: *Vobis vere illum tanto minorem præcurrere vix honeſtum.* Val. Max. 6, 9. *Craſſum caſus acerbitate Q. Cæpio præcurrit.* Sic Græci παρῆλθον. Demoſth. πρὸ τῆς εἰρήνης in princip. *Gebh.* Lamb. ἀρχαϊκῶς. Cato contra Piſonem: *Videte hac tempeſtate concucurriſſe omnes adverſarios.* Vide ad Frontinum notata. Excerpta Vet. Cod. P. Danielis ἀρχαϊκῶς, *præcucurrerunt.* Ut apud Comicum, *præcucurri*; Cæſarem, *excucurrit.* Sic *depoſcit*, pro *depoſcit*, memini me legiſſe apud auctorem. Vide Priſcianum lib. x. *Keuchen.* Vid. Voſſium de Anal. 3. 19.

7 *Peloponneſio bello.*] Peloponnenſio, Codex P. Danielis. Idiotiſmus illorum temporum. *Peloponnenſe* dicebant, ἀντὶ τοῦ Πελοποννησιακόν. Quod erat pro *Peloponeſenſe.* Ita *Proconenſe* pro *Proconeſenſe.* Nam & à voce *Peloponneſus* ἀθηναῖον, Latinum *Peloponeſenſe*, quæ ſcriptura ſæpe in libris occurrit. *Salmaſ.*

8 *Multa hic ſine Alcibiade geſſit.*] De quibus *Xenophon* lib. 1. ἑλλην. & *Diod.* XIII. Cicero pro Muræna cap. 9. *Hic multas res & magnas ſine imperatore geſſit.*

nullam rem ſine hoc, quæ ille univerſa [1] naturali quodam bono fecit lucri. Sed illa tamen omnia communia imperatoribus cum militibus & fortuna, quod in prælii [2] concurſu abit res à conſilio [3] ad vires vimque pugnantium. Itaque jure ſuo nonnulla ab imperatore miles, [4] plurima vero fortuna vindicat: ſeque his plus valuiſſe quam ducis prudentiam vere poteſt prædicare. Quare illud [5] magnificentiſſimum factum proprium eſt Thraſybuli. Nam quum triginta tyranni, præpoſiti à Lacedæmoniis, ſervitute oppreſſas tenerent Athenas, plurimos cives, quibus in bello [6] peperce-

ſerat, nullam rem ſine hoc imperator. Savaro. De Parmenione Curtius 7. 2. *Multa ſine rege proſpere, rex ſine illo nihil magnæ rei geſſerat.* Sidon. Apoll. Pan. ad Avit. *Nil ſine te geſſit, cum plurima tu ſine illo.*

1 *Naturali quodam bono.*]Ἐυφυΐα. Cic. pro Cœlio. *Qua in ætate niſi qui ſe ipſe ſua gravitate, & caſtimonia, & cum diſciplina domeſtica, tum etiam naturali quodam bono defenderet.* Lamb.

2 *Concurſu.*] Horat. Sat. 1. lib. 1. *Quid enim? Concurritur. horæ Momento aut cita mors venit aut victoria læta.*

3 *Ad vires vimque pugnantium.*] Ita vulgati omnes; Ms. meus, *ad vires noſtrûm cujuſque pugnantium.* Puteani Ms. *ad vires undique pugnantium.* Savaro. Schotti liber, *ad vires cujuſque pugnantium,* quod ille tuetur. Lambinus *ad vires virtutemque pugnantium.* Denique Claudius Puteanus, *ad vices vimque pugnantium.* Gebhard. Expreſſus autem hic locus è Marcelliniana, ut committere ſit operæ pretium. *Nam bellicas laudes ſolent quidam extenuare verbis, &c.* Schott.

4 *Plurima fortuna vindicat.*] Veget. l. 3. c. ult. *In prælio amplius ſolet fortuna poteſtatis habere, quam virtus.* Savaro. Dativus *ſibi* eleganter hic omiſſus. Cic. 1. de Offic. *Non nobis ſolum nati ſumus, ortuſque noſtri partem patria vindicat, partem amici.* In Orat. Pro Archiâ. *Sum vindicare.* Pro, ut Curtius, *Pro ſuo vindicare.* Vorſtius. *Itaque jure ſuo, &c.*] Locus obſcurus, & quem vellem diligentius viri docti excuſſiſſent. Vulgati fere ſic habent; *plurima vero à fortuna vindicat, ſeque his plus val. qu. duc. prudentia, vere p. prædicare.* Lamb. poſt varias conjecturas, quibus ipſe diffidebat, edidit: *pl. vero fort. vind. ſeque hic plus valuiſſe qu. duc. prudentiam, v. p. præd.* ſuſpicatur tamen, cum τὸ *his* in omnibus libris inveniatur, totum illud, *quam ducis prudentia,* ſubditum, itaque leg. eſſe: *pl. vero fortuna val. ſeque his plus val. v. p. præd.* Cui conjecturæ parum abeſt quin ſubſcribam. Certe ſententia aperta eſt. In Boecl. tamen cod. erat *prædicari.* De fortunæ in bellis vi, plena omnia apud hiſtoricos & politicos. Præcipua aliquot veterum ſcriptorum loca indicat Lipſ. polit. 5, 5, 7. & 5, 16, 5. è quibus Ciceronis illum or. pro Marcello c. 7. à noſtro expreſſum videri, jam alii monuerunt.

5 *Magnificentiſſimum.*] Magnificentiſſimum appellat, vel quod Græci λαμπρότατον vel μεγαλοπρεπέστατον, vel quod à maximo animo profectum. *Lambin.*

6 *Pepercerat.*] Auctoribus Excerptis & Cod. P. Danielis legendum, *parſerat.* Quam vocem & alibi offendi non omnino inficiandum. Vera enim præterita ſunt *parſi* & *peperci*, quæ inter ponit diſcrimen Cornelius Fronto: *Parſi,* inquit, *ſemel: peperci ſæpius.* Quod non probant doctiſſimi critici. Aliud ſtatuit Donatus ad Hecyr. Terentian. act. III. ſc. 1. quod recte etiam negat Servius. Sic *parſiſſet* exſtat apud Agellium lib. v. cap. 14. Eodem modo *præſtaxit* dixit Ammianus libro

percerat fortuna, [1] partim patria expuliſſent, [2] partim interfeciſſent, plurimorum bona publicata inter ſe diviſiſſent: non ſolum [3] princeps, ſed & ſolus initio [4] bellum his indixit. Hic enim quum [5] Phylen confugiſſet, (quod [2] eſt caſtellum in Attica munitiſſimum) non plus habuit ſecum [6] quam triginta de ſuis. Hoc initium fuit ſalutis [7] Atticorum: hoc robur libertatis clariſſimæ civitatis. [8] Neque vero

bro XXXI. & *inſtaturos* Frontinus II. 6. Strat. ad cujus locum plura notavimus, alias, ſi res dederit, orbi erudito exponenda. *Keuch.*

1 *Partim patria expuliſſent.*] In quibus & ipſe Thraſybulus ob opes excidit patria. Scholia in Ariſtoph. Plutum: Εὔπορος ὢν καὶ ἐξ αὐτῶν (τυράννων) ἐκπεσών. *Gebhard.*

2 *Partim interfeciſſent.*] Diodorus libro XIV. Οἱ δὲ ἐν Ἀθήναις δυνάστευοντες τριάκοντα τύραννοι, καθ' ἡμέραν ἀναιρούμενοι τοὺς μὲν φυγαδεύοντες, τοὺς δὲ ἀναιροῦντες. *Gebh.* Mille quingentos indicta cauſa necarunt, inquit Æſchines in Orat. περὶ παραπρεσβ. & κτὶ κλητορ. Lege etiam Juſtin. lib. V. & Oroſ. II. 15.

3 *Princeps.*] Πρῶτος. In Hamilcare: *Princeps largitione vetuſtos pervertit mores Athenienſium.* Virgil. lib. 9. Æneid.

Princeps ardentem conjecit lampada Turnus.

Cæſ. I. Comm. c. 12. & 41. *Princepſque decima legio per tribunos militum ei gratias egit.* Lib. I. Civ. 76. Cicer. in Verr. *Sicilia princeps ſe ad amicitiam populi Romani applicuit, & prima omnium* Provincia *eſt appellata.* Gebh.

4 *Bellum his indixit.*] Xenoph. lib. 2. Diodor. 14. Valer. 5. 6. Juſt. 5. & ex eo Oroſ. 2. 17. *Savaro.*

5 *Phylen confugiſſet.*] Oroſ. l. II. c. 17. *Philene* corrupte legit. *Ortel.* Quæ eſt finitima Tanagriæ, centum ſtadiis, teſte Diodoro, diſtans Athenis. Præterea Oenidis tribus pars. Scholia in Ariſtophanis Plutum, Act. V. Scen. I. φυλὴ δήμος τῆς Ἀττικῆς καὶ οἱ οἰκοῦντες φυλάσσοι. Quæ & ad verbum in Stephano reperiuntur. Alluſerat quoque ſuperius, μετὰ ταῦτα φυλὴν καταλαβὼν καθεῖλε τυράννους. *Gebhard.* Χωρίον vocant Xenophon & Diodorus. *Bongarſ.* Narratur copioſe hiſtoria à Xenoph. lib. 2.

6 *Quam triginta de ſuis.*] Immo circiter ſeptuaginta tradit fuiſſe Xenoph. *Lambin.* Hic tamen poſtea multarum urbium opibus adjutus fuit. Quin Lyſias Syracuſanus Orator, quaſi in auxilium Urbis, quæ eſſet patria communis eloquentiæ, quingentos milites cum ſtipendiis ſuis, ferens ſuppetias, miſit. Auctor Oroſius loco citato. *Mag.*

7 *Atticorum.*] Codex Danielis, *Athenarum.* Recte. Sic enim dicti Athenienſes ab *Acte* quod idem eſt ac *Attica.* Stephan. Ἀκτὴ, ἡ Ἀττικὴ ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Ἀκταίου τινός. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀκταῖος καὶ Ἀκταία. Suidas: Ἀκτὴ ἰδίως ἐπὶ θαλάττης μοῖρα τῆς Ἀττικῆς, ὅθεν καὶ ὁ Ἀκτίτης λίθος. ἐκάλουν δ' ἔτι καὶ τὴν Ἀττικήν. Adde Euſtath. Scholia in Dionyſ. pag. 60. ubi inter alia καὶ παρὰ Λυκόφρονι Ἀκταῖοι οἱ Ἀττικοί. Et mox. ἐκλήθη δὲ (Attica) πάλαι πολὺ καὶ Ἀκτὴ καὶ Ἀκτική. Ovid. I. Metam. *Separat Aoniam Actæis Phocis ab arvis.* i. e. ab Athenienſibus.

8 *Neque vero hic contemptus eſt primo à tyrannis, ſed ejus ſolitudo.*] Interpolata à Lambino Lectio. Antiquæ Editiones: *Neque vero hic non contemptus eſt primo à tyrannis, neque ejus ſolitudo.* Lambini judicium, quo admodum faſtidit, impugnant conſequentia: nam expreſſe indicant eum fuiſſe deſpectum à triginta. Membranæ Schotti, Savaronis atque Ultrajectinæ Editiones; *Neque vero hic non contemptus eſt primo à tyrannis, atque ejus ſolitudo.* Quam lectionem longe vulgatâ & commento Lambini potiorem pronuncian-

vero hic contemptus eſt primo à tyrannis, ſed ejus ſolitudo: [1] quæ quidem res & illis contemnentibus perniciei, & huic deſpecto ſaluti fuit. Hæc enim illos ad perſequendum ſegnes, [2] hos autem tempore ad comparandum dato, fecit robuſtiores. Quo magis præceptum illud omnium in animis eſſe debet, [3] *Nihil in bello oportere contemni:* nec ſine cauſa dici, [4] *Matrem timidi flere non ſolere.* Neque tamen pro opinione Thraſybuli [5] auctæ ſunt opes.

nam

nunciat politiſſimus Schottus. Unicus collabeſcentium per Germaniam cultiorum literarum tibicen atque Atlas Caſp. Barthius lib. xx. IV. Adverſ. c. 18. ut ſeriei ac rei convenientiſſimam Lambini commendat lectionem, immemor ejus eſſe fabri, qui nummos plumbeos cudere ſoleat. Membrana Curioni collata; *neque vero hic modo contemptus eſt primo à Tyrannis, ſed ejus ſolitudo.* Hinc facit *ſed &*, huicque ſe ſcripturæ palam ſubſcribere teſtatur. Mihi Codicis Mendozani lectio arridet. Quamvis Clariſſimus Voſſius noſter pro *non* malit reponere *tam*, dicatque *τὸ atque* heic valere *quam.* ut in illo Plauti Amph. Act. 1. ſc. 1. *Nimis ſimil' eſt mei. Itidem habet petaſum ac veſtitum. Tam conſimil' eſt, atque ego.* Cæterum *ſolitudinem* vocat inopiam ſive infrequentiam vires conjungentium. Curt. lib. IX. c. 23. *Stabat enim in conſpectu tanti exercitus veluti in ſolitudine deſtitutus.* lib. V. cap. 52. *Ingens ergo in tabernaculo ſolitudo erat paucis ſpadonibus (quia quo diſcederent, non habebant) circumſtantibus regem.* Tacit. lib. XI. Annal. cap. 32. *Atque interim tribus omnino comitantibus (id repente ſolitudinis erat) ſpacium urbis pedibus emenſa, vehiculo, quo pregamenta horrorum eripiuntur, Hoſtienſem viam intrat.* Lactantius lib. 1. cap. 7. Inſtit. *Si Deus unus eſt, quæ eſſe beata ſolitudo queat? Tanquam nos, qui unum eſſe dicimus, deſertum ac ſolitarium eſſe dicamus.* Apul. Apolog. vocat *ſolitatem* de Cratete, *multis ſervis à ſe remotis ſolitatem delegit.* Gebh.

1 *Quæ quidem res & illis contemnentibus perniciei.*] Antiqua lectio in Vet. membranis P. Dan. *pernicii.* Ut apud Ciceronem pro Roſcio: *Quorum nihil pernicii cauſſa divino conſilio, ſed vi ipſa, & magnitudine rerum factum putamus.* Atque ita apud Nonium reſcribendum, ubi *pernici* depravate pro *pernicii.* *Pernicii* autem, ut *luxurii, progenii, acii,* de quibus Agell. lib. IX. cap. 14. *Keuch.* Vid. Voſſium de Analog. 2. 19.

2 *Hos autem tempore ad comparandum dato fecit robuſtiores.*] Nempe ſocios Thraſybuli; quia non in eos inquirebatur aut animadvertebatur, nacti ſunt tempus quo compararent neceſſaria ad ſubvertendos Tyrannos. *Ad comparandum* abſolute non ſine elegantia heic adhibitum. *Gebhard.* Pro *Comparare exercitum.* Ut obſervat Clariſſimus J. Frid. Gronovius ad Livium.

3 *Nihil in bello oportere contemni.*] Curtius lib. VI. cap. 14. *Nihil tuto in hoſte contemnitur.* Livius lib. 21. c. 43. *Sæpe & contemptus hoſtis cruentum certamen edidit.* Cicer. pro Milon. *Mars communis qui ſæpe ſpoliantem jam & exultantem evertit.* Idem. Suadet hoc conjurationis auctor Catilina per epiſtolam ſuis apud Salluſtium. Dictumque & illud antiquitus, Bis in illo peccare non licere, multaque adeo inania in bello exiſtere. Πολλὰ κενὰ ἐν πολέμῳ, apud Diodorum Siculum lib. XX. & Polybium in Suida. *Schott.*

4 *Matrem timidi flere non ſolere.*] Locus ceſſit adagio, de quo vide Eraſmum. Plautus, *Qui in rebus dubiis timidus eſt, haud nauci eſt.* M. Tull. l. 6. ep. 15. *Savaro.*

5 *Auctæ ſunt opes.*] Tradit tamen Diodorus lib. XVIII. brevi tempore conveniſſe homines mille & ducentos: & his copiis eductis eum irrupiſſe mane

inopi-

[1] nam jam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnabant. [2] Hinc in Piræeum tranſiit, [3] Munichiamque munivit. Hanc bis tyranni oppugnare ſunt adorti: ab eaque turpiter repulſi, protinus in urbem, armis [4] impedimentiſque amiſſis refugerunt. Uſus eſt Thraſybulus [5] non minus prudentia quam fortitudine. nam cedentes violari vetuit. cives enim civibus parcere æquum cenſebat. [6] Neque quiſquam eſt vulneratus, niſi qui prior impugnare voluit. [7] Neminem jacentem veſte ſpoliavit: Nihil attigit niſi arma, quorum indigebat, [8] & quæ ad

inopinato ac de improviſo in XXX. Tyrannorum caſtra, multiſque eorum interfectis, illos Athenas ſe recipere coëgiſſe. *Lambin.*

1 *Nam jam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnabant.*] Livius 8, 22. *Græcis gens lingua magis ſtrenua, quam factis.* Et 31, 44. *Athenienſes literis verbiſque, quibus ſolis valent, bellum adverſus Philippum gerebant.* Ovid. 3. Faſt. *Facundum, ſed male forte genus.* Locc. Videtur autem Nepos, ut etiam *Magio* obſervatum, tecte carpere Romanorum ignaviam, qui Cæſaris aliorumque tyrannidem verbis magis quam facto oppugnabant. Vide Cicer. ad Attic. 14, 6. & 15.

2 *Hinc in Piræum.*] Sic Diodorus lib. XIV. niſi quod tradit, hoc factum eſſe poſt irruptionem illam nocturnam, ſed potius matutinam factam in caſtra adverſariorum. Verba ejus ſunt hæc: Μετὰ δὲ τὴν μάχην ὁ Θρασύβουλος βύθιος μὲν ὥρμησεν ἐπὶ τὴν Πειραιᾶ, οὐ κατελάβετο τὴν Μουνιχίαν, λόφον ἔρημον καὶ καρτερόν. Cum Diodoro congruit & Xenophonte lib. II. Addit præterea, in eo prælio ex equitibus Nicoſtratum pulchrum occubuiſſe, & alios duos in lectis oppreſſos eſſe. *Lamb.*

3 *Munichiamque.*] Codex Danielis, *Minthiamque.* In Græco eſt Μουνιχία apud Diodorum & Strabonem libro 9. *Keuchen.* Stephanus per ω in prima ſcribit, unde corrupte *Monarchi* apud Frontinum lib. 1. cap. 5. *Ortel.*

4 *Impedimentiſque amiſſis.*] Impedimenta dicuntur omnia ea, quæ conducunt ad iter; ut utenſilia, ſarcinæ & jumenta. Græci σκευοφόρια vocant.

5 *Non minus prudentia.*] Conon autem Thraſybulum appellabat, tanquam audaciorem, quam prudentiorem, ſeu conſideratiorem; ut eſt apud Ariſtotelem lib. 11. Rhet. *Lambin. Mag.*

6 *Neque quiſquam eſt vulneratus, niſi qui prior impugnare voluit.*] Tacitus 4. Hiſtor. c. 36. *Sed præcipuus metus è Primo Antonio Varoque Ario, quos recentes claroſque rerum fama ac militum ſtudiis etiam populus fovebat, quod in neminem ultra aciem ſævierant.* Impugnare verbum Ciceron. ut ad Atticum. *Sceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrere.* Gebhardus. Cicero pro Ligar. *Cognita clementia tua, quis non eam victoriam probet, in qua occideris nemo, niſi armatus.*

7 *Neminem jacentem veſte ſpoliavit.*] Teſtatur & hoc Xenophon lib. II. de rebus Græc. his verbis: οὐ γὰρ μὴν ὅπλα ἔλαβον, τοὺς δὲ νεκροὺς ἐδήνουν τῶν πολιτῶν ἀνυλώσαντες. *Lamb.* Turpe enim habitum eſt, ex mortuis lucrum captare; unde & proverbium circumlatum, cujus meminit Ariſtoteles II. Rhetor. Ὀθὲν, inquit, οὐ ἡ παροιμία τὸ κ' ἀν σκῦλα φέρειν. *Magius.*

8 *Et quæ ad victum.*] Alii libri, *quæque ad victum.* Gebhard.

ad victum pertinebant. In ſecundo prælio [1] cecidit Critias [2] dux tyrannorum, [3] quum quidem adverſus Thraſybulum fortiſſime pugnaret. [4] Hoc dejecto, [5] Pauſanias venit Atti-

1 *Cecidit Critias.*] Cecidit una cum eo & Hippomachus, ut narrat Xenoph. lib. 11. de reb. Gr. Primus autem omnium eorum, qui cum Thraſybulo erant, occubuit vates: qui fati ſui non ignarus, præcepit commilitonibus ſuis, ne in hoſteis irruerent, priuſquam aliquis ſuorum cecidiſſet, aut vulneratus eſſet: Ubi hoc evenerit, inquit, nos præibimus, & victoria noſtra erit; mihi autem mors certa imminet. In quo non fefellit eum ſua opinio; nam veluti affatu quodam divino concitatus, primus exſiliit, & hoſtes adortus interiit. Alii autem exſules vicerunt. *Lambin.*

2 *Dux Tyrannorum.*] Τῶν ὑγεμονίαν ἴσχων. Diodor. 14. 34. Juſtinus: *In eo bello Critiae & Hippolochus, omnium Tyrannorum ſæviſſimi, cadunt.* Crudeliſſimum omnium Tyrannorum, vocat eum Lactantius libro 3. de Falſa Sap. Vide ſupra.

3 *Cum quidem adverſus Thraſybulum fortiſſime pugnaret.*] Ms. Schioppii legit: *cum quo exadverſus Thraſybulus fort. pugnaret.* Quod Barthio non probatur libro 24. adverſ. cap. 18. Verum ſi pro *pugnaret*, ſcribatur *pugnavit*, à Barthio quæ contra dicuntur, nihil valent. *Ernſt.* In Ms. Boecl. erat: *cum aliquid exadverſus Thraſybulum fort. pugn.* Unde tentabam *cum aliquandiu*, vel, *cum aliquin exadv. Thraſybulum f. p.* Malim tamen, ut erat in Ms. Dan. *cum quidem exadverſus Thraſybulum fort. pugn.* h. e. etſi fort. pugn. *Cum quidem*, pro, quamvis, etſi, ut inf. 24. 2. 1. *Adverſus Thraſybulum.*] Libri omnes, *exadverſus*, quod verum eſt. *Schott.* Apulej. Florid. *Samos Icario in mari modica inſula eſt, exadverſum Miletos.* Terent. Andr. act. 1. Sc. 2.

Exadverſum ei loco Tonſtrina erat quædam.

Utitur & Phorm. act. 1. ſ. 2. *Gebh.*

4 *Hoc dejecto.*] Immolato ac mactato. Seneca Hercul. Oetæo v. 921.

Victima haut ulla amplior
Poteſt magiſque opima mactari Jovi,
Quam rex iniquus.

Nam *dejicere* verbum eſt Sacrificiorum. Flaccus lib. 1. Argonaut. verſ. 191.

— *tibi cæruleis in littore vittis*
Et Zephyris Glaucoque bovem, Thetidique juvencam
Dejicit Antæus, non illo certior alter
Pinguia letifera perfringere colla bipenni.

lib. 11. verſ. 333.

Protinus ingentem Procerum ſub nomine taurum
Dejicit.

Hanc meam interpretationem adjuvant Juſtin. lib. v. cap. 10. *Tyranni ut pacis victimæ trucidantur.* Et Plutarchus Dione. Λύκων Συρακύσιος, inquit, ὁρίσας τινὶ τῶν Ζακυνθίων λαβεῖν τὸ θυσιαστήριον, ᾧ καθάπερ ἱερεῖον ἡ Δίωνα κατέσφαξαν. Minucius Felix, *Miſeri in hoc altius tolluntur, ut decidant altius. Hi enim ut victimæ ad ſupplicium ſaginantur, ut hoſtiæ ad pœnam coronantur.* Hoc verbum quoque locum ſibi vindicat in pugnis, ubi alter ab altero cæſus proſternitur. Curt. lib. 3. cap. 16. *Flentes querebantur in tanto impetu curſuque rerum omnis ætatis ac memoriæ clariſſimum regem non in acie ſaltem; non ab hoſte dejectum; ſed abluentem aqua corpus ereptum & extinctum.* Auctor Thebaid. v. 637.

— *exultes licet*
Victorque fratris ſpolia dejecti geras.

Claudianus:

Tergeminique Ducis numeroſos dejicit artus.

Id. de Bello Getico v. 164.

— *Qualem Stilico dejecerit hoſtem,*
Thraces & Æmonii poterunt Muſique fateri.

Reſpondet huic Græcorum καλλαλλεῖν quo primum in ea ſignificatione uſus Homerus Rhapſodia 11. Diodor. libro

Atticis auxilio, rex Lacedæmoniorum. Is inter Thraſybulum & eos, qui urbem tenebant,[6] fecit pacem[7] his conditionibus: *Ne qui, præter triginta tyrannos, & decem, qui poſtea prætores creati,*[8] *ſuperioris more crudelitatis erant uſi, adficerentur exilio: neve bona publicarentur:*[9] *reipublicæ procuratio populo redderetur.* Præclarum hoc quoque Thraſybuli, quod reconciliata pace, quum plurimum in civitate poſſet, legem tulit;[10] *ne quis anteactarum rerum accu-*

bro 14. ἐξαίφνης οἵτε Αἰτωλοὶ τ̃ πολιτ̃ων ἐκχυθέντες ἐπὶ τ̃ πόλεως κατεπλήξαντο τὸς Λακεδαιμονίους, κ̀ χρόν τριάκοντα κατέβαλον. lib. 16. Μετ' ὀλίγον ὑ Θηβαίων ἄλλαις δυσὶ μάχαις ἐπεστρέψαντο κ̀ τ̃ ἐναντίων ἐν ὀλίγοις κατέβαλον. Hinc invictus, qui à nullo eſt quaſi dejectus ac humi ſtratus ἀκατάβλητος apud Ariſtoph. Nub. ἀήττητος, ὁ μηδενὶ καλαχαλώμενος. Tranſlatum præterea hoc verbum eſt ad venatus, in quibus feræ *dejici* dicuntur. Curt. lib. 8. cap. 3. *Ille quatuor millibus ferarum dejectis, in eodem ſaltu cum toto exercitu epulatus.* Phædrus fabula 33.

Super juvencum ſtabat dejectum leo.
Idem.

5 *Pauſanias venit Atticis auxilio.*] Lambinus maluit, *venit aliis auxilio*, in hunc ſenſum: Critia interfecto venit aliis Tyrannis auxilio Pauſanias. Sed iis ipſis, quæ ex Xenoph. citat, ſe jugulat. Ἅμα ὑ ἰδίας ποιήσαιλο τὰς Ἀθήνας, πείσας τ̃ ἐφόρων τρεῖς, ἐξάγ πλὴ φρυρ̃ν. Nam ſi tyrannos eorumque ſatellites urbe expulit, quibus aliis iſtud auxilium, quam Atticis expetiit? Vulgatam porro lectionem ſtabilit Diodorus l. 14. Διέπερ Ἀθηναῖοι μ̃ ἐκομίσαιλο πλὴ παλρίδα κ̀ τὸ λοιπὸν τοῖς ἰδίοις νόμοις ἐπολιτεύοιλο. *Gebhard.* Erat autem ante Pauſaniam Lyſander miſſus cum 40. navibus, Diod. 14. 34.

6 *Fecit pacem.*]Vide Diodorum. adde Xenoph. Hiſt. Gr. 2.

7 *His conditionibus.*] Ut ad ſuas quiſque res & poſſeſſiones rediret, præter XXX. Tyrannos, & XI. Viros, qui in Pireæo imperarant. *Xenoph.* II. ἀλλ.

8 *Qui ſuperioris more crudelitatis erant uſi.*] Qui nihil exemplo priorís dominationis territi, eandem viam crudelitatis aggreſſi ſunt. Juſtin. 5. 10. 5. Qui ad turbatas res amice componendas conſtitui debantur, illi ſuperiorum XXX. tyrannorum crudelitatem æmulabantur atque exercebant. Diodor. lib. 14. Cæterum notandum probe eſt, quod ii ipſi, qui morbis & civium malis remedia facere juſſi fuerint, quandoque cura neglecta exaſperent morbos in ſuum commodum. De Meleagro locus exſtat luculentus apud Diodor. lib. 18. Quem quoque tangit Juſtin. 13. 3. 2. De Corbulone Tacit. 11. 19. Et ſæpius arbitri eos, qui illos in præſidium ac litium finem ceperunt, perverterunt atque eorundem omnes fortunas ad ſe traxerunt. Ariſtot. 5. polit. 6. Ἐν ὑ τ̃ εἰρήνῃ &c. Juſtin. 8. 3. 14. & 15. *Forte evenit, &c.* Geb. Vide not. Berneggeri ad d. l. Juſtini.

9 *Reipublicæ procuratio.*] Democratia.

10 *Neque antractarum rerum accuſaretur.*] Unicum ſed & haud fallax componendarum civilium diſſenſionum remedium. P. Syrus v. 122.

Civilis belli oblivio, defenſio eſt.

Quod non inſcite quoque prudentes Reipubl. gubernatores feſſis ac deſperatis rebus applicuerunt. Hoc conſilii dat Olympiadi Eumenes infra; *Sin aliquæ cupiditate raperetur in Macedoniam, omnium injuriarum oblivi ſceretur, & in neminem acerbiore uteretur imperio.* Cæſar lib. 7. Comment. cap. 34. *Hoc decreto interpoſito cohortatus Æduos, ut controverſiarum ac diſſenſionum oblivi ſcerentur.* Tacit.

accuſaretur, neve multaretur: [1] eamque illi legem OBLIVIONIS

cit. lib. 4. Hiſtor. cap. 44. *Proximo Senatu inchoante Cæſare de abolendo dolore & priorum temporum neceſſitatibus.* Aurel. Victor Cæſarib. cap. 35. m. de Aureliano Imperatore. *Ad Græcia morem decreta abolitione.* Patercul. lib. 11. cap. 58. f. *Illud decreti Athenienſium celeberrimi exemplum relatum à Cicerone, oblivionis præteritarum rerum, decreto Patrum comprobatum eſt.* Sic anno U. C. CCCIV. M. Duilius tribunus pl. punitus morte vel exſilio Decem viris ſuppliciorum finem fecit, & oblivione ſimultatum decreta; reliquis, qui Decem Virorum voluntati ſubſerviſſent impunitatem dedit. *Gebhard.*

1 *Eamque illi legem oblivionis appellarunt.*]Loquitur de Amneſtia, celeberrimo inſtituto, qua cautum erat, ut omnes placide viverent ἔχοντες ἴσχασι ἃ ἴσχουσι. *Keuchen.* Illam *legem oblivionis* Nepos, *memoriam omnem diſcordiarum oblivione ſempiterna delentem*, Tullius Philippic. 1. *Plebiſcitum, ne quæ præteritarum rerum mentio fieret.* de quo loco vide Muret. 2. Var. 15. & Fabrit. ad Oroſium. Val. Maximus lib. 4. cap. 1. Oroſ. lib. 11. 17. Juſtin. lib. 5. Κάλλιστον ἐπ παιδείας ῥῆμα μὴ μνησικακεῖν, *pulcherrimum ex ſapientiæ ſtudiis petitum vocabulum, memoriam injuriarum eſſe delendam*, Æſchines, τὸ τῆς ἀμνηστίας ψήφισμα, *oblivionis decretum*, Plutarchus, appellavere. Argumentum legis fuit, ΜΗ ΜΝΗΣΙΚΑΚΕΙΝ, ΜΗΤΕ ΑΔΙΚΟΝ ΜΗΤΕ ΔΙΚΑΙΟΝ ΛΕΓΕΙΝ. Atqui ea mox ab omni multitudine, & ſingulatim à Judicibus & Senatu, ſolemnibus juramentis confirmata eſt, quorum formulæ apud Andocidem, Rhetorem Græcum, Oratione, quæ de Myſteriis ſcripta eſt, adhuc leguntur, & hic neceſſario repræſentandæ ſunt. Jurabant omnes: ΟΥ ΜΝΗΣΙΚΑΚΗΣΩ ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΩΝ ΟΥΔΕΝΙ, ΠΛΗΝ ΤΩΝ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝΔΕΚΑ, ΟΥΔΕ ΤΟΥΤΩΝ, ΟΣ ΑΝ ΕΘΕΛΟΙ ΕΥΘΥΝΑΣ ΔΙΔΟΝΑΙ ΤΗΣ ΑΡΧΗΣ, ΗΣ ΗΡΞΕΝ. Senatores: ΟΥ ΔΕΞΟΜΑΙ ΕΝΔΕΙΞΙΝ, ΟΥΔΕ ΑΠΑΓΩΓΗΝ ΕΝΕΚΑ ΤΩΝ ΠΡΩΤΕΡΟΝ ΓΕΓΕΝΟΜΕΝΩΝ ΠΛΗΝ ΤΩΝ ΦΕΥΓΟΝΤΩΝ. Judices: ΟΥ ΜΝΗΣΙΚΑΚΗΣΩ, ΟΥΔΕ ΑΛΛΟ ΠΕΙΣΟΜΑΙ, ΨΗΦΙΟΥΜΑΙ ΔΕ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΚΕΙΜΕΝΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ. Neque in alium finem mox rogata ab Archino lex, & admiſſa eſt; *Si quis in jus vocat adverſus hoc juſjurandum, rem exceptione utitor: eaque de re Archontes primum judicia reddunto: prior qui exceptione utitur, dicito: qui cauſa ceciderit, epobelia multator.* Hæc enim ejus ſententia apud Iſocratem exſtat. Ex quibus ſatis apertum eſt, Amneſtia à Thraſybulo ſancita, & multitudini probata, omnem, etiam cætera juſtiſſimam actionem, civilium motuum ac bellorum, injuriarumque nomine inſtituendam, Magiſtratibus in cives, ac civibus in Magiſtratus ac cives, omnino clauſam fuiſſe ac præciſam. *Boxhorn.* Ἀμνηστίαν venuſte deſcribit Claudianus lib. 11. in Rufin. v. 125.

Mens eadem cunctis, animiſque recentia ponunt
Vulnera, non odit victus, victorve ſuperbit.
Et quamvis præſens tumor & civilia nuper
Claſſica, bellatrixque etiam nunc ira valeret:
In ducis eximium conſpiravere favorem.

Flavius Vopiſcus in Aureliano Amneſtiam fuiſſe decretam refert exemplo Athenienſium. Oroſius l. 7. c. 6. *Claudius mox ut confirmavit imperium, magna atque adhuc Romæ incognita uſus clementia ne in tantam nobilium multitudinem ultio ſi eſſet ſæpta, ſæviret biduum illud, quo de Reipub. ſtatu infeliciter conſultatum actumque fuerat, memoriæ exemit, omniumque factorum dictorumve in eo veniam & oblivionem in perpetuum ſanxit. Ita illam præclaram & famoſam Athenienſium ἀμνηστίαν, quam quidem Romæ inducere Julio Cæſari interfecto Senatus, Cicerone ſuadente, tentaverat, &c. ultroneæ clementiæ nullo expetente firmavit.* Gebhard. *Eamque*

VIONIS appellarunt. Neque vero hanc tantum ferendam curavit, ſed etiam ut valeret effecit. Nam quum quidam ex his, qui ſimul cum eo in exilio fuerant, cædem eorum vellent, cum quibus in gratiam reditum fuerat; publice prohibuit, & id quod pollicitus erat, præſtitit. Huic 4 pro tantis meritis, [3] honoris corona à populo data eſt, [4] facta duabus virgulis oleaginis: quæ quod amor civium, non vis, expreſſerat, nullam habuit invidiam, magnaque fuit gloria. [5] Bene ergo [6] Pittacus ille, qui ſeptem ſapientum

que illi legem OBLIVIONIS *appellarunt.*] Nullum dubium eſt, quin τὸ *legem* heic exterminandum cenſeamus, cujus repetita lectio melioribus non ſolum Mss. & Excerptis repugnat, ſed & concinne minus loqui facit Cornelium. Scribe igitur, ac diſtingue: *Legem tulit, ne quis anteactarum rerum accuſaretur, neve multaretur; eamque illi* OBLIVIONIS *appellarunt.* Keuchen. Meminit ejus Xenoph. in fine lib.

1 *Ut valeret.*] Ut ſervaretur. nam multa legibus conſtituuntur, quæ brevi fruſtra habentur. Tacit. lib. 13. c. 51. *Militibus immunitas ſervaretur, niſi iis, quæ vano exercent, aliaque admodum æquata, quæ brevi ſervata, dein fruſtra habentur.* Sic Græci uſurpant ἰσχύειν. Polyæn. lib. 2. de Ageſilao. Cicero, *Legem tribunus plebis tulit, ut Lex Ælia & Fuſia ne valerent.* Pro domo. *De agris ratum eſt, de civitate non valuit.* Gebhard.

2 *Nam quum quidam ex his qui ſimul cum eo in exilio fuerant, cædem eorum vellent, cum quibus in gratiam reditum fuerat; publice prohibuit.*] Hoc cum impune facerent poſt Antalcidæ pacem aliquot Græciæ civitates multis ac magnis tumultibus ac periculis ſe implicuerunt. Diodor lib. 15. Ἀπολαβοῦσαι δὲ τὰς αὐτονομίας (πόλεις) λόγον ἀπῄτουν φόβῳ τῆ ὑπερεληλύθοτων ἐπὶ τῆ Λακεδαιμονίων ἡγεμονίας. Πικρῶς δὴ τῆ ἰλίγχων γενομένων λῆ τὸ μνησικακεῖν τὰς δήμους. καὶ πολλῶν φυγαδθομβίων ἀπέδειξαν ἑαυτὰς βοηθὰς πᾶσι κρίσεσι διαζομβίοις. *Idem.*

3 *Honoris corona.*] In Græciæ civitatibus, maxime autem Athenis, ſi quis de republica bene eſſet meritus, huic corona præmium dari ſolita, quæ ejus capiti imponebatur; cum vel ſacrorum vel ludorum cauſa maxima undique tuba hominum conveniſſet. Accedebat præconis elogium, & ut ita dicam cum Juriſconſultis, ſuperdictum, pr clamantis haberi τὸ δεῖνα hunc honorem: ΕΥΝΟΙΑΣ ΕΝΕΚΑ ΤΙΘΕΙΣ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ. *Caſaubon.* Illius ſignum erant rami oleagini, de quibus fuſe & erudite Paſchalius lib. 6. de Coronis cap. 9. & 16. Adde Meurſium in Arboreto ſacro. *Honoris ergo corona.*] *Ergo* adjecit contra fidem Veterum Lambinus. & ita frequentius locuti Hiſtorici Latini. ut Livius. & Græci omiſſo ἕνεκα τῆ χάριν. *Schott.*

4 *Facta duabus virgulis oleaginis.*] *Oleaſtrum* vocat Plinius. Apud Ariſtophanem in Pluto eſt, Jovem victores athletas coronare κοτίνῳ στεφάνῳ. *Beroald.* Cæterum duæ aut tres tæniæ invicem tortæ coronam faciebant, quam vocabant ſtroppum; hoc eſt, quod ait Feſtus, *quaſdam coronas per coronas currere.* Nam totidem coronæ, quot tæniæ tortæ. His uſi fuerunt antiqui Romani, nondum invento coronas è floribus texere, quod apud Græcos quoque non adeo antiquitus placuit. *Salmaſ.*

5 *Bene ergo.*] Cum nota approbationis. Ita Græci ſuum καλῶς. *Boeclerus.*

6 *Pittacus ille.*] Σαφέστατος & σαφέστερος, apud Laërtium: quem Μιτυληναῖον vocarunt communiter veteres.

tum numero est habitus, [1] quum ei Mitylenæi multa millia jugerum agri muneri darent, [2] *Nolue, rogo vos* (inquit) *mihi dare quod multi invideant, plures etiam concupiscant. Quare ex istis nolo amplius quam centum jugera, quæ & meam animi æquitatem & vestram voluntatem indicent. Nam parva munera diutina: copiosa, non* [3] *propria esse consueverunt.* Illa igitur corona contentus Thrasybulus, neque amplius requisivit, neque quenquam honore se antecessisse existimavit. Hic sequenti tempore quum prætor classem [4] ad Ciliciam appulisset, [5] neque satis diligenter in castris ejus agerentur vigiliæ; [6] à barbaris, ex oppido noctu eruptione facta, in tabernaculo interfectus est.

Floruit maxime Olymp. XCIII. anno 1. Diogenes in ejus vita: Ἥκμαζε μὲν κατὰ τὸν τεσσαρακοστὸν δεύτερον Ὀλυμπιάδα. Vide Cyrillum adversus Julianum. *Keuchen.*

1 *Cum ei Mitylenæi.*] Varie hoc refertur à Scriptoribus. Plutarchus παραγγ. πολιτ. Ἡ δὲ ἐκπίστατο χάριτας τοῖς πολίταις, γλυκὺ, λέγει, ἂν ἰδίᾳ λαβεῖν καλυβίδεις, ἴλαβε τοσαύτην, ὅσην ἐπῆλθε τὸ ἀκόντιον αὐτῆ βαλόντος. Diogenes Laërtius in Pittaco: Καὶ χάριν αὐτῷ ἀπένειμαν οἱ Μιτυληναῖοι. ὁ δ' ἔφη χαίρειν ἀντιδοῦναι. εἰ τις τὸν Πιττάκειον καλεῖ. Valer. Maximus l. VI. c. 5. *Atque etiam cum recuperati agri dimidia pars consensu omnium offerretur; avertit animum ab eo munere; deforme judicans, virtutis gloriam magnitudine præmii minuere.* Lambin. Longol. Mag. Savaro. *Mitylenæi.*] Liber Danielis; *Mitileni.* Scripserat Nepos tamen *Mitylenæi:* hoc est ἐθνικὸν Μιτυληναῖοι, ut apud Laërtium. Nam hoc magis ad sequelam & sensum sententiæ: *Nolite, rogo vos, &c.* Keuchen.

2 *Nolite, rogo vos.*] Ms. *oro vos.* Boëclerus. Sic etiam Codex P. Danielis.

3 *Propria esse consueverunt.*] Perpetua, P. *Daniel.* diuturna, vid. Donat. Andr. 4. 3. 1. & Nonium Cassian. col. 3. cap. 10. & Symm. ep. 15. lib. 1. *Savaro.* Exempla alia vide apud Schiopp. lib. 2. verisc. 3.

4 *Ad Ciliciam.*] Sic legendum, non *Siciliam*; quod & Longolius jam ante viderat. Nec *Silicium.* Id enim Xenophonticæ historiæ est contrarium, quæ illum in Pamphylia prope Aspendum, cum popularetur agros & pecuniam extorqueret, noctu in castris ab Aspendiis interfectum scribit, lib. 4. Eurymedon enim & Aspendum in Cilicia sunt, aut certe in Pamphylia. Cilicia autem & Pamphylia sunt inter se finitimæ. *Long. Mag. Lambinus.*

5 *Neque satis diligenter in castris ejus agerentur vigiliæ.*] Negligentia & remissio vigiliarum nunquam non locum dedit cladi atque irreparabili damno. Tacit. 1. Ann. c. 50. *Circumdatæ stationes, stratis enim tum per cubilia propterque mensas, nullo metu, non ante positis vigiliis.* Diod. l. 16. *Gebh.* Cæs. 8. B. C. 12. *Nostri detrimento admonentur, diligentius exploratis locis stationes disponere.*

6 *A barbaris.*] Aspendiis. *Xenoph. Diod.* Qui Pamphyliæ sessores ad Ciliciam. Vide Strabon. & Ptolemæum.

CONON.

CONON.

IX.

[1] CONON Athenienſis, Peloponneſio bello acceſſit [1] ad rem publicam, [2] in eoque ejus opera magni fuit. nam & prætor pedeſtribus exercitibus præfuit, & præfectus claſſis res magnas mari geſſit. Quas ob cauſas præcipuus ei honos habitus eſt. Namque [3] omnibus unus inſulis præfuit. In qua poteſtate [4] Pharas cepit, coloniam Lacedæ-

1 *Conon.*] Timothei filius. *Lambin.* Hunc ex Virgilio interpretatur Servius, ſed contra omnium fere mentes. Quippe de Samio aſtrologo Maro capiendus, non de Timothei filio, quod ad Solinum notavit conſummatiſſimus Salmaſius. De Conone Xenophon lib. 2. & 4. Diodor. 14. Plutarch. in Lyſandro. Juſtin. lib. 6. ex eo Oroſius lib. 2. 16. & l. 3. 1. Frontin. 4. cap. ult. in fine. infra in Chabria. *Savaro.*

2 *In eoque ejus opera magni fuit.*] Sic Puteanus emendavit in Datame *multis millibus interfectis magni fuit ejus opera.* Catone. *magnique opera ejus exiſtimata in prælio apud Senam.* Mss. & Vet. variant. Ms. meus & Ven. *in eoque ejus opere magnus fuit.* Col. *in eoque opere magnus fuit.* Al. & Par. *in eoque ejus opere magnus fuit uſus.* in Mſſ. Gif. & Put. *in eoque ejus opere magni fuit.* qua lectione non parum juvatur conjectura C. V. *Savaro.* Vide Schottum in Epaminondam.

3 *Omnibus unus inſulis præfuit.*] Hoc neque apud Xenophontem, neque apud Diodorum, neque alium quemquam reperi: niſi forte id tempus intelligamus, quo victis ad Cnidum Lacedæmoniis adjutore Pharnabazo, claſſi regis Perſarum præfectus, omnes inſulas à Lacedæmoniis avertit, & Græcos ſuperbo Lacedæmoniorum dominatu liberavit. *Lambin.* Vide Demoſthenem: Meminit etiam Apſines, de Arte Rhet. cap. περὶ διηγήσεως.

4 *Pharas cepit.*] Rutgerſius *Theram* ſubſtituit, quod retinuit Gebhardus. In Ms. corrupte *ſperas.* Boecler. *Pharas.*] Sic reſtituri, libris omnibus reclamantibus, veritatis vocem, & hiſtoriæ fidem ſecutus. *Pheræ* enim urbs eſt Theſſaliæ, neque unquam eo colonia à Lacedæmoniis deducta eſt. Pharas autem commemorat Pauſanias in Achaicis. Δύμη δὲ πρὸς Ἥλιδι πρώτη μετὰ ταύτην Ὠλένῳ, καὶ Φαρεαί. Stephanus. Φαρεαὶ, πόλις Μεσσηνίας, ὅθεν ἦσαν οἱ ἀφαρεῖται δαί. ἔστι δὲ καὶ Ἀχαΐας. Itaque apud Plin. lib. 4. cap. 5. legendum puto *Pharæ*, non *Pheræ.* & apud Xenoph. lib. 4. de reb. Gr. καταπλεύσας δὲ πρῶτον εἰς Φαρὰς, ἐδῄου τὴν τούτων χώραν. id eſt, *Cum autem navigaſſet Pharas, hanc regionem populatus eſt, & ferro, incendioque vaſtavit.* Exiſtimavi etiam aliquando legendum *Patras.* Patræ enim urbs eſt Achaiæ, Plin. lib. 4. cap. 4. *Patræ colonia in longiſſimo promontorio Peloponneſi condita, ex adverſo Ætolia, & ſtimulis Eueni.* Neque eſt quod quiſquam mihi dicat, Plinium ſimpliciter dicere, *colonia, non colonia Lacedæmoniorum,* quaſi probabilius ſit, eum per coloniam, ſignificare coloniam Romanorum: quia Romani poſt pugnam Actiacam eo coloniam deduxerunt, ut teſtatur Strabo lib. 8. Illud enim non me movet. Nam ex Pauſania in Laconicis in princ. licet intelligere, Lacedæmonios coloniam Patras deduxiſſe, ibi. [illegible]

cedæmoniorum. Fuit etiam extremo Peloponneſio bello prætor, quum apud [1] Ægos flumen copiæ Athenienſium à Lyſandro ſunt [2] devictæ. [3] Sed tum afuit, eoque pejus res admiſtrata eſt. nam & [4] prudens rei militaris, & [5] diligens erat imperii. Itaque nemini erat his temporibus du-

τὴν Ἀχαΐαν πόλιν, ἣν τινα Πάτρας ἢ ἐς ἡμᾶς καλοῦσιν ὀπὸ Ῥωμαίων τύτε, συνεπελάβοντο λακεδαιμόνιοι Ῥ οἰκισμῶ συνήκαντο ἢ ἦν, &c. *Patras* commemorat & Thucyd. l. 2. paullo ante contentionem Cnemi Lacedæmon. Verum tamen nunc *Pharas* potius legendum arbitror, quo modo edendum cura

1 *Ægos.*] *Egos*, ut ubique. Codex P. Dan. ubi Lyſander ad internecionem devicit Athenienſes in Lyſandro initio. & in Alcibiade. ſup. vid. N. *Savaro. Ægos flumen.*] Eſt in Thracia, amnis Ægos, ut Plinius lib. ſecundo capite 40. aliique teſtantur; Græci αἰγὸς ποταμὸν vocant, id eſt, *Capræ flumen.* Stephanus in lib. de urbibus ad Helleſpontum oppidum eodem nomine αἰγὸς πόλαμὸν poſuit. *Magius.*

2 *Devictæ.*] Penitus victæ atque ad internecionem cæſæ, ut ad reſurgendum nullæ vires reſtarent, ſic loquitur ſtatim ſupra Miltiade, infra Cimone & Chabria. Curtius l. 9. c. 10. *Cilicia inundata cruore Perſarum, & Arbela, cujus campi deſectorum à nobis oſſibus ſtrati ſunt.* Gebh.

3 *Sed tum afuit.*] Negat id Xenoph. lib. 2. ἑλληνικῶν, & Plutarchus in vita Lyſandri. Etenim ex eo prælio fuga ſibi ſalutem octo triremibus comitantibus quæſivit, & ad Euagoram Cypri regem ſe contulit. *Long.* Juſtin. lib. 6. Cononem ait propter hanc cladem patria amiſſa, exulem Cyprum aliquandiu incoluiſſe. Oroſius etiam lib. 11. cap. 2. in Cypro hunc exulem manſiſſe dicit. Iſocrates in Euagora, in Cyprum profectum ſcribit, tum ob vitæ propriæ ſalutem, tum vero ut patriæ opem ferre poſſet, & auxilia compararet. *Magius.* De qua re vide etiam Ariſtotelem 11. Rhet. & Diodorum lib. 14. *Sed tum afuit.*] Abſentia imperatoris ſummi, ſed etiam à ſummo proximi, & jungere conſilia juſſi, res in deterius adminiſtrantur. Plauti dictum eſt notiſſimum Amphitruone:

—— *Ubi ſummus Imperator non adeſt ad exercitum,*
Citius quod non facto'ſt uſus fit, quam quod facto'ſt opus.

Sic in abſentia Alexandri poſtquam commiſſa Tyri obſidione cum expedita manu Arabiam petiiſſet, operi Perdiccas Crateruſque præpoſiti adeo infeliciter rem curarunt, ut jactæ à ſe *molis vix ulla veſtigia ab Arabia rediens invenerit Alexander.* Curt. lib. 4. cap. 26. 27. Abſentia quippe imperatoris ſegnior ac ſecurior fit miles. Liv. lib. 44. cap. 4. *Neque ipſe Perſeus, quod plurimum intererat certamini adfuit.* Juſtinus lib. 42. 4. m. *Pacoro abſente exercitus Parthorum relictus in Syria, à Caſſio quæſtore Craſſi cum omnibus ducibus trucidatur.* Gebhard.

4 *Prudens rei militaris & diligens.*] Infra 4. 3. laudat ducem fortem & prudentem. propriæ ducis virtutes fortitudo, prudentia, & induſtria, illæ in regenda militia, hæc in tuenda diſciplina. Senec. 7. de Benef. 13. *Laus imperatori etiam victo & duci redditur, ſi & prudentia, & induſtria, & fortitudo muneribus ſuis functa eſt.* Plura Cicer. in Orat. pro L. Manil. *Loccen.*

5 *Diligens erat imperii.*] Ita Lambinus & Savaro edendum curaverunt. Cæteri ad unum omnes, *diligens erat Imperator*, quo modo & Nepotis libellus hic inſcribitur. *Schott.* Ita in Cononе loquitur Cornel. Nepos. *Diligens imperii* eſt, qui nihil in eo, quod imperandum eſt, vacuum relinquit, ſed ſtatim imperat. Alias imperia, ut vacua, ſubditi invadunt. *Boxhorn.*

dubium, si adfuisset, illam Athenienses calamitatem accepturos non fuisse. Rebus autem afflictis quum patriam obsideri audisset, [1] non quæsivit ubi ipse tuto viveret, sed unde præsidio esset civibus suis. Itaque contulit se [2] ad Pharnabazum [3] satrapem Ioniæ & Lydiæ, [4] eundemque generum regis & propinquum: apud quem ut multum gratia valeret, multo labore multisque effecit periculis. Nam quum Lacedæmonii Athenienſibus devictis, in societate non manerent, [5] quam cum Artaxerxe fecerant, [6] Ageſilaumque bellatum miſiſſent in Aſiam, maxime impulſi

1 *Non quæſivit, ubi ipſe tuto viveret.*] Sic Cicero lib. 8. Epiſt. ad Attic. 1. *Ei ſtatim reſcripſi, hominemque certum miſi de comitibus meis, non me quærere, ubi tutiſſime eſſem.* Lambin. Sed tamen ante ſecuritatem quæſiverat, ut Iſocrates Oration. citata atteſtatur, & Plutarchus in Euagora. Ait in Artaxerxe, haud ſecuritate contentum fuiſſe, ſed rerum mutationem, veluti in pelago fluctum exſpectaſſe. *Mag.* Patriæ deeſſe ubicunque ſit, vir bonus non debet, imo non vult. Liv. 5. c. 51. *Niſi hæc quoq; pro patria dimicatio eſſet, cui deeſſe, quoad vita ſuppetat, aliis turpe, Camillo etiam nefas eſt.* Gebh.

2 *Ad Pharnabazum.*] Juſtin. lib VI. hæc copioſius habet. Item Xenophon libro 4. ἑλληνικῶν, unde iſta fere deſcripta ſunt. *Longol.*

3 *Satrapem Ioniæ & Lydiæ.*] Juſtin. lib. 5. Lydiæ Satrapem ſive Præfectum, non *Pharnabazum*, ſed *Tiſſaphernem* dicit. *Mag.* Nepos infra in Datame, alium Satrapem vocat illarum provinciarum, Ariobarzanem. Unde apparet, Ioniam & Lydiam, unam tantum Satrapiam fuiſſe, ſeu præfecturam provincialem, quæ ab uno Satrape regebatur. Sic Herodot. lib. 5. Orœtem quendam νόμου τὸν τε Φρύγιον καὶ Λύδιον καὶ Ἰωνικὸν obtinuiſſe refert, quod ex aliis etiam Scriptoribus ratum fecit eruditiſſimus Briſſonius. *Keuchen.*

4 *Eundemque generum Regis.*] Supra in Pauſania: *Mardonius Satrapes regius, natione Medus, regis gener.* Ut credibile ſit, illas ſemper eparchias à ſolis Magni Regis generis adminiſtratas fuiſſe, qui nonnunquam vice ſocri ſui fungebantur. *Keuchen.* Duxerat autem Pharnabazus Apamam uxorem, unam ex Artaxerxis filiabus, ut tradit *Plutarchus* in Artaxerxe.

5 *Quam cum Artaxerxe fecerant.*] Plutarchus ibidem dicit eam eſſe appellatam εἰρήνην τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδᾳ, pacem factam Antalcide interprete & legato; ſi fas eſt, inquit ille, contumeliam & proditionem pacem appellare. Hanc commemorat & Xenoph. lib. IV. de rebus Græciæ. Sed hæc pax poſterius facta eſt, quam Ageſilaus in Aſiam claſſem, exercitumque trajeciſſet, ut intelligere licet ex Plutarcho in apophth. Lacon. ibi, ἐπεὶ δὲ Κόνων καὶ Φαρνάβαζος τὸν βασιλέως ναυτικὸν θαλάττοκρατοῦντες, &c. Videtur igitur ea ſocietas eſſe intelligenda, quam Lacedæmonii cum Dario ſecundo, hujus Artaxerxis, qui Μνήμων, id eſt, *Memor* dictus eſt, & Cyri patre fecerunt: de qua Thucydides libro 8. Sed diſcrepat à Xenophonte & Plutarcho Probus. Illi enim narrant, Ageſilaum eo in Aſiam à Lacedæmoniis eſſe miſſum, quod audierant, regem Perſarum Artaxerxem exercitum & claſſes adverſus Græcos parare: Xenoph. & Plutarch. in Ageſilao. Non igitur Lacedæmonii ſed Perſæ in ſocietate non manebant. *Lambin.*

6 *Ageſilaumque.*] Cod. P. Danielis, *Hageſilaumque.*

pulsi[1] à Tiſſapherne, qui ex intimis regis ab amicitia ejus defecerat, & cum Lacedæmoniis coierat ſocietatem.[2] hunc adverſus Pharnabazus habitus eſt imperator: re quidem vera exercitui præfuit Conon, ejuſque omnia arbitrio geſta ſunt. Hic[3] multum ducem ſummum Ageſilaum impedivit, ſæpeque ejus conſiliis obſtitit. Neque vero non fuit apertum, ſi ille non fuiſſet,[4] Ageſilaum Aſiam Tauro tenus regi fuiſſe erepturum. Qui poſteaquam domum à ſuis civibus revocatus eſt, quod Bœotii & Athenienſes Lacedæmoniis bellum indixerant: Conon nihilo ſecius apud præfectos regis verſabatur, hiſque omnibus maximo
3 erat uſui. Defecerat à rege[5] Tiſſaphernes, neque id tam Artaxerxi quam cæteris erat apertum. Multis enim magniſque meritis apud regem, etiam quum in officio non maneret, valebat.[6] Neque admirandum ſi non facile ad credendum inducebatur, reminiſcens, ejus ſe opera[7] Cyrum fratrem ſuperaſſe. Hujus accuſandi gratia Conon à Phar-

1 *A Tiſſapherne.*] Tradit Xenophon in Ageſilao, huic Regis juſſu caput à Tithrauſte eſſe abſciſſum. Idem & Diodorus XIV. Erat hic homo perditus & univerſo Græcorum generi infeſtus, ut Plutarch. refert.

2 *Hunc adverſus Pharnabazus habitus eſt imperator.*] Acribus hoſtium ducibus acres ac negotiis pares Legatos quoties rex opponit, non injuria ſibi optima quæque de ſucceſſu ſpondere debet. Laudanda Darii circumſpectio, qui celebrata Alexandri virtute & celeritate in recuperando Græciæ ducatu oppoſuit Memnonem Rhodium fortitudine & rei militaris ſcientia præſtantem: Diod. lib. XVII. ἡγεμόνας δ' ἀείσυς πρὸς πρίνων, ἐν τοῖς τότε χρόνοις ὁ Μέμνων ὁ ῥόδιος ἀφείρων ἀνδρεία καὶ συνέσει στρατηγικῇ. Vide Juſtinum XXXI. c. 7. p. *Sed adverſus Annibalem quis melior quam Africani frater crearetur?* Gebhard.

3 *Multum ducem ſummum.*] Mendozæ codex & Savaronis editio, *Hic multum ducem ſummum.* Quod non aſpernabile videtur. Quid enim eſt *militum dux ſummus*, niſi forte anſerum aut anatum aut gregis ducem comminiſci velit. *Gebh.*

4 *Ageſilaum Aſiam Tauro tenus Regi fuiſſe erepturum.*] Videntur hæc tranſcripta è Diodoro lib. XV. Καὶ πόσοις εἰ μὴ μετεπέμψαντο αὐτὸν οἱ Σπαρτιάται ἀφ' ἵππας πολιτικὰς χρείας χεῖρον ἂν ἢ τὰ τῶν ὅλων τῶν Περσῶν βασιλέων εἰς τὰς ἐσχάτας κινδύνους κατίσησιν. Ageſilao inferius: *Qui cum victori præeſſet exercitui, maximamque haberet fiduciam regni Perſarum potiundi.* Gebh.

5 *Tiſſaphernes.*] Longolius *Tiſaphernes.* Codex Danielis *Thyſiphernes*, ut ubique. Scribendum *Tiſſaphernes*, nam in Græco eſt Τισσαφέρνης. *Keuch.*

6 *Neque admirandum.*] Venuſtius ſcripta lectio, & Ultrajectinus, *neque id mirandum.* Schott. Gebhard.

7 *Cyrum fratrem.*] Dario ac Paryſatidi (ut ait Plutarchus in Artaxerxe) filii quatuor fuerunt, major natu Artaxerxes hic de quo loquitur Probus, cui Mnemoni, hoc eſt memori cognomentum fuit: proximus ætate Cyrus hic: & iis juniores Oſtanes, & Oxathres Artaxerxes, & Cyrus

Pharnabazo ad regem miſſus, [1] poſteaquam venit, primum ex more Perſarum [2] ad Chiliarchum, [3] qui ſecundum gradum imperii tenebat, [4] Tithrauſtem acceſſit, ſeque oſtendit cum rege colloqui velle. nemo enim ſine hoc admittitur. Huic ille inquit, *Nulla mora eſt: ſed tu delibera,* [5] *utrum colloqui malis,* [6] *an per literas edere, quæ cogitas: Ne-*

Cyrus de regno inter ſe armis decertarunt: tandem Cyrus primum ab Artaxerxe (ut quidam volunt) vulneratus: poſt à Perſico adoleſcente nomine Mithridate, poſtremo à Caunio quodam viliſſimo homine ſauciatus, venaque popliti perfracta concidens, & tempus ad lapidem allidens, exanimatus eſt. Auctor Plutarchus in Artaxerxe, qui hunc, Tiſſaphernis opera, Cyrum bello ſuperaſſe non dicit, ſed ſolum ad rem quod attinet, retulit, Quod cum Artaxerxes regnum eſſet adeptus, & Paſagardis à Perſarum ſacerdotibus de more ſe regno vellet initiari: Tiſſaphernes Cyrum, qui fratrem ſibi prælatum necare inſidiis nitebatur, detulit, fuitque in cauſa ut ille comprehenſus, in carcerem cohjiceretur. E quo poſtea dimiſſus, copias ad bellum cum comparaſſet, variiſque rationibus militiæ conſilium diſſimularet, dum adverſus Artaxerxem aſcendere parat, Tiſſaphernes Regem adiens, rem omnem, bellique apparatum, indicavit.

1 *Poſteaquam venit.*] Juſtinus VI. *Itaque Conon diu rege per epiſtolas fruſtra fatigato, ad poſtremum ipſe ad eum pergit.* Plutarch. quoque in Artaxerxe Cononem teſtatur ad regem epiſtolam miſiſſe, mandaſſeque iis qui ferrent, ut per Zenonem Cretenſem vel Polycritum medicum, aut ſi non adeſſent, per Cteſiam medicum, regi eam redderent. *Magius.*

2 *Ad Chiliarchum.*] Codex P. Danielis, *ad Cheliarchum.* Lege χίλαρχον. P. *Daniel.* Qui fuit tribunus militum. *Long.* Χιλίαρχος à Græcis dicitur, qui mille Viris præfectus eſt. D. Hieronym. Exod. c. 18. pro *Chiliarcho Tribunum* dixit: Ad hanc vocem quod attinet, Q. Curt. l. v. ſic inquit: *Novem qui fortiſſimi judicati eſſent, ſingulis militum millibus præfuturi erant; Chiliarchos vocabant.* Joſephus libro III. de bello Judaico: *Milites,* inquit, *ad Centuriones, illi ad Chiliarchos conveniunt.* Mag. Cæterum iſte Chiliarchus alio nomine ob officium vocatur εἰσαγγελεύς, Diodorus lib. XVI. Ἀρεξάνης ἦν εἰσαγγελεὺς τῷ βασιλέως καὶ πιστότατος καὶ φίλτατος μετὰ Βαγώαν. Colligo tamen aliquando iſta officia ſeparata fuiſſe, & Chiliarchi dignitatem Internuncii ſive εἰσαγγελίως honore ampliorem atque celſiorem. Nam ut patet ex lib. XVII. Ariſtozanes poſtea demum ad Chiliarchi gradum aſcendit. *Gebh.* Idem Megiſtanes vocabatur, & poſt Regem totius regiæ curationem habebat, quemadmodum apud Ægyptios diœcetes. Qualia in Oriente multa nomina, quæ ſe latiſſime extendunt. Nec ambigo, quin hic fuerit unus ex Perſarum δουφόροις, quos mille fuiſſe, teſtatur Athenæus lib XIII. cap. 3. Quibus aliquanto viliores erant *Cubiculariis* ad oſtium palatii, quos πυλωρὸς vocabant, vel, ſecundum Plutarchum, κατδύστας. *Kuchen.*

3 *Qui ſecundum gradum imperii tenebat.*] Venuſta figura dictum. Cicer. de Offic. *Tenere conſularis dignitatis gradum.* Et pro Planco. *Summum in aliquo loco tenere & dignitatis & gratiæ.* Infra Phocione. *Namq; auctus adjutuſque à Demoſthene, eum quem tenebat, aſcenderat gradum.* Sueton. Claud. c. 4. *Quin per eoſdem gradus & articulos producendus ſit.* Gebh.

4 *Tithrauſtem.*] Longolius *Titharſten.* Cod. P. Dan. *Tethrauſten.*

5 *Utrum colloqui malis, an per literas edere.*] *Per epiſtolam, aut per nuncium,* ut eſt apud Plautum in Mil. act. IV. ſc. 6. Et

Neceſſe eſt enim [7] *ſi in conſpectum veneris,* [8] *venerari te regem,* quod [9] προσκυνεῖν illi vocant. Hoc ſi tibi grave eſt, per me nihilo ſecius, editis mandatis, conficies quod ſtudes.

in hac narratione ſæpius Nepos ἀλλωίζει. Nam Græci βασιλέα ἁπλῶς & Πέρσην appellabant, ut ſupra à nobis ad Miltiadem notatum. Qui tamen adeundi mos ab aliis deinceps regibus, aut regia poteſtate præditis obſervatus. Tacitus IV. Ann. de Tiber. *Moris quippe tum erat, quanquam præſentem, ſcripto adire.* Keuchen.

6 *An per literas edere.*] *Agere,* Schott. Dan. Gifan. Savaro. Malim *edere.* Curtius dixit quoque *edere mandata* lib. 10. c. 32. Noſter paullo poſt. Liv. l. 30. *Gebh. Poſteaquam edita mandata. An per literas.*] Mos vetus, quanquam præſentem principem, ſcripto adire. De quo etiam Tacitus IV. Annal. Cauſſæ ejus, ut mediate, non plus minuſve loquantur: ut rem magis animo & memoriæ Principis commendent; ne coram alloquuti, Principem occupatum longo teneant ſermone: ut tempus ad integram conſultationem ſervetur: ut repulſæ pudori literis, quæ non erubeſcunt, occurratur. Lipſius in comm. & Forſtner. in not. polit. ad d. l. Taciti. Cononi cauſſa fuit, quod præſens nollet more Perſarum adorare regem, ut mox auctor addit. *Loccen.* Illud *agere* expungit Ultrajectina & Longoliana editio.

7 *Si in conſpectum veneris.*] Arnobius μιμηλικῶς in ſimili narratione lib. VI. *Ut eos poſſimus coram & comminus intueri, affari de proximo.* Ubi & *affari* eſt, quod hoc loco προσκυνεῖν, ſive *adorare.* Keuchen.

8 *Venerari te Regem.*] Præter cæteros Juſtinus lib. 6. *Itaque Conon diu rege per epiſtolas fatigato, &c.* Reges enim Perſarum ſe fratres Solis & Lunæ jactabant & ut dii adorari volebant. Præter ea quæ in Sidonium ep. 9. lib. 8. elegantiſſime Petrus Chryſologus Serm. 120. *Neve ſimus ut Perſarum reges qui ſubjecta nunc pedibus ſuis ſphæra, ut polum ſe calcare vices mentiuntur, nunc radiato capite ne ſint homines, ſolis reſident in figura, nunc impoſitis ſibi cornibus, quaſi viros ſe eſſe doleant, effœminantur in lunam, nunc varias volut ſiderum ſumunt formas ut hominis perdant figuram.* Savaro Plutarchus in Themiſtocle ex perſona Artabani Chiliarchi: Ἓν μὲν γὰρ πολλῶν νόμων καὶ καλῶν ὄντων, κράλιστόν ἐστι, ΤΙΜΑΝ ΒΑΣΙΛΕΑ, ΚΑΙ ΠΡΟΣΚΥΝΕΙΝ ΕΙΚΟΝΑ ΘΕΟΥ ΤΟΥ ΠΑΝΤΑ ΣΩΖΟΝΤΟΣ. Ergo Orientalium fuit, Reges ſuos ſuperſtitioſe venerari, ſive adorare. Quod apud ſe in more eſſe, negabant Lacedæmonii. Vide Herodotus Polymn. Οὔτε γὰρ σφι ἐν νόμῳ εἶναι ἄνθρωπον προσκυνέειν. Hebræi eundem cultum obſervabant, ut apparet ex Samuelis II. capite I. & 14. Jud. X. De aliis auctor locuples eſt Nazianzenus Orat. I. in Julianum: Νόμῳ ἐστὶ βασιλικῷ, ἂν οἶδα ἐγώ, εἰ μὴ πᾶσιν ἀνθρώποις, παρ' ὅσοις τὰ βασιλικὰ σέβεται. Lege Arnob. lib. III. adverſus Gentes, & Iſocratem in Panegyrico. Mos adorandi talis erat: Genu flexo, proni procumbentes in terram, fronte humum feriebant, ac terram oſculabantur. Curt. V. & VIII. c. 31. Val. Max. VII. 2. Joſeph. XX. Martial. X. ep. 72. Manus etiam ad tergum referebant; ut tradit Lucianus in Navigio. Ac Reges quidem ut Deos venerabantur, & pro talibus eos habebant. Unde poſtmodum orta eſt omnis illa idololatria, quam *Regum ſtultitiam* vocat in Dario Sulpicius. Qualis in Nebucadnezare, Alexandro Magno, Romaniſque Imperatoribus triſtia experimenta habemus. *Keuchen.* Plura Briſſonius lib. I. Perſic. & Petrus Pithæus lib. I. adv. ſubceſ. *Schott.* De *Adulandi* voce vid. Cl. Gronov. notas ad Liv. 9. 18.

9 Προσκυνεῖν.] Codex noſter προσκυνῆσαι. Quod eodem recidit. *Schott. Gebhard.* Plutar. Hiſtoriam tribuit Themiſtocli, niſi forte utrique acciderit. *Schott.*

1 *Sed*

des. Tum Conon, *Mihi vero*, inquit, *non eſt grave quemvis honorem habere regi:* [1] *ſed vereor ne civitati meæ ſit opprobrio, ſi, quum ex ea ſim profectus quæ cæteris gentibus imperare conſueverit, potius barbarorum quam illius more fungar.* [2] Itaque quæ volebat, huic ſcripta tradidit. Quibus cognitis, [3] rex tantum auctoritate ejus motus eſt, ut Tiſſaphernem hoſtem judicarit, & Lacedæmonios bello perſequi juſſerit, [4] & ei permiſerit, [5] quem vellet, eligere ad diſpenſandam pecuniam. [6] Id arbitrium Conon negavit ſui eſſe conſilii, ſed ipſius, [7] qui optime ſuos noſſe deberet. Sed ſe ſuadere, Pharnabazo id negotii daret. Hinc magnis muneribus donatus, ad mare eſt miſſus ut Cypriis & Phœnicibus, [8] cæteriſque civitatibus maritimis, naves longas

1 *Sed vereor ne civitati meæ ſit opprobrio.*] Græcis enim aut Athenienſibus, ſevero populo turpis & indigna ejuſmodi veneratio habebatur. Vid. Val. Max. 6. 3. ext. & Plutar. Themiſtocle. Quare Iſmenias lepidi Strategemate uſus eſt, cum regem Perſarum accederet, quod narrant Ælian. 1. Var. 21. Plutarch. Artaxerxe.

2 *Itaque quæ volebat, huic ſcripta tradidit.*] Lambin. aliis in libris impreſſum fuiſſe teſtatur, *Quæ huic volebat, ſcripta tradidit.* Unde quidam effingere maluerunt; *Quæ hunc volebat, ei ſcripta tradidit.* Nihil literis, ſed per internuntios acta omnia tradit Juſtin. l. 6. c. 2. *Agit tamen cum eo per internuntios.* Gebh.

3 *Rex tantum auctoritate ejus motus eſt.*] Contra Diodorus, qui ſuaſu Pharnabazi ſcribit ab Artaxerxe claſſis imperium Cononi fuiſſe mandatum, l. XIV. Φαρναβάζῳ δὲ, τῷ πρὸς Λακεδαιμονίους ἀνοχῶν γεγονυίων ἀνέξη πρὸς τὸ βασιλέα, καὶ συνέπραξεν αὐτὸν στόλον ἐτοιμάσαι καὶ ναύαρχον καταστῆσαι Κόνωνα Ἀθηναῖον. *Gebhard.*

4 *Et ei permiſerit.*] Diodorus paullo aliter eodem libro.

5 *Quem vellet, eligere ad diſpenſandam pecuniam.*] Ταμίαν Græci vocant, pecuniis cogendis, adminiſtrandiſque præfectum. *Diſpenſator* aliquando dicitur (ſervile alias id nomen.) Vide Marcell. Donatum in Sueton. Auguſt. c. 67. *Boecler.*

6 *Id arbitrium negavit ſui eſſe conſilii.*] Eam electionem, prudenter. Nam mire placet hominibus, iis inprimis, qui nobis majores ſunt, ſi ita illis conſilium demus ut eos rectius ſapere dicamus, quod etiam Epidicus obſervat ap. Plautum. 2. 10. 272. Sic apud Cæſ. B. C. 1. 13. Decuriones Auximi docent *ſui judicii rem non eſſe.*

7 *Qui optime ſuos noſſe deberet.*] Martialis:

Principis eſt virtus maxima, noſſe ſuos.

Rationem non contemnendam conſignavit Trogus apud Juſtinum lib. VI. cap. 2. *Poſtulat dari ſibi miniſtrum impenſæ, quia pluribus id mandare perniciuſum ſit.* Gebhard.

8 *Cæteriſque civitatibus maritimis naves longas imperaret.*] Phraſis valde frequens Curtio, ut inde colligam, nec non ex aliis plurimis Ruffum Cornelii noſtri perſtudioſum fuiſſe. Sic dixit l. III. c. 4. *Naves ſociis imperare.* Cæſar l. VI. de Bell. Gall. cap. 4. Curt. lib. IX. cap. 38. *Equites civitatibus imperare.* Iſte iterum lib. I. Comment. cap. 7. *Provinciæ toti quam maximum militum numerum imperaret.*

longas imperaret, [1] classemque quæ proxima æstate mare tueri posset, compararet, dato adjutore Pharnabazo, sicut ipse voluerat. Id ut Lacedæmoniis est nunciatum, [2] non sine cura administrarunt, quod majus bellum imminere arbitrabantur, quam si cum barbaro solum contenderent. Nam [3] ducem fortem & prudentem [4] regiis opibus præfuturum, ac secum dimicaturum videbant, quem neque consilio neque copiis superare possent. Hac mente magnam contrahunt classem, proficiscuntur [5] Pisandro duce. [6] Hos Conon apud Cnidum adortus, magno prælio fugat, [7] multas

lib. VII. cap. 4. *Qua oblata potestate omnibus iis civitatibus obsides imperat.* Nepos vita Attici : *cum privatis pecunias per epistolas imperaret.* Sic Græci adhibent ἐπαγγέλλειν. *Gebh.*

1 *Classem compararet.*] Sic Mss. & Vulgati in Agesil. *Namque fama exierat Artaxerxem comparare classes.* In Miltiad. *Classem quingentarum navium comparavit.* Savaro.

2 *Non sine cura rem administrarunt.*] *Amministrant*, Codex P. Dan. Auxilia enim navalis belli à Rege Ægypti Hercynione petiverunt, & undique à sociis magna contraxere subsidia, ut inquit Orosius lib. III. cap. 2. *Mag.*

3 *Ducem fortem & prudentem.*] Et præterea res hostium apprime edoctum. Diodor. lib XIV. Οὗτος γὰρ ἦν ἔμπειρος τῶν κατὰ πόλεμον ἀγώνων, μάλιστα τῶν πολεμίων. *Gebhard.*

4 *Regiis opibus.*] Codex P. Danielis, *Regis opibus.* Sic in Themistocle, *classiariis Regis*, pro *regiis.* Keuchen.

5 *Pisandro duce.*] Sic legendum, *Pisandro duce*, non *Lysandro*, ut habent libri vulgati. *Lambin.* Græcis est Πείσανδρος. Xenoph. IV. Plutarch. Agesilao, & Justinus. Diodoro XIV. est Περίαρχος, ut alii notarunt, mendose. *Bongarf.*

6 *Hos Conon apud Cnidum.*] Isocrates in Euagora, de Cononis rebus gestis loquens, & consilio quod Persis dedit ad opprimendum Lacedæmonios: Πειθόντων ταῦτα τῶν στρατηγῶν καὶ ναυσὶ συλλεγῶσιν Λακεδαιμόνιοι μὲν κατεναυμαχήθησαν, καὶ τῆς ἀρχῆς ἀπεστερήθησαν, οἱ δ' Ἕλληνες ἠλευθερώθησαν. Si victis Spartanis à Cononе secura est libertas Græciæ; igitur solutum fuit eorum imperium: idem in Orat. ad Philipp. Συσσάττος τῷ Κόνωνι ναυμαχεῖ περὶ Κνίδον, νικήσας τῇ ναυμαχίᾳ. Λακεδαιμονίους μὲν ἐξέλασεν ἐκ τῆς ἀρχῆς. τοὺς δ' ἄλλους Ἕλληνας ἠλευθέρωσε. Ex his constat, Lacedæmoniorum clade ad Cnidum accepta fuisse finitum; qua in re Græcorum omnium firmus est consensus. Cœperat anno priore Olymp. XCIV. desiit anno altero Olympiadis XCVI. duravit annos VIX X. Isocrates Panathenaïco: Σπαρτιάτας ἐπὶ δέκα μόλις ἐπεστάτησαν τῆς Ἑλλάδος. *Casaubon.*

7 *Multas naves capit, complures deprimit.*] Curtius lib. 4. c. 37. vocat *Demergere. Naves*, inquit, *omnes fere aut demersit aut cepit.* Sed istud non est inelegantius. Cæs. I. Civ. B. c. 58. *Partem navium deprimunt; nonnullas cum hominibus capiunt.* Lib. 2. B. C cap. 6. *In naves impeditas impetum faciunt celeriterque deprimunt.* Tacit. Hist. l. 4. cap. 79. *Major pars navium depressa aut capta.* Hirt. lib. de Bell. Alex. cap. 11. *Capta est una hostium quadriremis, depressa est altera.* Ibid. c. 16. *Deprimuntur tres nostris incolumibus omnibus.* Auctor de Vir. Illustr. cap. 41. Græci vocant βυθίζειν, crebrius καταδύσαι. Diod. Aristoph. Ran. Act. I. sc. 2.

—— Καταδύσαιμ' ἂν γε ναῦς
Τῶν πολεμίων ἢ δώδεκ' ἢ τεσσαράκοντα.

1. *Qua*

tas naves capit, complures deprimit. [1] Qua victoria non ſolum Athenæ, ſed etiam cuncta Græcia, [2] quæ ſub Lacedæmoniorum fuerat imperio, [3] liberata eſt. Conon cum parte navium in patriam venit: [4] muros dirutos à Lyſandro utroſque & Piræei & Athenarum, reficiendos curat, pecuniæque quinquaginta talenta, quæ à Pharnabazo acceperat, [5] civibus ſuis donat. [6] Accidit huic, quod cæteris 5 mor-

1 *Qua victoria non ſolum Athenæ.*] Accidit illa ſub Eubulide; ut teſtatur illius ætatis Lyſias. Quare Diodorus errat neceſſario, qui in anno præcedente, ſub archonte Diophanto, illam refert. *Meurſius.* Meminit ejuſdem Athenæus lib. 1. Deipnoſ. Κίνων ὁ περὶ Κνίδον ναυμαχήσας νικήσας Λακεδαιμονίους.

2 *Quæ ſub Lacedæmoniorum fuerat imperio.*] Ἀπλῶς heic ſumitur *imperium*, pro θαλαττοκρατία, quæ nihil aliud fuit, quam Spartanorum & Athenienſium alterna poteſtas obtinendi maris. In Pelopida: *Qua paucitate percuſſa eſt Lacedæmoniorum potentia.* Quod frequens apud Cornelium & alios. *Kench.*

3 *Liberata eſt.*] Unde etiam erectæ fuerunt publico ſumptu binæ ſtatuæ prope Jovis Servatoris ſimulachrum, quarum una Cononis, altera Euagoræ Cypri Regis. Vide Plutarchum.

4 *Muros dirutos à Lyſandro.*] Sed permiſſu Pharnabazi, cum quo in Peloponneſum navigans Laconicam vaſtavit, ſocioſque Athenienſium in Spartanos incitavit. *Ernſt.* Iſocrates ad Philippum: Οὐ μόνον ὑπ' ἐκείνης τῆς πόλεως ἀνῃρθωσεν, ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν εἰς τὴν αὐτὴν δόξαν περήγαγεν. Sic Demoſthenes, Pauſanias, Xenophon, Athenæus, Polyænus, alii; nec ullus exſtat fere ſcriptor, qui non minimum alludat. Juſtin. lib. 6.

5 *Civibus ſuis donat.*] Athenæus præter iſtam libertatem, plura illius recenſet in cives beneficia, lib. 1. *Longol.*

6 *Accidit huic, quod cæteris mortalibus; ut inconſideratior in ſecunda, quam in adverſa eſſet fortuna.*] Iiſdem pene verbis Juſtinus fine Philippicarum Hiſtor. *Hamilcar*, inquit, *magnis rebus geſtis, dum fortunam inconſultius ſequitur, in inſidias deductus occiditur.* Contra de Timoleonte: *Id quod difficilius putatur, multo ſapientius tulit ſecundam quam adverſam fortunam.* Contrarium ſentit Diodorus: Εὐτυχήσειν ὑπάρχει συμφορὰς ἐπιφέρειν ἀπροσδοκήτους, ἢ τὰς δυμαχίθεις δυμεφορὰς ἐμφρόνως. Sed aſſentior Nepoti, & rationem reddit Tacit. lib. 1. cap. 15. Hiſt. *Secundæ res*, inquit, *acrioribus ſtimulis animum explorant: quia miſeriæ tolerantur, felicitate corrumpimur.* Quem locum expreſſiſſe Tacit. ex Oratione M. Catonis pro Rhodienſibus mihi videtur. Fragmentum iſtud, prout emendavit Cl. P. Scriverius ex lib. 7. c. 3. Gellii, ad cabo: *Scio ſolere pleriſque hominibus rebus ſecundis atque prolixis atque proſperis animum excellere, atque ſuperbiam atque ferocitatem augeſcere atque creſcere: quod nunc magnæ curæ mihi eſt, quia hæc res tam ſecundæ proceſſerint, ne quid in conſulendo adverſi veniat, quod noſtras ſecundas res conficiet, neve hæc lætitia nimis luxurioſe eveniat. Adverſæ res ſe domant & docent, quid opus ſit facto; ſecundæ res lætitia tranſvorſum trudere ſolent à recte conſulendo & intelligendo.* Nam res adverſæ futurorum metu diligentiam acuunt atque intendunt; ſecundæ vero ſecuritatem, contemptum atque inſolentiam pariunt. Diodor. lib. 13. Εὐδαιμονίσαντος γὰρ ὄντος τῶν Ἑλλήνων τὴν εὐτυχίαν ὥσπερ βαρὺ φορτίον ἐφέροντες. Id. lib. 18. Οἱ πλεῖστοι γὰρ ἀπὸ τὴν εὐτυχίαν ἐπαίρονται μᾶλλον ταῖς εὐτυχίαις, ὑπερηφανοῦσι δ' ἐν ταῖς χαρούμεναι τὴν ἀνθρωπίνην καὶ κοινὴν ἀσθένειαν ἐπιλάθονται· διὸ καὶ νῦν τὰς πλείστας ὁρᾶν ἔξεστιν ἐπὶ τὴν ἀτυχίαν, ὥσπερ βαρὺ φορτίον φέρουσας ἀπωκλάσαντας. Conqueritur hoc

mortalibus, [1] ut inconſideratior in ſecunda quam in adverſa eſſet fortuna. Nam claſſe Peloponneſiorum devicta, [2] quum ultum ſe injurias patriæ putaret, [3] plura concupivit, quam efficere potuit. Neque tamen ea non pia & probanda fuerunt, quod potius Patriæ opes augeri quam regis, maluit. Nam quum magnam auctoritatem ſibi pugna ſua navali quam apud Cnidum fecerat, conſtituiſſet, [4] non ſolum

hoc de ſuis apud Curtium Alexander libro 10. cap. 10. *Secundis rebus, quæ circumfluunt nos, inſanire cœpiſtis, obliti ſtatus ejus, quem beneficio exiſtis meo: digni hercule, qui in eodem conſeneſcatis; quoniam facilius eſt vobis adverſam quam ſecundam regere fortunam.* Idem Scriptor de Dario, qui ſanctos & mites mores in regio faſtigio mutaverat crudelitate l. 3. cap. 7. *Erat Dario mire ac tractabile ingenium, niſi etiam ſuam naturam plerumque fortuna corrumperet.* Et de eodem Dario Charidemus ibid. *Tu quidem licentia regni ſubito mutatus documentum eris poſteris, homines cum ſe permiſere fortunæ, etiam naturam dediſcere.* Hinc intelligendum illud Taciti 6. cap. 48. *An cum Tiberius poſt tantam rerum experientiam vi dominationis convulſus & mutatus ſit.* q. d. Tiberium licentia imperii ac rebus ſecundis abſtractum eos mores induiſſe, quos fortuna regia præcepiſſet, abjectis, quos natura & inſtitutio dediſſet. Mutatum quoque & convulſum eſſe Alexandrum regni licentia queritur diſertiſſime facundiſſimus Curt. lib. 10. cap. 6. *Cœperat eſſe præceps ad repræſentanda ſupplicia; item ad deteriora credenda. Sic ſcilicet res ſecundæ valent commutare naturam, & raro quiſquam erga bona ſua ſatis cautus eſt.* At revera is ſapiens perhibetur, qui utramque fortunam æquo fert animo, neque triſti ſuccumbit, neque ſecunda effertur. Rutilius:

Nec tantum duris nituit ſapientia rebus,
Pectore non alio proſperiora tulit.

Ariſtot. lib. 1. Ethic. Τὰ μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸν τὴν ἐμφερῆ πάσας οἰόμεθα τὰς τύχας δυσημόνως φέρειν. Addam: Οἱ παπαὶ δυμῆοι κεθάπερ οἱ ἐν παλαίστραις, καὶν πάσω, ταχέως ἐπιδεξίως ἐν τῇ ἀτυχίᾳ ἐξανίστανται. B. Baſilius: Οὗτος ἦν ἐστὶ ὁ τῶν ἀγαθῶν κυβερνήτης, ὁ ἰσοχαρεμόνως τῇ ὑποκειμένῃ φύσεως μεταχειριζόμενος τὰ συμπίπτοντα, καὶ ὅμοιος ἀεὶ αὐτὸς ἑαυτῷ διαμένων, μήτε ἐπαιρόμενος ἐν ταῖς εὐθυμίαις, μήτε κατα πίπτων ἐν ταῖς συμφοραῖς. *Gebhard.*

1 *Ut inconſideratior in ſecunda, quam in adverſa.*] Ἵνα μὲν ἦν καὶ ἐτέρως ἤδη τῶν συμβάντων, τὸ τοὺς μὲν ἐν ταῖς ἐπιτυχίαις ἐξυβρίας μὴ διώκειν φέρειν ἀνθρωπίνως, ἐν δὲ ταῖς ἀξιοπιστείαις δικαίως ἑαυτῶν καὶ γνησίως. Polybius 17. hiſtor. Caſaub. vert. Accidit hoc & aliis fortaſſe jam ante, ut rebus lætis potentiam ferre, ſicut homines par erat, nequirent; in adverſis caute admodum & prudenter ſtatum ſuum conſervarent. Vide Var. Lect. Mureti libro 5. cap. 15. *Boecl.*

2 *Quum ultum.*] Alii libri habent, *cum ulciſci.* alii, *cum ultum:* ego *ultum* malo. Nam revera ultus erat patriæ injurias muris refectis, & de integro excitatis, quos illi diruerant. *Patriæ injurias* autem, id eſt, injurias à Lacedæmoniis patriæ illatas. *Lambin.*

3 *Plura concupivit quam efficere potuit.*] Ingenio ambitioſorum relictis mediis ruentium ad ſummam ſua pernicie. Tacit. Ann. cap. 66. *Brutidium artibus honeſtis copioſum, & ſi rectum iter pergeret, ad clariſſima quæque iturum feſtinatio exſtimulabat, dum æquales, dum ſuperiores, poſtremo ſuas ipſe ſpes anteire parat, quod multos etiam bonos peſſum dedit: qui ſpretis quæ tarda cum ſecuritate, præmatura vel cum exitio properant.* Gebh.

4 *Non ſolum inter barbaros, &c.*] Alterum *inter* redundat. *Schott.*

lum inter barbaros, ſed etiam inter omnes Græciæ civitates, clam dare operam cœpit, ut Ioniam & Æoliam reſtitueret Athenienſibus. [1] Id quum minus diligenter eſſet celatum, Teribazus, qui Sardibus præerat, Cononem evocavit, ſimulans ad regem eum ſe mittere velle [2] magna de re. Hujus nuncio parens, quum veniſſet, in vincula conjectus: in quibus aliquandiu fuit. Nonnulli eum ad regem abductum, [3] ibique periiſſe ſcriptum reliquerunt. Contra ea [4] Dinon Hiſtoricus, cui nos plurimum de Perſicis rebus credimus, effugiſſe ſcripſit. Illud addubitat, utrum [5] Teribazo ſciente, an imprudente ſit factum.

1 *Id quum minus diligenter eſſet celatum.*] Valde hic diſcrepant inter ſe Hiſtorici. Nam Xenophon quidem lib. IV. ἱλλ. narrat, Lacedæmonios, poſteaquam cognoviſſent, Cononem muros urbis & Piræei à Lyſandro dirutos, pecunia regia de integro excitaſſe, & urbeis Ioniæ & Æoliæ in continente ſitas ad Athenienſeis transferre cogitare, conſtituiſſe his de rebus Tiribazum præfectum regium docere, confiſos fore hoc pacto, ut ille aut ſecum ſocietatem iniret, aut Cononi ſumptus in claſſem ſuppeditare deſineret: Qua re audita, Athenienſeis contra cum Cononе legatos quatuor, Hermogenem, Dionem, Calliſthenem, Callimedontem ad Tiribazum miſiſſe; legatos etiam à ſociis, qui una proficiſcerentur, evocaſſe; quorum orationibus auditis, Tiribazum clam Antalcidæ Lacedæmoniorum legato pecuniam dediſſe, ut claſſe ab iis inſtructa, Athenienſes & eorum ſocii cupidius pacem expeterent atque exoptarent: Cononem autem tanquam injuriam Regi facientem, in vincula conjeciſſe. Sic Xenophon. Diodorus vero lib. 14. ſcribit, Tiribazum Cononi, ob res proſpere ab eo geſtas invidiſſe, & hac cauſa prætexta, quod urbeis Athenienſibus acquireret claſſe, & copiis Regis; eum Sardeis perductum in vincula conjeciſſe. Iſocrates aperte ſignificat in Panegyrico; Cononem immerito à Perſis eſſe comprehenſum. *Lambin.*

2 *Magna de re.*] Sic ex fide Ms. mei & Gif. emendavi & diſpunxi. Ms. Put. cum vulg. *magna feſtinatione.* Savaro.

3 *Ibique periiſſe.*] Editio Pariſienſis, *ibique eum periiſſe.* Diodorus Siculus de eo ſupplicium ſumptum eſſe ſignificat libro XV. his verbis: Τ῾ποπλάσας ὁ Γ῾ρικρέ῾της μὲν συλληφθεὶς, καὶ τιμωρίας τύχη, καθάπερ Κόνων ἐπαθεν ὁ Α῾θηναῖος.

4 *Dinon Hiſtoricus.*] Alii mendoſe *Dimon*, vel *Dion*, vel *Dyon.* Scribendum *Dinon*, qui Græcis Δεινων. Plutarch. in Themiſt. Ε῾φορος καὶ Δεινων, καὶ Κλειταρχος, καὶ Η῾γησανδρος. Athenæus l. 3. & 5. *Longol. Lambin. Mag. Savar.* Scripſit hic Perſica, pater fuit Clitarchi, vixitque tempore Artaxerxis Ochi, & Philippi. *Gebhard.* De quo vide Magnum Voſſium lib. IV. de Græc. Hiſtor. cap. 8.

5 *Teribazo.*] Qui pedeſtribus copiis præerat teſte Diodor. Sicul. lib. 14.

DION.

DION.

X.

1 [1]DION Hipparini filius Syracuſanus, nobili genere natus, utraque implicatus tyrannide Dionyſiorum. [2]Namque ille ſuperior, [3]Ariſtomachen, ſororem Dionis, [4]habuit in matrimonio, [5]ex qua duos filios, Hipparinum & Nyſæum, procreavit: totidemque filias, [6]Sophroſynen & A-

1 *Dion Hipparini filius.*] Diodorus Siculus l. 16. Δίων ὁ Ἱππαρίνου, συγγενείων τῶν ἀρχόντων ὑπάρχων. Vide Suidam & Plutarchum. M. Tull. 5. Tuſcul. Quæſt. Valer. l. 3. c. 8. l. 4. c. 1. *Savaro.*

2 *Namque ille ſuperior.*] Major, antiquior. Sic *Cato ſuperior* Valer. Max. libro 8. capite 15. qui aliis *major.* Superiores eidem *majores* lib. 11. c. 1. *Majores natu in convivio ad tibias egregia ſuperiorum opera carmine comprehenſa pangebant.* Gebhard. Hunc infra Dionyſium Siculum priorem vocat. *Keuchen.* Qui duodequadraginta annos tyrannidem obtinuit, cum v. & xx. annos natus dominatum occupaſſet, inquit M. Tullius lib. v. Tuſcul. Quæſtionum: Et ita Diodorus Siculus lib. 14. Μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον Διονύσιος εἰς ἀρίστων ἐπιβὰς ναῦν διασωθεὶς εἰς τὴν τεμένιον ἦλθε καὶ ὑπὸ *Lambin.*

3 *Ariſtomachen ſororem Dionis.*] Sic Diodorus lib. 14. Habuit enim duas uxores Dionyſius ſuperior, unam nomine Lorida, natione Locram, Xeneti viri civium ſuorum nobiliſſimi filiam; alteram Syracuſanam, nomine Ariſtomacham, Hipparini filiam, Dionis ſororem. *Idem.* Eaſque uno die duxit. Ælianus aperte: ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ δύο γυναῖκας ἠγάγετο Διονύσιος, Δωρίδα, τὴν Λοκρίδα, καὶ Ἀριστομάχην τὴν Ἱππαρίνου, Δίωνος δὲ ἀδελφήν. Et adjungit continuo polygamiam: Καὶ παρ' ἑκατέρᾳ ἐκοιμᾶτο ἐν μέρει. καὶ ἡ μὲ ἐκολάθη θαλαμευομένη. ἡ δὲ ἐπανήκουσα ὑπεδέχετο. lib. 13. Var. Hiſt. vid. ad utrumque locum Notas Cl. Schefferi. M. Tullius lib. 5. Tuſcul. *Cumque duas uxores haberet, Ariſtomachamcivem ſuam, Doridem autem Locrenſem; fic noctu ad eas ventitabat, ut omnia ſpecularetur, & perſcrutaretur ante.*

4 *Habuit in Matrimonio.*] Supr. in Præfat. *ſororem germanam habere in matrimonio.* in Cimone totid. verbis. *Savaro.*

5 *Ex qua duos filios Hipparinum & Nyſæum.*] Diodorus Siculus, Hipparinum & Narſæum: Plutarchus in Dione, non negat quidem ille, Dionyſio majori ex Ariſtomacha filios eſſe natos, ſed ſcribit, ex peregrina Dionyſium, cujus hic vita ſcribitur, antequam illa gravida fieret, natum eſſe; & Ariſtomacham diu infœcundam fuiſſe. Sed quod ad rem attinet, Plutarchus tradit Areten nupſiſſe prius Thearidæ Dionyſii fratri; eo mortuo vero, Dioni, cum eſſet ſororis filia. Sic Plutarchus in Dione: Σωφρονοῦντι μὲν Διονυσίῳ τὸν υἱὸν συνοικίζειν, Ἀρίστῃ δὲ Θεαρίδῃ τῷ ἀδελφῷ τελευτήσαντος δὲ τοῦ ἀδελφοῦ Θεαρίδου Δίωνι ἔλαβεν Ἀρίστην ἀδελφιδῆν ἔσαν. Idem paullo poſt ſcribit, tres liberos Dionyſio ex Locrenſi uxore eſſe natos: quatuor ex Ariſtomacha, duos mares, totidemque fœminas. *Lambin.*

6 *Sophroſynen.*] Editio Pariſiana, *nomine Sophroſynem.* Codex Longolianus, *Sophros:* Quod compendio editum, pro *Sophroſynen.* Keuchen.

1 *Naptum*

& Areten. Quarum priorem Dionyſio filio eidem, cui regnum reliquit, [1] nuptum dedit: [2] alteram, Areten, Dioni. Dion autem præter nobilem propinquitatem, generoſamque majorum famam, multa alia à natura habuit bona. In his ingenium docile, [3] come, aptum ad artes optimas: magnam corporis dignitatem, [4] quæ non minimum commenda-

1 *Nuptum dedit.*] Sic ſupra locutus eſt Nepos in Pauſan. *Des ei filiam tuam nuptum.* & iter. infr. *Areten Dionis uxorem alii nuptum dedit.* Terent. Andria. *Datur illa hodie Pamphilo nuptum?* Idem in Hecyra. *Perii, ex quo cenſes, niſi ex illo cui data eſt nuptum, obſecro?*

2 *Alteram Areten, Dioni.*] Libri quidam *Aretem* omittunt. Vulgati, *& Areten, quarum priorem Dionyſio, &c.* In Ælliano Ἀρήτη reponendum, pro Ἀρήτη. lib. 12. Var. Hiſt.

3 *Come.*] Atqui fuit contumax & acerbus natura, vel Platonis, qui eum optime noverat, teſtimonio: qui eum reprehendens in epiſtola quadam, ſic ad eum ſcribit: ἐνθυμοῦ ὅτι δοκεῖς ποτὲ ἐνδεεστέρως τῷ σωφρονεῖν διακεῖσθαι ἢ νῦν, ὅτε μὲν οὖν λανθάνειν ἐβούλου, ὅτι ἀρίσκεις τοῖς ἀνθρώποις καὶ τὸ σωφρονεῖν ἐστιν. ἡ δὲ αὐθάδεια ἐρημία ἑταίρων. Sic & Plutarch. in Dione. ἀμέλει ὁ φύσει πικρὸς τὸ ἦθος ὄξος εἶχεν αὑτῷ, καὶ τραχύπλευρα δυσκοίνωνον ἐν ἐντεύξει, καὶ δυσξύμβολον, &c. Idem ſub extr. eandem morum aſperitatem notat, & verba illa ſuperiora Platonis profert. Et in lib. πῶς ἄν τις αἰσθοιτο ὑπὸ κόλακος φίλου, eo loco, ubi docet, tunc potius monendos & reprehendendos eſſe amicos, cum rem ſuam bene gerunt, & fortunati ſunt, quam cum eis fortuna adverſatur. Plutarchi verba ſunt hæc. τοιαῦτα φησὶ Κύρῳ πρὸς Κυαξάρην, καὶ τὰ πρὸς Δίωνα Πλάτων, ὅτε λαμπρῷ πλεῖ καὶ νῦ, καὶ πάντας εἰς ἑαυτὸν ἀνθρώπους ὑπέγραφε καὶ τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος ἀγαλλόμενα φυλάττεσθαι καὶ δεδιέναι πλὴ αὐθάδειαν, ὡς ἐρημία ξυνόντων. *Lamb.* Hoc quamvis ita fuiſſe largiamur in cæteris, tamen come fuit & facile adverſus docentes ipſum, præſertim erga Platonem ad capienda ab eo virtutum & vitæ præcepta, uti Plato ipſe in epiſt. 7. ad Dionyſii propinquos ſcribit & infr. 2. 3. noſter confirmat.

4 *Quæ non minimum commendatur.*] Sic Mss. alii *commendat:* Boecler. *Quæ non minimum commendat.* Sic legendum eſt, non, ut vulgo, *commendatur.* natum mendum ex ignoratione verbi. *commendat* enim hoc loco valet, ornat, facit amabilem, benevolentiam atque amorem conciliat: & ſubintelligendum eſt, homines, ſeu viros. ſic Cicero lib. 1. de orat. ſub extr. *& in voce, quæ una maxime eloquentiam vel commendat, vel ſuſtinet,* &c. Idem off. 2. P. Rutilii adoleſcentiam ad opinionem & innocentiæ, & juris ſcientiæ P. Mucii *commendavit domus.* Idem oratione poſt reditum in ſen. *cum enim præter ſimulatam, verſutamque triſtitiam, nulla res commendaret.* Idem iterum de oratore. ad Q. Fr. *oratio placida, ſummiſſa, lenis reos commendat.* Horat. epiſt. 15. lib. 1.

Quod me Lucanæ juvenem commendet amicæ.

Lambin. Reſpexiſſe videtur ad Euripideum illud in Phœniſſ. apud Porphyrium & Stobæum:

Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος.

Sic infra in Iphicrate: *Fuit autem & animo magno, & corpore, imperatoriaque forma. Commendatur* autem Scripti libri auctoritate retineo. *Schott.* Corporis autem dignitatem in regentibus commendari tralatitium eſt. Tacit. 2. Ann. cap. 15. *Cum hic nobilitatem ducis, decorem ætatis, plurimi patientiam, comitatem per ſeria, per joca eumdem animum laudibus ferrent.* Vide ibid. cap. 73. Eumdem inter

mendatur: magnas præterea divitias à patre relictas, quas ipſe tyranni muneribus auxerat. Erat intimus Dionyſio priori,[1] neque minus propter mores quam[2] affinitatem. Namque etſi Dionyſii crudelitas ipſi diſplicebat, tamen ſalvum illum propter neceſſitudinem, magis etiam[3] ſuorum cauſa eſſe ſtudebat. Aderat in magnis rebus: ejuſque conſilio multum movebatur tyrannus,[4] niſi qua in re major ipſius cupiditas interceſſerat.[5] Legationes vero omnes, quæ eſſent illuſtriores, per Dionem adminiſtrabantur. Quas quidem ille diligenter obeundo, fideliter adminiſtrando, crudeliſſimum nomen tyranni[6] ſua humanitate

inter adjumenta eſſe ſummæ rei adipiſcendæ aſſerit idem lib. XI. cap. 28. De Silio: *Nunc juvenem nobilem, dignitate fortunæ, juventa ac propinquo conſulatu ad ſpem accingi.* Et inter cætera, quæ Galbam deſtruxerant, erat deformitas. Tacit. lib. 1. Hiſtor. cap. 7. *Ipſa ætas Galbæ & irriſui & faſtidio erat aſſuetis juventæ Neronis, & Imperatores forma ac decore corporis (ut eſt mos vulgi) comparantibus.* Juſtin. lib. 13. cap. 1. *Sed nec Amici Alexandri ſruſtra regnum ſpectabant: nam ejus virtutis ac veneratione erant, ut ſingulos* Reges *putares. Quippe ea formæ pulchritudo in omnibus fuit, ut qui eos ignoraret, non ex una gente; ſed ex toto terrarum orbe electos judicaret.* Gebhard.

1 *Neque minus propter mores.*] Plut. paullo aliter: Ἐν ἀρχῇ μὲν εἶχε τιμὴν ὡς τοῦ Δίωνος ἀδελφῆς, ὕστερον δὲ φθονεῖν ἤρξατο πᾶσιν, ἤδη καθ' ἑαυτὸν ἀγαπώμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν. *Lambinus.*

2 *Affinitatem.*] Quod Dionyſius Ariſtomachen ſororem Dionis haberet in Matrimonio. in Pauſan. *ſeque tecum affinitate conjungi cupit.* in Attico. *plus valere ſimilitudinem morum quam affinitatem.* videlicet quæ ſoror Attici 2. Tullio Ciceroni nupta erat. unde *affinis* in Timoleone vir ſororis appellatur, ubi vide. *Savaro.*

3 *Suorum.*] Sororis & liberorum.

4 *Niſi qua in re major ipſius cupiditas interceſſerat.*] Quatenus permittunt affectus & cupiditates obtemperant ſanis monitis dominantes: quoties vero intenſior cupido inceſſit animos, obſtruëtæ ſunt aures & impotens libido ſuis ſtimulis abripitur. Valer. 3. 3. apud Phalarim *plus conſuetudo dominationis, quam conſilii ſalubritas valuit.*

5 *Legationes vero omnes.*] Plutarchus: Πρεσβείας τὰς μεγίστας διώκει, πραπόμπους τε πρὸς Καρχηδονίους ἀθαμάδην ἀφικόντως. *Lambin.* ex conjectura.

6 *Sua humanitate tegebat.*] *Leniebat.* Veteres tamen *tegebat.* Senſu expeditiſſimo ac germano. Nam Dion humanitate ac morum tranquillitate tegebat atque abſcondebat decantatam ubique Dionyſii crudelitatem; qui mitiſſimos Dionis mores intuebantur, perſuadere ſibi non poterant, tam immanem eſſe Dionyſium, quam vulgo jactaretur. Et eum in modum loquitur Tacit. 12. c. 12. *Dum ſocors domi, belli infauſtus, ignaviam ſævitia tegat.* Piccartus lib. Pericul. ſingulari cap. 10. defendit *leniebat*, ſine cauſa. *Gebh. Tenebat* in Membranis Schotti & Giſanii. *Sua humanitate leniebat.*] Sic edendum curavi, conjectura ductus. Nam cum in exemplis Aldinis, & Florentinis, & nonnullis aliis, reperiſſem ſcriptum, tenebat, neque hoc verbum ad hunc locum mihi quadrare poſſe videretur, ex *tenebat*, levi & facili immutatione feci, *liniebat.* neque me movet lectio Germanica, in qua eſt, *ſegebat.* hoc enim

nitate tegebat. Hunc à Dionyſio miſſum Carthaginenſes [1]ſuſpexerunt, ut neminem unquam Græca lingua loquentem magis ſint admirati. Neque vero hæc Dionyſium fugiebant. nam quanto eſſet ſibi ornamento, ſentiebat. Quo fiebat, ut uni huic maxime indulgeret, neque eum ſecus diligeret ac filium. Qui quidem, quum [2]Platonem Tarentum veniſſe fama in Siciliam eſſet perlata, [3]adoleſcenti negare non potuit, quin eum [4]arceſſeret, quum Dion ejus audiendi cupiditate flagraret. Dedit ergo huic veniam, [5]magnaque eum ambitione Syracuſas perduxit. Quem Dion adeo admiratus eſt atque adamavit, [6]ut ſe totum

enim tegebat, ex *tenebat*, factum eſt, conjectura facili illa quidem & propinqua, quod ad literas attinet, ſed quod ad verbi vim & ſermonis Romani conſuetudinem, minus apta, crudelitatem enim, aut crudele nomen humanitate lenire, convenienter, & tranſlatione illuſtri dicitur: *tegere* vero non item. quod ſi quis huic verbo locus quæreretur, factum, aut facinus crudele tegi aptius diceretur, quam nomen, meo quidem judicio. *Lambin.*

1 *Suſpexerunt.*] Vulgati, *ſuſpicerunt.*

2 *Platonem Tarentum veniſſe.*] Quod ex ipſius Platonis ad Dionis propinquos epiſtola intelligere licet. *Lambin.* Venit Tarentum, L. Camillo, P. Claudio Coſſ. Cicero. Cauſas profectionis narrat Apulejus de Dogm. Platonis, cujus hæc verba: *Sed ille* (Plato) *primo hiſtoriæ gratia, ut naturam Ætnæ & incendia concavi montis intelligeret; Secundo, petitu Dionyſii, ut Syracuſanis aſſiſteret, eſt profectus, & ut municipales leges ejus provinciæ diſceret. Tertiùs ejus adventus, fugientem Dionem impetrata à Dionyſio venia, patriæ ſuæ reddidit.* Mag.

3 *Adoleſcenti.*] Dioni; qui, ut tradit Plutarchus, Platonem audivit, priuſquam Plato tyrannum conveniret; ab eoque fuit, cùm valde eſſet docilis & ingenio acerrimo, ad ſtudium virtutis & ſapientiæ mirifice inflammatus: quod & Plato in epiſtola quadam ſcripſit. Δίωνι μὲν γὰρ ἦν μάλα ἀμαθὴς οὖν, ὡς τὰ πολλὰ, καὶ ἀφῆς τὰς τότε ὧν ἐμοῦ λόγους λεγομένους, ἵνα ἐξίωσε ὑπήκουζε καὶ σφόδρα, ὡς ἐδήλοις πώποτε ὢν ἐμοὶ ἀφοσιτυχον νέων. καὶ τ ἐπίλοιπον βίον ζῆν ἐθέλησον ἀγαθοειότατος τ πολλῶν Ἑλλήνων τε καὶ σπουδαιοτάτων, ἀρετὴν ἀεὶ πλείονα ἐπιθυμῶν, τ τε ἄλλης τυραννικῆς ἀγαπητός. *Lambin.*

4 *Arceſſeret.*] *Acceſſeret*, Cod. Danielis. Sed rectius *arceſſeret*, ut infra idem Codex *arceſſirit.*

5 *Magnaque eum ambitione Syracuſas perduxit.*] Exquiſito apparatu, & ambitioſo comitatu. Plin. Hiſt. Nat. 7. 3. Solinus cap. 7. *Dionyſius tyrannus vitta-tam navem Platoni obviam miſit. Ipſe cum albis quadrigis egrediens in littore occurrens honoratus eſt.* Gebhard. Græci pro *magna ambitione*, φιλοτίμως uſurpant, quod eodem recidit. *Lambin.* Vid. Plutarch. in Dione. Ælian. 4. 18. Sed Dionyſios confundit Nepos: neque enim eos honores Platoni major Dionyſius, ſed minor mortuo patre habuit. Honorifice quidem excepit Platonem Dionyſius Major, ſed nihil ibi nimium & ambitioſius legere memini. *Buchn.*

6 *Ut ſe totum ei traderet.*] Quare Dion communi nomine à ſcriptoribus vocatur *Dion amicus Platonis.* Vid. exempla ſimilia apud Rhodig. Lect. Ant. libro 23. cap. 4.

tum ei traderet. Neque vero minus [1] Plato delectatus est Dione. Itaque quum à Dionysio tyranno [2] crudeliter violatus esset, quippe quem [3] venundari jussisset, tamen [4] eodem rediit, ejusdem Dionis precibus adductus. Interim [5] in morbum incidit Dionysius: [6] quo cum graviter conflictaretur, quæsivit à medicis Dion, quemadmodum se haberet: simulque ab his petiit, si forte majori esset periculo, ut sibi faterentur. [7] Nam velle se cum eo colloqui de partiendo regno, quod sororis suæ filios ex illo natos, partem regni putabat debere habere. [8] Id medici non tacuerunt,

1 *Plato delectatus est Dione.*] Ejus namque captus erat amore, ut ex Aristippi lib. 4. de antiquis deliciis, refert Diogenes Laërtius in Platonis vita. Inter amatorios Platonis versus apud hunc, & Apulejum Apologiæ Orat. 1. legunturetiam versus in Dionem, qui dilectum à Platone Dionem, atque ardenter amatum, satis arguunt. *Mag.*

2 *Crudeliter violatus esset.*] Causam, quamobrem tali injuria Platonem affecerit Tyrannus, hanc affert Plutarchus, quia Dionysius Platonis de Virtute viri boni, & de justitia disputantis orationem ferre non potuerit, cum diceret, quemvis potius, quam tyrannum, esse fortem: & vitam justorum esse beatam, tyrannorum miseram & calamitosam. Laërtius addit, tyrannum Platonis sermone offensum Platoni dixisse, verba ejus γεροντιᾶν, id est, *senium & senile delirium redolere:* illum autem respondisse, σὺ δὲ παραντιῶσιν: id est, *at tua tyrannidem, seu tyranni mores.* Lambinus.

3 *Venundari jussisset.*] Editio Longoliana, *jussit.* Vendidit illum, tanquam mancipium in foro, xxv. minis. Diodor. Siculus lib. xv. Lege Plutarchum in libello, cui titulus: Πῶς ἄν τις ἀγωνίοιτο πολιτικά. *Kench.* Et in vita Dionis meminit quoque Laertius. *Longol.*

4 *Eodem rediit.*] Multis verbis rationes secundi in Siciliam adventus exponit Plato in epistola quadam. Sed sciendum est, mortuo jam priore Dionysio, Platonem iterum in Siciliam navigasse, & Secundi Dionysii arcessitu, cum ille Platoni polliceretur per literas, se omnia Dioni exulanti, quæ vellet Plato, remissurum, largiturum & concessurum, Syracusas reperisse. *Lambinus.*

5 *In morbum incidit.*] Morbi causam fuisse, immoderatas epulas, comparationes & ebrietatem tradit Diodor. Siculus lib. xv. his verbis: Ἐτῶν δὲ λαμπρῶς τὰς φίλας, καὶ καθ' ἑκάστας φιλοτιμότερον τῇ μέθῃ δοὺς ἑαυτὸν, εἰς ἀῤῥωστίαν σφοδροτέραν ἐνέπεσε· καὶ τὸ πλήθος ἐμφορηθέντων ὑγιῶν. *Idem.*

6 *Quo cum graviter conflictaretur.*] Libri omnes, quod & Schottus & Piccartus attestantur, *quacum gravi conflictaretur.* Unde Cl. Schottus *graviim*, tentat substituere. *Gebhard.*

7 *Nam velle se cum eo colloqui.*] Plutarchus in Dione: Ἐπεὶ δὲ νοσῶν ὁ Διονύσιος, ἐδόξαν ἀζιώτως ἔχειν, ὑπεχείρησαν αὐτοῦ ἁλίσκεσθαι τοῖς τῶν Ἀρχομάχου τέκνων ὁ Δίων. *Lambinus.*

8 *Id medici non tacuerunt.*] Οἱ δὲ ἰατροὶ τοῦ μέλοντος ἤδη ἀρχὴν ἁλίσκεσθαι χαριζόμενοι, κρύπτουσι τὸ παρέχον. *Idem.* Hem scelus Medicorum in aula! nam captandæ successoris gratiæ desperatam dominantis valetudinem aut contra fidem vulgant, aut suo ministerio opprimunt extinguuntque. Tacit. 6. c. 50. de Charicle: *qui labi spiritum nec ultra biduum duraturum Macroni firmavit. Inde cuncta colloquiis inter præsentes, nunciis apud*

cuerunt, & ad Dionyſium filium [1] ſermonem retulerunt. [2] Quo ille commotus, ne agendi cum eo eſſet Dioni poteſtas, patri [3] ſoporem medicos dare [4] coëgit. [5] Hoc æger ſumpto, [6] ſomno ſopitus, diem obiit ſupremum. [7] Tale [3] initium

apud legatos & exercitus feſtinabantur. Liv. lib. 40. 56. *Meditus Calligenes, qui curationi præerat, non exſpectata morte regis, à primis deſperationis notis nuntios prædiſpoſitos, ita ut conveneraț, miſit ad Perſeum.* Et neces pleræque occultæ regum annon medicorum ſcelere ac perfidia acceleratæ? de Eudemo Tacitus libro 4. Ann. c. 3. & 2. de Xenophonte Vid. lib. 12. c. 67.

1 *Sermonem retulerunt.*] Habitum cum medicis: quod teſte Lambino quidam redundare exiſtimant. Schottus autem *ad Dionyſium filium ſeniorem* conjectabat. Perperam: nam Cornelius potius extuliſſet, *filium majorem natu.* Gebh.

2 *Commotus.*] Graviſſime irritatus. Curt. lib. 4. cap. 23. *Legatos Tyrii contra jus gentium occiſos præcipitaverunt in altum. At ille ſuorum tam indigna nece commotus urbem obſidere ſtatuit.* Tacit. lib. 6. Annal. cap. 13. *Quis commotus incuſavit Magiſtratus Patreſque.* Nepos Timoleonte; *Quibus verbis ideo ille eſt commotus, ut nonnunquam vitæ finem facere voluerit.* Gebhard.

3 *Soporem.*] *Soporem* nove dixit, pro ſoporifero poculo. Φάρμακον ὑπνωτικὸν Plutarchus habet, ejuſque rei auctorem Timæum Hiſtoricum citat. *Longol.* Seneca lib. 5. de beneficiis: *Ita & qui veri beneficii ſpeciem feſellit, tam ingratus eſt, quam veneficus, qui ſoporem, cum venenum crederet, miſcuit.* Ubi *ſoporem* vulgo corrupte legas. *Schot.* Frontinus libro 11. cap. 4. *Mandragoræ inter venenum ac ſoporem media vis eſt.* Gebhard. Significant Probus & Plutarchus potionem frigidiſſimam, quæ, ut ex Medicorum ſcriptis didicimus, nigri papaveris ſucco aut cicutæ parari ſolet. Sane Athenienſes capitali judicio damnatos, cicutæ ſucco necare ſolebant: quamobrem Juvenal. Sat. VII.

—— *Hunc inopem vidiſtis Athenæ*
Nil præter gelidas aufa conſerre cicutas.

Magius. Quam tuſam ac dilutam propinabant in calice more medicamentorum; idque πεῖν φάρμακον dicebatur. *Cauſabon.*

4 *Coëgit.*] Quia ipſi fortaſſe propter Hippocratis jusjurandum facinus horrebant. *Magius.*

5 *Hoc æger ſumpto.*] Alii quidam codices habent, *hoc ergo ſumpto.* Lamb.

6 *Somno ſopitus.*] In Excerptis, *ſomno*; ut *Acherunis* Acherons, *ſuboles* ſoboles: & ſimilia. Erat autem ſopor ὑπνοφόρον, medicamentum ſomniferum, & morti ſimillimi ſoporis efficax. Heſychius: Τ' μανδραγορικόν: ὑπνωτικόν. Nam *mandragoras* θανάσιμον φάρμακον καὶ ὑπνωτικὸν, *cujus inter venenum ac ſoporem media via eſt*, ut loquitur Frontinus. Ad rem Philoſtratus II. 14. Ἔστι δὲ φάρμακα ὕπνον μεμιχανδμένα τοῖς ἀνθρώποις, ὧν πίοντες τε καὶ ἀλεγεφάμενοι (melius ἃ καὶ ἀλεγεφάμενοι) καθεύδουσιν, ἐκτείνονται ἑαυτὰς ὥσπερ ἀποθνησκοντες. Seneca de Benef. III. 14. *Promiſit* (venenum domino) *& medicamentum innoxium ei dedit: quo cum ſopitus eſſet, &c.* Keuch.

7 *Tale initium fuit Dionis & Dionyſii ſimultatis.*] Aliter Plutarchus & Diodorus: Apud Plutarchum in Dione nullum hac de re verbum. Quin tradit ille, Dionyſium poſteriorem Dionis animi magnitudinem valde admiratum eſſe, & propenſam in ſe voluntatem vehementer dilexiſſe: Ὁ μὲν Διονύσιος θαυμάσας τὴν μεγαλοψυχίαν ἐθαύμαζε, καὶ τὴν εὐθυμίαν ἠγάπα. Diodor. lib. 16. ab utroque diſcrepans: Οὗτος δὲ τὴν δικαιότητα καὶ τὴν λαμπρότητα τῆς ψυχῆς εἰς ὑπεροχὴν ἦλθε τοιαύτην, ὥστε ἐξιδιάζεσθαι παρὰ τοῖς πολίταις τὴν τοιαύτην δόξαν. *Lambin.*

initium fuit Dionis & Dionysii simultatis: eaque multis rebus aucta est. Sed tamen primis temporibus aliquandiu simulata inter eos amicitia mansit, quumque Dion non [1] desineret obsecrare Dionysium, ut Platonem Athenis arcesseret, & ejus consiliis uteretur: ille, qui in aliqua re vellet patrem imitari, [2] morem ei gessit: eodemque tempore [3] Philistum historicum Syracusas reduxit, [4] hominem amicum non magis tyranno, quam tyrannidi. Sed de hoc [5] in eo meo libro plura sunt exposita, [6] qui de historicis conscriptus est. Plato autem tantum apud Dionysium auctoritate potuit, valuitque eloquentia, ut persuaserit tyrannidis facere finem, libertatemque reddere Syracusanis. A qua voluntate Philisti consilio deterritus, 4 aliquanto crudelior esse cœpit. Qui quidem quum à Dione se superari videret [7] ingenio, auctoritate, amore populi; verens ne, si eum secum haberet, aliquam occasionem sui daret opprimendi, [8] navem ei triremem dedit, qua Corin-

1 *Desineret.*] Editio Parisiensis, *desisteret.*

2 *Morem ei gessit.*] Ad Platonem scripsit, ut testatur Plato, extatque ejus epistolæ summa in epistolis Platonis. *Lambin.*

3 *Philistum Historicum.*] Ab exilio Adriatico, nam hic à Dionysio patre regno erat expulsus, revocatus autem consilio quorundam à Dionysio Syracusas in invidiam Dionis & Platonis, magnus apud tyrannum extitit. Adriæ cum esset in ocio, historias varias conscripsit, de rebus Siculis libro XI. De Dionysio Tyranno lib. 6. aliaque plurima, quæ à Suida commemorantur. *Longol. Mag.* Vide Magnum Vossium de Historicis Græcis.

4 *Hominem amicum non magis tyranno, quam tyrannidi.*] Sic legendum: non ut habet exemplum Veneta & Florentina, *hominem inimicum.* Sic enim Plutarchus: Ὁ γὰρ δὴ Φίλιστος ἐξαρχῆς τε τῇ τυραννίδι καθίσταμένῃ προθυμότατον παρέσχε, καὶ τῷ ἄνδρα δισφύλακτον φρουρὰν ἐπὶ πολὺ χρόνον. *Lambin.*

5 *In eo meo libro.*] De quo nihil nobis præter desiderium restat.

6 *Qui de historicis conscriptus est.*] *Græcis* addit Codex noster ac Savaronis. Expungit vero Longolium secutus Lambinus, quod de utrisque scripsisse, *Græcis Latinisque* verisimile sit. *Schott.*

7 *Ingenio.*] Ingeniosi quoque tyrannis suspecti ac formidolosi, quare videnti, ut eos vel penitus exstirpent, Tacit. Agric. 4. *Julius Græcinus senatorii ordinis studio eloquentiæ sapientiæque notus, iisque virtutibus Cajo Cæsari iram meritus.* vel ad minimum in exilium submoveant. Id. lib. 16. Ann. cap. 29. *Enimvero Montanum probæ juventæ, neque famosi carminis, quia protulerit ingenium, exterrem agi.* Vid. Valer. Max. lib. 7. capite 3. Exempl. 2. de L. Junii Bruti fratre vegetioris ingenii sublato. *Gebh.*

8 *Navem ei triremem dedit.*] Plato σμικρὸν πλοῖον, *parvum navigium.* Plutarchus ἀκάτιον, *navem piscatoriam.* Lambin. Longol. Mag. Lege Bayfii lib. de Re Navali, & Cl. Schefferum de M. N. 2, 2.

1 *Corin-*

[1]Corinthum deveheretur:[2] oſtendens, ſe id utriuſque facere cauſa, ne, quum inter ſe timerent, alteruter alterum præoccuparet. Id quum factum multi indignarentur, magnæque eſſet invidiæ tyranno; Dionyſius [3] omnia, quæ moveri poterant Dionis, in naveis impoſuit, ad eumque miſit. Sic enim exiſtimari volebat, id ſe non odio hominis, ſed ſuæ ſalutis feciſſe cauſa. Poſtea vero quam audivit eum in Peloponneſo [4] manum comparare, ſibique bellum facere

1 *Corinthum.*] Plutarchus, *in Italiam.* Diodorus propius accedens, *in Peloponneſum.* Corinthus enim eſt in Peloponneſo. *Lambin.* Et quidem ejus clauſtrum, unde inter compedes & vincula Græciæ, Philippo, aliiſque urbs memorata. Vide Strab. lib. 8. & 9.

2 *Oſtendens, ſe id utriuſque facere cauſa.*] Plutarchus tradit in Dione, Dionyſium lecta Dionis ad Carthaginienſes epiſtola, adhibito & præſente Dione, ex qua Dionyſius arguebat Dionem cum Carthaginienſibus adverſus ſe, & tyrannidem conſenſiſſe & ſocietatem coiviſſe, cum Dion pro ſe dicere & ſe purgare conaretur, ſtatim non facta Dioni reſpondendi poteſtate, ſed è veſtigio, impoſito in naviculam piſcatoriam Dione, mandaſſe nautis ad ſe vocatis, ut eum in Italiam exponerent. Sic Plutarchus: Χπολογιώζ ϑ βυλομίνυ τ Δίωνω, ὡς ἀναχόμφω, ἀλλ' ἀίθυς, ὡς εἶχε, ϑήμενω εἰς ἀκάτιον, ϖροστάξε τοῖς ναύταις κομίζουλας αὐτὸν ἐνθεῖναι εἰς Ἰταλίαν. Diodorus autem lib. 15. nullum de epiſtola verbum facit, neque in ulla fere alia re cum Plutarcho congruit; ſed ait Dionyſium veritum, ne à Dione opprimeretur, ſtatuiſſe illum comprehendere & de medio tollere. Dionem vero hoc comperto primum apud quoſdam amicos delituiſſe, deinde ex Sicilia cum Megacle fratre & Heraclide tribuno militum in Peloponneſum fugiſſe. Sic Diodorus: Ο' ϑ Δίων αἰϑόμφω τὸ μ πρῶτον ἐμρύϑη ωϑ' ἑτέρυς τ φίλων, μετὰ ϑ ταῦτα ἔφυγεν ἐκ τῆς Σικελίας εἰς Πελοπόννησον ἔχων μεθ' ἑαυτῦ τ ἀδελφὸν Μεγακλῆ, κ Χαρικλείδην. Plutarchus rurſus poſt illa, quæ ſupra ex eo retuli, ſcribit; cum his, quæ hic à Probo narrantur propemodum concinens, cum ex eo, quod feciſſet Dionyſius, magnus per totam urbem ſtrepitus eſſet coortus, tota civitas erecta eſſet novarum rerum expectatione, domus ipſius tyranni muliebri ploratu & luctu perſonaret: illum metu perterritum Dionis amicos & mulieres eſſe conſolatum, quaſi non eſſet hoc exilium, ſed peregrinatio & abſentia, ne forte ipſe offenſus & commotus Dionis contumacia & animi elatione, aliquid gravius in eum ſtatuere aut facere cogeretur, cujus ipſum poſtea pœniteret. Hoc ſpectavit M. Tullius, cum illud ſcripſit lib. xv. Epiſt. ad Attic. 10. *Ægre ferens, rumorem eſſe de Bruto in Aſiam mittendo, Caſſio in Siciliam, ut frumentum emendum & ad urbem mittendum curarent, quod illa provincia ſeu legatio eſſet illis viris indigna, & relegatio potius quam legatio: ludos vero non facere inquit, quid fœdius? frumentum imponere, quæ eſt alia Dionis legatio? aut quod munus in republica ſordidius?* Lambinus.

3 *Omnia, quæ moveri poterant Dionis, in naveis impoſuit.*] Locus antea male erat interpunctus, ſic enim habebat: *Omnia quæ moveri poterant, Dionis in navi imponit.* Quare indicabatur, navem fuiſſe Dionis, res vero nequaquam. *Mag.* In Themiſtocle: *Omnia quæ moveri poterant, partim Salaminem, partim Triœnem exportant.* ibi vide Notas.

4 *Manum comparare.*] Quid eum feciſſe tradit Diodorus eodem libro: Κα-

re conari, [1] Areten Dionis uxorem alii nuptum dedit; [2] filiumque ejus ſic educari juſſit, ut indulgendo turpiſſimis imbueretur cupiditatibus. Nam puero priuſquam pubes eſſet, ſcorta adducebantur, vino epuliſque obruebatur, neque ullum tempus ſobrio relinquebatur. [3] Is uſque eo vitæ ſtatum commutatum ferre non potuit, poſtquam in patriam rediit pater, [4] (namque appoſiti erant cuſtodes qui eum [5] à priſtino victu deducerent) [6] ut ſe è ſuperiore parte ædium dejecerit, [7] atque ita interierit. [8] Sed illuc revertor.

ταπλεύσας δ' εἰς τλὼ Κόρινθον, τὰς μὲν Κορινθίας ἠξίε σωφρονεῖν ἀπὸ τῆς ἀλαζονείας καὶ συρακουσίων, αὐτὸς δὲ μεθοφόρους σωφρόνων, καὶ παυσομένους πολλῶν. *Lambin.*

1 *Areten Dionis uxorem alii nuptum dedit.*] Nempe Timocrati familiari ſuo; ſed invitam, ut Plutarchus ſcribit. *Longolius.*

2 *Filiumque ejus.*] Aretæum, ut vult Timæus, à matre ſic appellatum: Hipparinum, ut tradit Timonides Dionis familiaris: cui potius credendum eſſe cenſet Plutarchus. *Lambin. Mag.*

3 *Is uſque eo vitæ ſtatum commutatum.*] Plutarchus in Dione, Dionis filium adoleſcentulum dolore & ira puerili impulſum ſe è tecto præcipitem egiſſe tradit: nihil præterea; ſicille: ὁμοίως τινὸς λύπης καὶ ὀργῆς μειρακίου καὶ παιδικοῦ ἀπαρχὴ καθέσης ἐμπεσεῖν ἑαυτὸν κάτω ἀπὸ στέγης ἐπὶ τλὼ κιφαλλῆ, καὶ διαφθαρῆναι. Hunc caſum commemorat & in Ἀγησιλάου. Ἐκ τῶν Ἀπολλώνιου. *Lambin. Mag.*

4 *Namque appoſiti erant cuſtodes.*] Venere Romana dictum. Namque repetries apud Ciceronem: *Verres calumniatores apponebat*, & Offic. *Non licitatorem vendidit, nec qui contra ſe liceatur, emptor apponet.* in Verrem: *Accuſator apponitur civis Romanus.* Propius ad Nep. Lucil. lib. 15. *Indicem appoſuit.* Attius Ione; *Cuſtodem aſſiduum Ioni appoſuit Virgini.* Tacitus lib. 4. Annal. cap. 60. *Sed interdum voces procedebant contumaces & inconſultę, quas adpoſiti cuſtodes excepta nuctaſque cum deferrent.* Cæſar lib. 1. de Bello Gallico cap. 20. *Dumnorigi cuſtodes ponit, ut quæ agat, quibuſcum loquatur, ſcire poſſet.* Tacit. lib. 11. Annal. c. 68. *Remmius evocatus priori cuſtodiæ adpoſitus.* Suetonius Claudio: *Salutatoribus ſcrutatores ſemper appoſuit, & quidem omnibus & acerbiſſimos.* Alia elegantia idem Tacit. l. 6. c. 19. *Circumjecti cuſtodes & in mœrorem cujuſque intenti.* Gebhard.

5 *A priſtino victu deducerent.*] Pro à priſtino vitæ genere, corruptiſque moribus revocarent: rare dictum. *Schott.*

6 *Ut ſe è ſuperiore parte ædium dejecerit.*] Plutarch. *E tecto ſe in caput dejiciens periit.* Idem in Orat. conſolat. ad Apollonium, delapſum ait Dionem cum amicis ſedentem, nuncio de hujus morte audito nihil perturbatum, aut perculſum, defuncti quidem corpus ad legitimam tradi ſepulturam juſſiſſe, ipſum vero neutiquam quod cum amicis deliberabat, reliquiſſe. *Magius.*

7 *Atque ita interierit.*] Duos habuit filios Dion, Hipparionem & Aretæum: major vero natu Hipparion de ſuperiore parte ædium ſe dejecit. Voco autem eum *Hipparionem*, non *Hipparinum*, auctoritate Polyæni, qui lib. 5. in Dionyſio, Comment. 8. Μιᾶς δ' ὑπερόλης, inquit, ἔξωθεν ἠγήγειλε, τὸν Ἱππαρίωνα. τοῦτο δὲ λέγει ὄνομα τοῦ Διώνος υἱοῦ. Quamvis aliter in Dione Plutarchus. *Gebh.*

8 *Sed illuc revertor.*] Elegans ἀναποδὸς, in qua vitatur μακρηγορία Quintiliani lib. 8. cap. 3. Infra Eumene: *Sed ad illos revertar.* Poëta dixit: *Illuc, unde abii,*

vertor. Poſtquam Corinthum pervenit Dion, & eodem perfugit [1] Heraclides ab eodem expulſus Dionyſio, qui præfectus fuerat equitum, omni ratione bellum comparare cœperunt: ſed non multum proficiebant, [2] quod multorum annorum tyrannis, [3] magnarum opum putabatur. Quam ob cauſam [4] pauci ad ſocietatem periculi perducebantur. Sed Dion, fretus [5] non tam ſuis copiis [6] quam odio tyranni, maximo animo [7] duabus onerariis navibus, quinquaginta annorum imperium, munitum quingentis longis navibus, decem equitum, centum peditum millibus, profectus oppugnatum, quod omnibus gentibus admirabile eſt [8] viſum, [9] adeo facile perculit, ut poſt diem tertium,

abii, redeo. Quod ex Menech. Plautina: *Illuc redeo, unde abii.* Heſychius: Ἀναζήσομαι, ἐπαναλύσομαι ἀπὸ τοῦ ἐξ ἀρχῆς. Julianus 7. Orat. ἐπανάξω ὅθεν ἐξῆλθον. Idem 11. ἐπανίλιον ὅθεν ἐξῆλθον. Et in reliquiis epiſt. de Sacerdotio. Οὗ θεν ἐξῆλθον, εἰς τοῦτο ἐπανήξω. *Keuchen.*

1 *Heraclides.*] Homo turbulentus, ſeditioſus, mobilis, infidus, rei militaris imperitus. *Plutarch.*

2 *Quod multorum annorum tyrannis.*] Sic legendum: non, ut vulgo, *multorum annorum tyrannus.* Non enim *tyrannus*, ſed *tyrannis erat multorum annorum.* Atquo hanc lectionem confirmant, quæ mox dicemus: & quæ ipſe Probus ait infra: *quinquaginta annorum imperium.* Lambin.

3 *Magnarum opum.*] Itaque Dionyſius major dicebat, ſe relinquere filio tyrannidem adamante, ſeu vinculis adamantinis vinctam. Plutarch. in Dione, Diodor. Siculus lib. xv. Ælianus lib. vi. Καὶ τοῖς ἐπιθαῤῥοῦσι ὁ Διονύσιος, ἀδάμαντι δεδεκάστῳ φάσκων τὴν ἀρχὴν καταλιπεῖν. *Idem.*

4 *Pauci ad ſocietatem.*] Diodorus: Ταχὺ δὲ πολλῶν ἐφικνουμένων, &c. Sed dic paucos fuiſſe, ſpectata Dionyſii potentia, adverſus quem bellum comparabatur, multos ex perſona Dionis profugi & exulis: Vel potius, paucos fuiſſe Syracuſanos exules, qui periculi ſocietatem cum Dione coire voluerint: multos fuiſſe ex reliqua Græcia. Tradit enim Diodorus, triginta Syracuſanos, qui in Peloponneſo exulabant, Dionem ſecutos eſſe. *Idem.*

5 *Non tam ſuis copiis.*] Quæ erant exiguæ & tenues, ſi tyrannicas opes ſpectes; quæ, quales & quantæ eſſent, à Diodoro refertur lib. xv.

6 *Quam odio tyranni.*] Probe indagat cauſas everſionis Dionyſiacæ, quas, ſed eaſdem quoque explicat Diodorus lib. 16. Αἰτίαι δὲ ὑπῆρχε τῆς Διωνι τῷ περιστατικῶν μάλιστα μὲν ἡ ἰδία λαμπρότης τῆ ψυχῆς, καὶ ἀνδρεία, καὶ ἡ τῶν ἐλευθερώσειν μελλόντων βούτα. τὸ δὲ πίστον ἀπάντων μεῖζον ἦ τε ἀνδρεία τῷ τυράννου καὶ τὸ ἀρχομένων πρὸς αὐτὸν μῖσος. *Gebh.*

7 *Duabus onerariis navibus.*] At Plutarchus hujus naves quinque fuiſſe ſcriptum reliquit: ejus enim milites, qui octingenti pauciores eſſent, duabus rotundis navibus, & tertio quodam haud ingenti naviglo receptos ait: cum his duas præterea triginta remorum naves eſſe perductas, quibus arma ac tela miſſilia & viaticum, quod abunde ſufficeret, conveherentur. *Mag.*

8 *Viſum.*] Mſſ. Leid. *auſum*, fortaſſis non male. Virgil. 6. Æneid. 624. *auſoque potiti.* idem *fortia auſa*, dixit 9. Æn. 282. Ovid. *magnis tamen excidit auſis.*

9 *Adeo facile perculit.*] Everſit. Bal-

tium, quam Siciliam attigerat, [1] Syracuſas introierit. Ex quo intelligi poteſt, [2] nullum eſſe imperium tutum niſi benevolentia munitum. [3] Eo tempore aberat Dionyſius, & in Italia [4] claſſem operiebatur, adverſariorum ratus neminem ſine magnis copiis ad ſe venturum: quæ res eum fefellit. Nam Dion his ipſis qui ſub adverſarii fuerant poteſtate, [5] regios ſpiritus repreſſit, totiuſque ejus partis Sici-

tur hoc verbo Pelopida; Datame: *Tali conſilio uno tempore & proditores perculit, & hoſtes profligavit.* Tacit. II. Annal. cap. 39. *Eodem anno, mancipii unius audacia, ni mature ſubventum foret, diſcordiis armisque civilibus Remp. perculiſſet.* Varro Parmenione; *Alius teneram abietem ſolus percellit.* Cicero pro Domo. *Iiſdem machinis ſperant me reſtitutum poſſe labefactari, quibus ante ſtantem perculerunt.* Gebhard.

1 *Syracuſas introierit.*] Et una cum eo Megacles ejus frater, & Callippus Athenienſis, & aliquot exules Syracuſani, omnes coronati: Sed medius inter fratrem & Callippum Dion, præ omnibus inſignis atque illuſtris, & armis luculentis totus undique collucens. Lætitiam autem civitatis & dies feſtos, & epulas ob ſpem recuperandæ brevi tempore libertatis, & gratulationes, & vota pulchre deſcribunt Plutarchus & Diodorus Siculus. *Lambin.*

2 *Nullum eſſe imperium tutum, niſi benevolentia munitum.*] Ad verbum Diodorus procemio lib. XIV. Αἰ γὰρ ἀγαμόνων ὑπαρχαὶ παρῆν ἐπὶ τύραννοι, καὶ δι' ἀσεβουσιῶν, καὶ καλιόνου ὃ εἰδικάμασι καὶ μίσος τὸ ὑπαντάλαγμῶν. Eſt apud eundem præclarus locus lib. XV. ubi aſſerit nullum fortius munimentum circumjeciſſe Athenienſes imperio ſuo, quam benevolentiam ſociorum: cum contra avaritia, ſuperbia atque crudelitate Lacedæmonii omnes à ſe Græcos alienaſſent: λέγ ὃ τούτῳ, inquit, τὴ φιλανθρωπίας ἀναλωσάμβοι τῶν θεῶν τοῖς Ἕλλησιν ἔθνεσιν ἰσχυρότερον ὑπάρχουν τῶν ἡγεμονίαν. Exemplum luculentum protulit Tacit. in Bardane Rege Parthorum, de quo lib XI. Annal. cap. 10. *Parthi*, inquit, *dolo ante compoſito incautum venationique intentum interfecêre primam intra juventam, ſed claritudine paucos inter ſenum regum, ſi perinde amorem inter populares, quam metum apud hoſtes quæſiviſſet.*

3 *Eo tempore aberat Dionyſius.*] Commiſeratque arcis cuſtodiam Timocrati illi, de quo ſupra. Erat autem circa Cauloniam in Italia, venitque Syracuſas ſeptimo poſt Dionis introitum die. Diod. Siculus lib. XV. *Lambin.*

4 *Claſſem operiebatur.*] Cui præerat Philiſtus: qui cum veniſſet tandem cum multis triremibus, ſed ſero, navi, qua veheretur, capta, manus ſibi attulit: Vel, ut alii tradunt, in poteſtatem adverſariorum venit, ab eiſque fœde & contumelioſe trucidatus eſt. *Plutarch.* & *Diodor.* XVI. Gebhard.

5 *Regios ſpiritus repreſſit.*] Βασιλικὸν, ſeu τυραννικὸν φρόνημα, *regiam ſuperbiam aſperociam.* Lambin. *Spiritus*, hic notat ὑπερφρόνημα. Cæſar lib. I. Comm. de Bell. Gall. cap. 33. f. *Ipſe autem Arioviſtus tantos ſibi ſpiritus, tantam arrogantiam ſumpſerat, ut ferendus non videretur.* Idem lib. II. Comm. cap. 4. *Qua ex re fieri, uti earum rerum memoria magnam ſibi auctoritatem magnoſque ſpiritus in re militari ſumerent.* Cicero pro Sulla: *Res geſtæ credo meæ me nimis extulerunt, & mihi neſcio quos ſpiritus attulerunt. Spiritus* vero reprimere eſt ταπεινῶν τὸ φρόνημα, vel etiam συσπᾶν. Diodorus libro XVI. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἡδέως ὁρῶν τὴν ταπείνωσιν αὐτῶν καὶ βυλόμενος τὸ Δυκλέους φρόνημα συσπᾶν τῶν βοιωτῶν. Cicero

pro

Siciliæ potitus eſt, quæ ſub Dionyſii poteſtate fuerat: parique modo urbis Syracuſarum, præter arcem [1] & inſulam adjunctam oppido: eoque rem perduxit, [2] ut talibus pactionibus pacem tyrannus facere vellet: Siciliam Dion obtineret, Italiam Dionyſius, [3] Syracuſas Apollocrates, [4] cui maximam fidem uni habebat Dionyſius. Has tam 6
proſperas, tamque inopinatas res conſequuta eſt ſubita commutatio. Quod fortuna [5] ſua mobilitate, quem paulo ante extulerat, demergere eſt adorta. Primum in filio, de quo commemoravi ſupra, [6] ſuam vim exercuit. Nam [7] quum uxorem reduxiſſet, quę alii fuerat tradita, [8] filiumque vellet revocare ad virtutem à perdita luxuria; [9] accepit

pro Sextio: *Quifurorem exſultantem repreſſit.* Gebhard.

1 *Et inſulam.*] Inſula, pars erat urbis Syracuſarum, & inſtar urbis; ut ait M. Tullius in Verrem. Syracuſæ enim conſtabant ex quatuor urbibus. *Lamb.* Vide eundem lib. IV. Acculationum, & Livium XXV. Annal.

2 *Ut talibus pactionibus.*] De quibus vide Plutarchum & Diodorum XVI.

3 *Syracuſas Apollocrates.*] Codex P. Danielis, *Apollochrates.* Plutarchus hunc Dionyſii filium fuiſſe adſerit grandiorem natu, cui ipſe aufugiens arcem cuſtodiendam tradiderat. *Longolius.*

4 *Cui maximam fidem uni habebat Dionyſius.*] Sic legendum, non, ut vulgo, *Dion.* Hic autem Apollocrates arcem tandem Dioni dedidit, partim rei frumentariæ inopia, partim vi oppugnantium coactus. *Lambin.*

5 *Sua mobilitate.*] Editio Longoliana, *mobilitate.* Eadem mox, *in filium*, pro, *in filio.*

6 *Suam vim exercuit.*] Alii, *ſuam ſævitiam.* Lambinus tres has voces ut ſubditicias Cornelio detrahit: ſed quo jure quave injuria? *Gebhard.*

7 *Cum uxorem reduxiſſet.*] Divortio violento alteri traditam de novo aſſumpſiſſet. Sueton. Domitiano cap. VIII. *Equitem Romanum ob reductam in matrimonium uxorem, cui dimiſſæ adulterii crimen intenderat, eraſit judicum albo.* Tacit. lib. XII. Annal. cap. 2. *Calliſtus improbatam longo diſſidio ac ſi rurſus aſſumeretur, eo ipſo ſuperbam longeque rectius Lolliam induci.* Dixit etiam Tacit. l. XIV. cap. 61. *revocare uxorem.* Ibid. & *repetitum* revocationem ſive reductionem repudiatæ uxoris. *Gebhardus. Uxorem.*] Areten, quæ Timocrati nupſerat, expulſo Dione. *Lambin.*

8 *Filiumque vellet revocare ad virtutem.*] Quem Dionyſius corruperat, ut ſupra dictum eſt, vino, epulis, ſcortis, denique vivendi genere luxurioſo ac libidinoſo. *Idem.*

9 *Accepit graviſſimum parens vulnus morte filii.*] Hac de re Plutarchus in *Sermone conſolatorio ad Apollonium* ſcripto. Dolorem ac luctum, quem parentes liberique invicem ex calamitatibus ac mortibus liberorum, parentum ac proximorum percipiunt, obſervo frequentiſſime *Vulneribus* comparari atque *vulnera* nominari. Infra Datame; *Filium Aridæum eo cum exercitum mittit, cadit in prælio adoleſcens, proficiſcitur eo pater non ita cum magna mœſtitia, celans quantum vulnus accepiſſet*, Tacit. vita Agricolæ cap. 28. f. *Initio æſtatis Agricola domeſtico vulnere ictus, anno ante natum filium amiſit.* Valet. Flaccus lib. I.

pit graviſſimum parens vulnus morte filii: deinde orta diſſenſione inter eum & Heraclidem: [1] qui quidem Dioni principatum non concedens, factionem comparavit. Neque is minus valebat apud optimates, quorum conſenſu præerat claſſi, quum Dion exercitum pedeſtrem teneret. Non tulit hoc animo æquo Dion, & verſum illum Homeri retulit ex ſecunda rhapſodia, in quo hæc ſententia eſt: [2] *Non poſſe bene geri rempublicam multorum imperiis.* Quod dictum magna invidia conſequuta eſt. Namque aperuiſſe videbatur, ſe omnia in ſua poteſtate eſſe velle. Hanc ille non lenire obſequio, ſed acerbitate opprimere ſtuduit: Heraclidemque quum Syracuſas veniſſet, interficiendum
7 curavit. [3] Quod factum omnibus [4] maximum timorem inje-

Arg. verſ. 723.

Dixit & exemplo Furiis iraque minaci
Terribilis, ſunt hic etiam tua vulnera prædo,
Sunt lacrimæ caruſque parens.

Tacit. vita Agricolæ cap. 7. *Sequens annus gravi vulnere animum domumque ejus afflixit.* De matre in prædiis à claſſiariis Othonis interfecta. Valerius Maximus lib. v. cap. x. Ext. de Pericle: *Ille caput quoque ſolito more coronatum gerere ſuſtinuit, ut nihil ex veteri ritu propter domeſticum vulnus detraheret.* Gebhard.

1 *Qui quidem Dioni principatum non concedens.*] Pertinet huc locus Plutarchi: Οὗτος ἄρχε πάντα δυσκολώτατον ἡ ἀρχὴ ἡ μετὰ πίστεως καὶ δυνάμεως. Tacit. XIII. Annal. cap. 17. *Civi plerique etiam hominum ignoſcebant, antiquas fratrum diſcordias, & inſociabile regnum æſtimantes.* Seneca Agamemnone:

Nec magna ſocium ferre nec tædæ ſciunt.

Qui Heraclides quum Dioni deferretur, tanquam cum Calippo inſidias ei necterent: *reſpondit, ſe vita malle excedere, quam metu violenta mortis amicos inimicoſque juxta ponere.* Val. lib. III. cap. 8. *Gebhard.* Lege Orationem Heraclidis apud Plutarchum.

2 *Non poſſe bene geri rempublicam multorum imperiis.*] *Regi rempublicam*, eſt in Mss. non male. *Schott.* Verſus ſunt:

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω,
Εἷς βασιλεύς, ᾧ ἔδωκε Θεὸς παῖς ἀγκυλομήτεω.

Lambin. Suar. Boecler. Similis Caligula apud Sueton. cap. 22.

3 *Quod factum omnibus.*] Plutarch. Ἐλύπησε δὲ σφόδρα Συρακουσίους τοῦτο. *Lambin.*

4 *Maximum timorem injecit.*] In Alcibiade: *Magnus multitudini timor eſt injectus.* Nam qui genere, auctoritate atque opibus excellebant, ad ſe quoque gradum fieri opinabantur, & in ſe parienda primarii viri diſcebant exemplo. Tacit. lib. IV. Hiſtor. cap. 11. *Plurimum terroris intulit cædes Calpurnii Galeriani.* Idem. lib. XI. Annal. cap. 8. *Namque inter Gotarzio pleraque ſæva (qui necem fratri Artabano conjugique ac filio ejus præparaverat, unde metus ejus in cæteros) accivere Bardanem.* Idem lib. II. Hiſt. cap. 17. *Et contradicere anſos Claudium Phirricum trierarchum Liburnicarum ibi navium; Quinctium Certum Equitem Romun. interfici jubet, quorum morte exterriti, qui aderant.* Juſtin. l. XII. c. 5. *Fremere itaque omnes univerſi caſtris cœpere,*

injecit. nemo enim illo interfecto ſe tutum putabat. [1] Ille autem adverſario remoto, licentius eorum bona, quos ſciebat adverſus ſe ſenſiſſe, militibus diſpertivit. quibus diviſis, quum quotidiani maximi fierent ſumptus, celeriter pecunia deeſſe cœpit, [2] neque quo manus porrigeret, ſuppetebat, niſi in amicorum poſſeſſiones. Id ejuſmodi erat, ut quum milites reconciliaſſet, amitteret optimates. Qua-

père, innoxii ſenis filiique caſum miſerantes; interdum ſe quoque non debere melius ſperare dicentes. Et cap. 6. *Reputabat deinde, quantum in exercitu ſuo, quantum apud devictas gentes fabularum atque invidiæ, quantum apud cæteros amicos metum & odium ſui fecerit.* Gebhard.

1 *Ille autem adverſario remoto, licentius eorum bona, quos ſciebat adverſus ſe ſenſiſſe, militibus diſpertivit.*] Monitum prælarum de Dominantibus, qui exſiſtentibus æmulis aliiſque, quos vel revereantur vel metuant, moderati; iis vero remotis licentioſius effunduntur in dedecora atque flagitia, quæ præſenſentium viventiumve metus aut reverentia cohibuerat. Tacit. lib. II. Hiſt. cap. 73. *Vix credibile eſt memoratu, quantum ſuperbiæ ſocordiæque Vitellio adoleverit, poſtquam ſpeculatores Syria Judæaque adactum in verba ejus Orientem nunciavere. Nam etſi vagis adhuc & incertis auctoribus, erat tamen in ore famaque Veſpaſianus, ac plerunque ad nomen ejus Vitellius excitabatur. Tum ipſe exercituſque, ut nullo æmulo, ſævitia, libidine, rapta in externos mores prorumperat.* Clarius de Tiberio lib. VI. fin. ubi, poſtquam exceſſit Liviæ matris omnis reverentia animo exceſſiſſet, & ſublato Sejano metus ſublati eſſent, Principem in ſcelera ſimul ac dedecora prorupiſſe ait. Cauſſam ibidem non reticet prudentiſſimus ſcriptor: nam dum alios timent verenturque dominantes, libidines ſuas obtegunt: remoto autem pudore ac metu, ſuo tantum ingenio utuntur. Non eſt prætereundus locus lib. XIV. Annal. cap. 13. de Nerone: *Hinc ſuperbus ac publici ſervitii victor Capitolium adiit, grates exſolvit: ſeque in omnes libidines effundit, quas male coërcitas qualeſcumque matris reverentia tardaverat.* Flavius Vopiſcus Carino; *Hic ubi patrem fulmine abſumptum, fratrem à ſocero interemptum, Diocletianum Auguſtum appellatum comperit, majora vitia ac ſcelera edidit, quaſi jam liber à frenis domeſticæ Pietatis, ſuorum moribus abſolutus.* Ita ſublato Gallo Conſtantius ſuo utitur ingenio apud Ammian. lib. XV. *Quo ille ſtudio blanditiarum exquiſito ſublatus, immunemque ſe deinde fore ab omni immortalitatis incommodo fidenter exiſtimans, confeſtim à Juſtitia declinavit.* Diodor. libro XVII. Parte poſteriore: μετὰ δὲ ταῦτα δόξας ἤδη κεκρατηκέναι τῶν ἐπιβολῶν, καὶ τὴν βασιλείαν ἀσφαλῆ νομίσας, ἤρξατο ζηλοῦν τὴν Περσικὴν τρυφὴν καὶ τὴν πολυτέλειαν τῶν Ἀσιανῶν βασιλέων. Nec ii mores ſolum hominum, ſed etiam civitatum; quæ ſublato æmulæ urbis metu langueſcunt induſtria, torpeſcunt luxuria atque ſoeordia. Paterculus l. II. cap. 1. *Remoto Carthaginis metu, ſublataque imperii æmulâ; non gradu, ſed præcipiti curſu à virtute deſitum, ad vitia tranſcurſum.* Gebhard.

2 *Neque quo manus porrigeret.*] Nonnulla exemplaria ſic habent, *neque amplius quid porrigeret, ſuppetebat, niſi amicorum poſſeſſiones.* Ego hanc lectionem retineo, illique antepono. *Lambinus.* Vulgatum mecum tuetur doctiſſimus Piccartus capite 10. Pericul. Critic. Curtius lib. 7. cap. 55. *Jam etiam ad pecora noſtra avaras & inſatiabiles manus porrigis.* qui locus ex hoc videtur imitatione expreſſus, quare improbe fecit Lambinus. *Gebhard.*

1 Offen-

Quarum rerum cura frangebatur: & inſuetus male audiendi, non æquo animo ferebat, de ſe ab his male exiſtimari, quorum paulo ante in cœlum fuerat elatus laudibus. Vulgus autem, [1] offenſa in eum militum voluntate, liberius loquebatur, & tyrannum non ferendum dictitabat.
8 [2] Hæc ille intuens, quum [3] quemadmodum ſedaret, neſciret, & [4] quorſum evaderent, timeret: [5] Callicrates quidam civis Athenienſis, qui ſimul cum eo ex Peloponneſo in Siciliam venerat, [6] homo & callidus & ad fraudem acutus, ſine ulla religione ac fide, adit ad Dionem, & ait eum in magno periculo eſſe propter offenſionem populi, & odium militum: quod nullo modo evitare poſſet, niſi alicui ſuorum negotium daret, qui ſe ſimularet illi inimicum: quem ſi inveniſſet idoneum, [7] facile omnium animos cogniturum, adverſarioſque ſublaturum, quod inimici ejus diſſidenti ſuos ſenſus aperturi forent. Tali conſilio probato, [8] excipit has partes ipſe Callicrates, & ſe armat

1 *Offenſa in eum militum voluntate.*] Id eſt, alienata ab eo militum voluntate. Cicero Tuſcul. quæſt. *Propter alienam & offenſam populi voluntatem.* Lamb.

2 *Hæc ille intuens.*] Gifanii Codex, & Longolius; *Hæc ille metuens.* Schott.

3 *Quemadmodum ſedaret, neſciret.*] Cum ſedandi rationem non reperiret, ἐμηχανῶν καὶ ἀπορῶν. *Lambin.*

4 *Quorſum evaderent.*] Vulgati, *evaderet.* Approbo, *evaderent*, Puteano, Lambino & P. Danieli complacitum. Cicero Attico: *Quæ audiamus hæc, quæ commota ſint, quorſum evadant* Gebh.

5 *Callicrates quidam.*] Immo *Callippus*, ut nominant Plutarchus, Diodorus, Athenæus, Suidas & Pletho. *Schott.* Sed credibile eſt, hunc Callicratem Callippi fratrem fuiſſe, & Probum Callippi fratrem pro Callippo ſumſiſſe: quemadmodum Poëtæ interdum Pollucem pro Caſtore appellant. *Lambin. Maginus.*

6 *Homo & callidus.*] Plutarcho μιαρώτατον, id eſt, *impuriſſimus.* Idem paucis poſt: διέφθειρε, καὶ παρεσκεύαζε τινας τῶν ξένων ἐπὶ τὸν Δίωνα, κεκοινωνηκότων αὐτῷ ἀρχῆς, καὶ πανουργότατον ποιούμενον. *Lambin.*

7 *Facile omnium animos cogniturum.*] Hanc rationem conſilii ſui Callippus, ſive Callicrates afferebat.

8 *Excipit has partes ipſe Callicrates.*] Hunc actum veluti Perſona egregie ſuſtinere gnara in ſe transfert. Elegans tralatio non *ab iis qui pilam aut aliquid ſimile traditum excipiunt*, prout docet Lambinus, ſed à ſcenâ ſive hiſtrionibus, quorum hæ vel illæ ſunt partes: & hic vel ille hujus vel iſtius ὑποκειμένας partes excipit atque agit. Valer. Maxim. v. cap. III. 4. *Impetratis deteſtabilis miſterii partibus.* Conjungit crebrò Cicero Perſonam & Partes, ut pro Archia: *Niſi hanc perſonam & has partes poſſem ſuſtinere.* Et ut heic Nepos excipere partes; ita ille ſuſcipere dicit Epiſtolis ad Familiares; *De me autem ſuſcipe pauliſper partes meas & eum te eſſe finge qui ego ſum*; Et in Verrem. *Cum tuas partes ſuſcipio, cur tuum onus ſuſtineo?* Gebhardus.

mat imprudentia Dionis. Ad eum interficiendum ſocios conquirit: adverſarios ejus convenit, conjurationem confirmat. Res, multis conſciis quæ gereretur, elata refertur ad Ariſtomachen ſororem Dionis, uxoremque Areten. Illæ timore perterritæ [1] conveniunt, cujus de periculo timebant. At ille negat, à Callicrate fieri ſibi inſidias: ſed illa quæ agerentur, fieri præcepto ſuo. Mulieres nihilo ſecius Callicratem [2] in ædem Proſerpinæ deducunt, [3] ac jurare cogunt, nihil ab illo periculi fore Dioni. Ille hac religione non modo ab incepto non deterritus, ſed ad maturandum concitatus eſt, verens ne prius conſilium aperiretur ſuum, quam conata perfeciſſet. Hac mente, 9 proximo die feſto, quum à conventu ſe remotum Dion domi teneret, atque [4] in conclavi edito [5] recubuiſſet: con-

1 *Conveniunt.*] Paulo aliter Plutarchus: Ἡ δὲ δὴ καὶ ἡ Δίωνα, καὶ τὰς γυναῖκας ὑπόνοια τῶν παρῳκημένων εἶχε, καὶ μᾶλλον ἐξέστησε παντάχοθεν. *Lambin.*

2 *In ædem Proſerpinæ deducunt.*] Nihil notius raptu Proſerpinæ, in cujus honorem templum erectum. Orpheus tamen & Pauſanias in Attica rem geſtam tradunt, qua Cephiſus amnis Eleuſinem præterit. *Deo* quoque appellatur Heſychio. Unde *Deois Proſerpina* apud Auſonium. Simul ille cum Cerere in Eleuſiniis ſacris colebatur. Theſmophoria in honorem Proſerpinæ raptus maximo cum luctu menſe Pyanepſide habebantur, quem νόθερμον ideo menſem appellavit Plutarchus.

3 *Ac jurare cogunt.*] Maximum erat juramentum, apud Siculos quod in æde Proſerpinæ fiebat. Fiebat vero hac ſolennitate: *Qui fidem præſtabat, in Cereris deſcendat templum, & quibuſdam peractis ſacrificiis, Deæ purpuram inducbat: tum ardentem captans faculam, jurabat.* Auctor Plutarchus in Dione, cujus verba lucem dant Probo. *Magius. Longolius.*

4 *In conclavi edito.*] Plutarchus: Καὶ καθεζόμενον Δίωνα ἐν οἰκήματι κλίνας τινὰς ἔχοντι μετὰ τῶν φίλων. Solebant veteres cum vacare precibus aut ſine arbitris agere vellent, in editum locum aſcendere. interdum peculiarem locum in ſuperiori parte domus huic rei habere. Sueton. Auguſt. cap. 72. *Si quando quid ſecreto aut ſine interpellatione agere propoſuiſſet, erat illi locus in edito ſingularis.* De Tiberio Tacit. 6. 4. 21. *Quotiens ſuper negotio conſultaret, edita domus parte utebatur.*

5 *Recubuiſſet.*] Lambin. & Putean. lib. *recubuiſſet: domum cuſt. ſepſiſſet, à foribus q. n. diſcederent, certos præfeciſſet: conſciis loca canunt. tradit, navem, &c.* Sane ita Plutarch. narrat. Et cuſtodes ab ipſo Dione poſitos, noſter comm. 6, videtur innuere. Mſc. Boecl. *Conſcios facinoros l. m. o. tradit, d. c. ſepſit, à forib. q. n. diſcedant, certos præficit, navem armatam triremem armatis ornat, Philoſtratoſque fratri tradidit.* Tò *facinoris* erat etiam in Mſc. Leid. *tradit* vero & *diſcedant* in cod. P. Dan. qui & *Philoſtratoque* habebat. Sed pro *ſepſit*, idem & Leid. Mſc. *ſepit.* Unde forſan ita totus hic locus conſtituendus: *conſc. facinoris l. m. o. tradit, d. c. ſepit, à* (vel *ac*) *forib. q. n. diſcedant, certos præficit, navem armatam triremem armatis ornat, Philoſtratoque. fr. tradit.* Navem *armatam*

[1]conſciis loca munitiora oppidi tradidit: [2] domum cuſtodibus ſepſit: [3] à foribus qui non diſcederent, certos præfecit. Navem triremem armatis ornat, [4] Philocratique fratri ſuo tradit, eamque in portu agitari jubet, ut ſi exercere remiges vellet: cogitans, ſi forte conſiliis obſtitiſſet fortuna, ut haberet, quo fugeret, ad ſalutem. Suorum autem è numero [5] Zacynthios adoleſcentes quoſdam elegit cùm audaciſſimos, tum viribus maximis; hiſque dat negotium, ut ad Dionem eant [6] inermes, [7] ſic ut conveniendi gratia viderentur venire. Hi propter notitiam ſunt intromiſſi. At illi, ut [8] limen ejus intrarunt, [9] foribus obſeratis,

tam vocat, inſtrumentis & apparatu nautico inſtructam, ac navigationi paratam. Cæſar B. G. 3, 13. *Ipſorum* (Venetorum) *naves ad hunc modum factæ, armaturæque erant. Carinæ aliquanto planiores, &c. anchoræ, pro ſumibus, ferreis catenis revinctæ; pelles pro velis*, &c. nam *arma* dicta inſtrumenta nautica, quæ & *armamenta*, ac Græcis ὅπλα. Unde eaſd. naves Cæſar cap. 14. *omni genere armorum ornatiſſimas*; & Lucret. 2, 42. *claſſem ornatam armis* dixit. V. Scheffer. de Milit. Nav. vet. 1, 4. & Add. ad 2. pag. 333.

1 *Conſciis loca munitiora oppidi tradidit.*] In membranis, *tradit*. Et ſic alias *dudit* pro *dedidit* legitur in Datame, loco ☞ μελλόντων aut præteritorum. Quod elegantiæ eſt. *Keuchen.*

2 *Domum cuſtodibus ſepſit.*] Plutarchus: Οἱ μὲν ἔξω τῶν οἰκιῶν ἐφύλαττον.

3 *A foribus qui non diſcederent.*] Idem: Οἱ δ' ἀπὸ τῆς θύρας τοῦ ἀνδρὸς ἦσαν, ἢ ἔδει διαμένειν ἔνδον. Eſt autem hic ordo, *certos præfecit, qui à foribus non diſcederent.* Mendoſe porro legitur in nonnullis Codicibus, *diſcedebant*. Lambin.

4 *Philocratique.*] In membranis noſtris *Philoſtratus* nominatur. *Schott.*

5 *Zacynthios adoleſcentes.*] Sic Plutarchus & Diodorus, qui Ζακυνθίους dicunt fuiſſe, id eſt, *Zacynthios*. Eſt autem Zacynthus inſula non longe à Cephalenia. Quidam tamen hic legi volunt, *Sagunthinos*. Sed Polyb. lib. 3. Sagunthum, Ζάκανθαν appellat, quæ urbs eſt in finibus Iberiæ & Celtiberiæ non longe à mari. Non eſt diſſimulandum tamen, videri ex Stephano Sagunthum & Zacynthum uno eodemque nomine apud Græcos ſignificari. Sic enim Stephanus: Ζάκυνθος· πόλις Ἰβηρὶς ἀπὸ Ζακύνθου τοῦ Δαρδάνου. Ὁ μηρός. Καὶ ὑλήεσσα Ζάκυνθος, δουρήιος Ἰθακήσι, τείην Λαέρτιος. *Lambin. Zacynthios adoleſcentes.*] Scripſerat P. Dan. Codex *Zaguntios* legebat, Longolianus *Zaxynthinos*. Sed *Zacynthios* melius ſcripſerim, quam *Zaxynthinos*, aut *Zaguntios*: Græcis enim Ζακυνθίους, non Ζαζυνθίνους. Ut à *Zacyntho*, Latini *Zacynthios* formarunt, ita Græci à Ζακύνθου τὰς Ζακυνθίας. Falluntur igitur, qui *Sagunthinos* hoc inculcandum exiſtimant. auctoritate Polybii, qui *Sagunthum*, Ζάκανθαν appellat libro 3. Lege Diodorum & Plutarchum. *Keuchenius.*

6 *Inermes.*] Πανοπλίαν ἀνδρῶν ἐκ τῆς χειρὸς ἔχοντων.

7 *Sic ut conveniendi.*] Id eſt, tanquam conveniendi. Malim legi, *ſi ut ſi conveniendi.* Veruntamen nihil muto. *Lambinus.*

8 *Limen ejus intrarunt.*] Codex P. Dan. *intrarant.*

9 *Foribus obſeratis.*] Plutarchus fores ab iis, qui erant extra, clauſas, ſeu potius

ratis, in lecto cubantem invadunt, [1] colligant: fit ſtrepitus, adeo ut exaudiri poſſit foris. Hîc, ſicut ante ſæpe dictum eſt, quam inviſa ſit ſingularis potentia, & miſeranda vita, [2] qui ſe metui quam amari malunt, cuivis [3] facile intellectu fuit. Namque illi ipſi cuſtodes, [4] ſi propitia fuiſſent voluntate, foribus effractis ſervare eum potuiſſent, quod illi inermes, telum foris flagitantes, vivum tenebant. Cui quum ſuccurreret nemo, [5] Lyco quidam Syracuſanis per feneſtras gladium dedit, quo Dion interfectus eſt. Confecta cæde, quum multitudo viſendi gratia introiiſſet, nonnulli ab inſciis pro noxiis concidun-
10 tur. [6] nam celeri rumore dilato, Dioni vim allatam, multi concurrerant, quibus tale facinus diſplicebat. Hi falſa ſuſpicione ducti, [7] immerentes, inermes, ut ſceleratos, occidunt. Hujus de morte ut palam factum eſt, [8] mirabiliter vulgi immutata eſt voluntas. Nam qui vivum eum tyrannum vocitarant, eundem liberatorem patriæ, tyrannique expulſorem prædicabant. Sic ſubito miſericordia

odio

tius addu&as & attractas eſſe tradit: Οἱ μὲν ἀγῶνα ἐπαναστάσεως τὴν ἔφοδον. *Lambin.*

1 *Colligant.*] Plutarchus; Κατέχον ἐπειρῶντο, καὶ συλλέξειαν, ὡς δὴ νόσῳ ἐπεφερόμενον, ἡσυχίαν ἄγειν. Vide Diodorum lib. 16. *Lyco quidem.*] Veteres *Lygo.* Plutarcho Λύκων, unde *Lyco* vel *Lyga.* Malim tamen *Lyco* tralatitium, ut apud Plautum. Nam *Lyco* vel Λύκων, παροιμιακῶς ἀπὸ Λύκου. Sed in vices has literas mutabant antiqui. Sic in *Calliſtratus*, Galliſtratus; *Gardates*, Cardaces; de quibus in Excerptis. *Kenchen.*

2 *Qui ſe metui quam amari malunt.*] In Timoleonte: *Maluit ſe diligi, quam metui.* Sidon. noſter epiſt. 2. lib. 1. de Theodorico rege Gothorum *timet timeri* vide Notas. *Savaro.*

3 *Facile intellectu.*] Sic legendum eſt; non ut habent Codices Veneti & Florentini, *intellecta.* Lambin.

4 *Si propitia fuiſſent voluntate.*] Alii libri *propriâ.* Ut *propria voluntas* ſit dedita & non alienata. Quidam *propitiâ pronaque.* Gebhard.

5 *Lyco quidem Syracuſanus.*] Lygo, Cod. P. Dan. Plutarchus: Διαλεχθεὶς γνωμίνης Λύκων Συρακουσίῳ ὁρίζῃ τινὶ ἐν Ζακυνθίων ἀπὸ τῆς συνεδρίου ἰσχυρίδιον, ᾧ κρεμάμενον ἱερεῖον, ἐν δεξιᾷ μέρος ἀπόλαυε, καὶ δεξιὰ ἐπόμενον ἀπέφαγε.

6 *Nam celeri rumore dilato.*] Sic legendum, non *delato.* Lambin.

7 *Immerentes, inermes.*] Offendit iſtud *inermes*, quare cum in tribus libris calamo exaratis atteſtetur Schottus deſiderari, ejiciendum cenſeo. *Gebhard.*

8 *Mirabiliter vulgi.*] Callippus tamen Dione interfecto principatum excepit, & menſeis tredecim imperavit, ut tradit Diodor. Siculus. Plutarchus vero narrat, eum initio quidem clarum & illuſtrem fuiſſe, & Syracuſas tenuiſſe, ſed brevi poſt tempore pœnas dediſſe, & à Leptine quodam & Polyperchonte eo ipſo pugione, quo Dio cæſus erat, percuſſum interiiſſe. *Lambin.*

odio ſucceſſerat, ut eum ſuo ſanguine, ſi poſſent, [1] ab Acheronte cuperent redimere: [2] Itaque in urbe, celeberrimo loco, elatus publice, [3] ſepulcri monumento donatus eſt. Diem obiit circiter annos quinquaginta quinque natus, quartum poſt annum, quam ex Peloponneſo in Siciliam redierat.

1 *Ab Acheronte.*] Ab inferis. Sic M. Tullius: *poſt reditum in Senatu, & omnes Metellos præſtantiſſimos cives pæne ex Acheronte excitator.* Idem. *Ab Acheronte.*] Monet Giſanius ad Lucretium, inveniſſe ſe ſcriptum in Vet. libro Nepotis *Acherunte* per quintam vocalem. Sed communiter legebant veteres *Acherons* & *Acherunt.* Ut *humo* homo, *fretu* & freto, *ſumnus* & ſomnus; de quibus vide Priſcian. 1. & Voſſ. de Arte Grammat. lib. 1. cap. 12. *Keuch.* Verum iſta pœnitentia ſera plerumque magnos viros comitatur incaſſum; nonnunquam autem illorum poſteritati & cognationi expedit. Infra Timotheo. *Hujus poſt mortem cum populum judicii ſui pœniteret, multæ novem partes detraxit, & decem talenta Cononem ejus filium, ad muri quandam partem reficiendam juſſit dare.* Polyæn. lib. 5. in Geſcone. τέτον προαχθέντων οἱ καρχηδόνιοι πολλάκις ἡττώμενοι ἐλῶναι κινδυνώδεις μετήγαγον ἐπὶ τὴν Γίσωνα φυγήν, καὶ τὴν ἀναιρεσιν Ἀμίλκα Ἀλλὰ μὴν Ἀμίλκαν τεθνηκότα οὐκ οἶδν τε ἦν ἀναλίσκεσθαι. Ubi ἀναλίσκεσθαι eſt revocare ab inferis. Vulcatius Gallicanus Avidio Caſſio cap. 12. *Utinam poſſem multos etiam ab inferis excitare.* Ex Cicerone pro M. Marcello, *Non dubito, quin multos, ſi fieri poſſet, & Cæſar ab inferis excitaret.* At qui reducuntur, dicuntur ἀναγεγεῖν ἐξ ἅδου. *Gebhard.*

2 *Itaque in urbe, celeberrimo loco.*] Lambinus mavult, *in urbis celeberrimo loco.* Gebhard. Fuit autem hic eximius honor. Nam non ſolebant veteres quenquam in urbe ſepelire niſi forte Imperatores. Serv. Sulpitius apud M. Ciceronem lib. 4. Epiſt. ad Fam. *Ab Athenienſibus, locum ſepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui; quod religione ſe impediri dicerent: neque tamen id antea cuiquam conceſſerant.* Lambinus. Vide Kirchm. de Fun. Roman.

3 *Sepulcri monumento donatus eſt.*] Diſcrimen ſtatuendum eſt inter monumenta ſumptu publico facta, & ea, quæ decreto tantum publico. Non enim fuit jus in Republica Athenienſium ornare ſepulchra defunctorum, quantum aut heredis, aut ipſius etiam defuncti ambitio poſtulaſſet: verum de tumulis majoris impenſæ cognoſcebatur, neque is honos vulgo omnibus, ſed claris tantum viris concedebatur. Diverſus fuit publicæ ſepulturæ honos, qui bene de republica meritis deferebatur. Atque iis interdum Mauſolæa de publico excitabantur. *Caſaubon.*

IPHI-

IPHICRATES.

XI.

[1] IPHICRATES Athenienſis, non tam magnitudine rerum geſtarum, [2] quam diſciplina militari nobilitatus eſt. Fuit enim talis dux, [3] ut non ſolum ætatis ſuæ cum primis compararetur, ſed ne de majoribus natu quidem quiſquam anteponeretur. Multum vero in bello eſt verſatus; ſæpe exercitibus præfuit; [4] nuſquam culpa male rem geſſit; [5] ſemper conſilio vicit, [6] tantumque eo valuit, ut

1 Initium hujus ita ſcribendum eſt, IPHICRATES ATHENIENSIS *Non tam magnitudine rerum geſtarum, quam diſciplina, &c.* Conſenſu Codicum Mſſ. quorum nullus τὸ *genere* agnoſcit excogitatum à Longolio; à Lambino vero avide arreptum, & uberiore corruptionis indole propagatum. Nam quod Iphicratem putant fuiſſe ſutoris filium errant; quoniam naſum Atticum non intellexerunt. Quod aptos admodum calceos militi invenerit; inde forſan eo cavillo eſt aſperſus. hinc & *Iphicratides calcei* in proverb. cœſſerunt. Diodorus lib. XV. Τάς τε ὑποδύσεις τοῖς στρατιώταις διλύτους καὶ κύφας ἐποίησε, τὰς μέχρι τῶν Ἰφικρατίδας ἐπ' ἐκείνου καλουμένας. *Gelibard.* Vid. Polluc. Suidam, Photium, & Procli Chreſtom. *Schott.* Atque hoc eſt, *cerdone natum eſſe*, ut olim ſcripſit ad Curtium vir doctus. Diſcas tamen ex Plutarcho & aliis, Iphicratem ſutoris filium fuiſſe. Vide illum Χποφθ. στρατηγῶν. Ariſtotelem I. Rhetor. Xenophontem VI. Polyænum III. Strat. Athenæum IV. & XII. Arrianum, Ælianum, Æſchinem, Suidam, Jul. Pollucem, Senecam Rhet. Frontinum, Juſtinum, Plutarch. & alios. *Savaro.* Hic Iphicrates eum Harmodius quidam Harmodii Athenienſis abnepos in eum, tanquam ignobilem convitia faceret: Ἀλλ' ἐμὸν (inquit) ἐστ' ἐμοῦ γένους ἀρχή, τὸ δὲ σὸν ἐκ σοῦ πανός. plura & præclara ejus Stratagemata à Frontino referuntur. vid. lib. I. c. 4 5. 6. & l. 2. c. I. 5. & 12. aliud factum refert l. 3. c. 12. & l. 4. c. 6. *Longol.*

2 *Quam diſciplina militari.*] Fuit tamen idem & bonus Rhetor, exſtantque multa apud Ariſtotelem in Rhet. ex ejus Orationibus prolata. Suidas: Ἰφικράτης Ἀθηναῖος οὗτος· πολέμῳ, ῥήτωρ καὶ στρατηγός. *Lambinus.* Juſtinus lib. 6. c. 5. In Iphicrate *non imperatoriæ tantum, verum & oratoriæ artes fuere.* Vide Plutarch. in Politicis.

3 *Ut non ſolum ætatis ſuæ.*] Juſtinus lib. 6. *Hujus adoleſcentiæ ſupra ætatem virtus admirabilis fuit; nec unquam ante eum Athenienſes, inter tot tantoſque duces, aut ſpei majoris, aut indolis maturioris imperatorem habuerunt.* Oroſius lib. 3. cap. 1. *Savaro.*

4 *Nuſquam culpa male rem geſſit.*] Provocabulum *ſua* addit Gifanii Codex & Longolius. *Schott.* Xenophon tamen reprehendit ejus conſilium in re militari libro 6. de rebus Græc. in extremo. *Lambin.*

5 *Semper conſilio vicit.*] Diodor. l. 13. Οὗτος δὲ πολλάκις στρατηγικαῖς τε ἀναστάσεσι καὶ παρατάξεσι. *Gelibard.*

6 *Tantumque eo valuit.*] Idem: Πρὸς πᾶσαν ἐπίνοιαν ἀγαθὸν φύσει κεχῆσθαι διαφόρως.

dedit. Quo facto expeditiores milites reddidit. nam pondere detracto, [1] quod æque corpus tegeret, & leve esset,
2 curavit. [2] Bellum cum Thracibus gessit; [3] Seuthen socium Athenienſium, in regnum restituit. [4] Apud Corinthum tanta severitate exercitui præfuit, ut nullæ unquam in Græcia neque exercitatiores copiæ, neque magis dicto audientes fuerint duci: in eamque consuetudinem adduxit, ut quum prælii signum ab imperatore esset datum, sine ducis opera [5] sic ordinatæ consisterent, ut singuli à peritissimo imperatore dispositi viderentur. [6] Hoc exercitu mo-

Erant autem hujus tecti plagellæ octodecim, & eo plures. Casaubon. De linteis loricis ac thoracibus & à quibus usurpatæ sint vid. Lasium de rep. Rom. 8. 16. Torrentium ad Sueton. Galbam 19. Lipsi. de Mil. Rom. 3. 6. Dausquejum ad lib. 3. Silii pag. 120. Villiomarum adversus Titium 2. 19. Casaubon. ad Sueton. Ferrarium de re vestiaria.

1 *Quod æque corpus tegeret, & leve esset.*] Lambinus: *Ut æque corpus tegerent, & leves essent.* Sed priorem scripturam confirmant Schotti Ms. & Ultrajectina Editio. Nec dissentit Magius.

2 *Bellum cum Thracibus gessit.*] Dux creatus suffragio ab Athenienſibus adversus Amphipolim oppugnandam. *Æschin.* in Orat. περὶ παραπρ. Frontin. 1. 11. Strateg. Polyæn. 111. Commemorat & ejus victoriam adversus Anaxibium Lacedæmoniorum ducem Xenophon. lib. 4. ἱλλω.

3 *Seuthen.*] Aldi exemplaria *Scothym* habent: Vetusta vero omnia *Seuthem*, emendatius. *Mag.* Hic est, *Seuthes Odrysas* apud Curt. lib. x. cap. 1. quem ὕπαρχον Κερσοβλέπτου tantum, non Regem facit Polyænus 7. Strateg. *Keuchen.*

4 *Apud Corinthum.*] Inde bellum *Corinthium* est appellatum: Κορινθιακὸς πόλεμος. *Bongars.*

5 *Sic ordinatæ consisterent.*] Ms. *sic ordinatè.* Boecler. Curtius libro 3. cap. 6. *Obsistere, circuire, discurrere in cornu, mutare pugnam, non duces magis quam milites callent.* Gebhard. Vide de hac disciplina Iphicratis Alexandrum ab Alex. lib. 1. cap. 10.

6 *Hoc exercitu moram Lacedæmoniorum intercepit.*] Alii lib. *interfecit.* Schot. Quod supra probavi & explicavi in Aristide. *Gebhard.* Utraque lectio elegans est. *Savaro.* Mora, vox Græca est, hoc primum: deinde valet idem quod μοῖρα, hoc est *pars*, quod sit pars exercitus. Utebantur autem hac voce Lacedæmonii maxime & Dores. Et constabat μόρα, vel ut quidam volunt, quingentis militibus, vel ut alii, septingentis; vel, ut alii, nongentis. Diodorus Siculus lib. 14. Si eadem res ibi à Diodoro narratur, quæ hic à Probo significatur, μίρα appellat. Sic Diodorus: Μετὰ δέ τινας ἡμέρας τῶν Λακεδαιμονίων μίρα τῆς στρατιᾶς διὰ λῃ τῆς Κορινθίας χώρας. οἱ δὲ Ἰφικράτης, καί τινες τῶν συμμάχων ἐπισπόντες, τὰς πλείστας ἀνεῖλον. Andromach. sive auctor incertus Etymologici: Μόρα, inquit, τάγμα στρατιωτικὸν ὑπὸ Λακεδαιμονίων, ὅτω λεγόμενον, ἢ εἴρηται ἀπὸ τοῦ μείρω μόρα, ἐπὶ μέρους ὄχλων, ὡς φθείρω φθορά. ἔστι δὲ ἡ μόρα, τάξις ἐξ ἀνδρῶν πεντακοσίων, ἢ ἑπτακοσίων, ἢ τετρακοσίων. Hæc ille. Xenophon hujus cohortis casum & eladem multis verbis exponit lib. 4. de reb. Gr. & utitur hoc ipso vocabulo Græco, quod usurpavit Probus. Pausanias in Laconicis & μοῖραν appellat ταύτην τὴν μοῖραν ἐπιθέμενοι καθ' ὁδὸν Ἀθηναίοις, ἢ Ἰφικράτης διέφθειρεν. Commemorat & hanc

moram Lacedæmoniorum intercepit. quod maxime tota celebratum eſt Græcia. [1] Iterum eodem bello omnes copias eorum fugavit. quo facto magnam adeptus eſt gloriam. [2] Quum Artaxerxes [3] Ægyptio regi [4] bellum inferre voluiſſet, Iphicratem ab Athenienſibus [5] petivit ducem, quem præficeret [6] exercitui conductitio, cujus numerus [7] duodecim millium fuit. Quem quidem ſic omni diſciplina militari erudivit, ut [8] quemadmodum quondam Fabiani milites Romani appellati ſunt, ſic Iphicratenſes apud Græcos in ſumma laude [9] fuerint. [10] Idem ſubſidio Lacedæmo-

hanc Iphicratis rem geſtam Plutarchus in libello, πότερον Ἀθηναῖοι, &c. in extremo, & Æſchines in Orat. κατὰ Κτησιφ. *Lamb.* De morâ conſule Joan. Meurſium lib. 1. Atticar. Lection. cap. 15. adde & Heſych.

1 *Iterum eodem bello.*] Nec ubi, nec quando hoc prælium commiſſum ſit, uſquam reperio: niſi forte id ſignificat, quod narrat Xenophon lib. VI. de rebus Græc. non longe admodum à principio: Iphicratem decem triremibus, quæ à Dionyſio Lacedæmoniis Anippo Duce ſubſidio mittebantur, non longe à Cephalenia, una cum viris omnibus interceptis, & navibus nonaginta ex Corcyra aſſumptis, in Cephaleniam navigaſſe, & ab illius inſulæ civitatibus, pecunias partim libentibus obtinuiſſe, partim invitis obtorſiſſe, iiſque rebus geſtis, agros Lacedæmoniorum populatum eſſe ac vaſtaſſe, urbeiſque adverſariorum Athenienſibus voluntarias adjunxiſſe; quæ noluerint ſe dedere, iis bellum intuliſſe. Quo loco Iphicratis belli gerendi rationem, & ſcientiam rei militaris laudat Xenophon. Sic enim ille: Ἐγὼ μέντοι παύσω τὼ στρατηλάτα τὼ Ἰφικράτους ἀχθ' ἥκιστα ἐπαινῶ. *Lambin.*

2 *Quum Artaxerxes.*] Mnemon. Vide Diod. Siculum lib. XV. Bellum intulit Q. Craſſo, Serv. Corn. Sp. Papyrio, Fab. Alb. tribunis proconſulibus.

3 *Ægyptio Regi.*] Acori. *Lambin.*

4 *Bellum inferre voluiſſet.*] Editio Vulgata, *voluit.*

5 *Petivit ducem.*] Diodor. lib. XV. Ὁ δ' ἀνὴρ ὑπερπεμπόμενος ὑπὸ τὴν στρατηλάτην ὑπὸ τῶν βασιλέως ἐτάχθη ἀρχὴν ἐν τῇ στρατηλάτῃ ἀρετῇ. *Gebhard.*

6 *Exercitui conductitio.*] Sic Mſſ. recte. Vulgati *conducto.* In Chabria: *fugatis jam ab eo conductitiis catervis*, id eſt, mercede conductis, mercenariis, ut ipſe loquitur in Timoleonte. *Savaro.* *Conducere* ergo eſt Græcorum ξενολογεῖν, vel ξένους μισθώσασθαι. Infra Datame: *Ex Græcia conductorum tria millia.* Curtius lib. 3. *Ad conducendum ex Peloponneſo militem Cleandro cum pecunia miſſo.* ibid. cap. 6. *Argentum iſtud ad conducendum militem mitte.* Gebhard.

7 *Duodecim millium.*] Immo XX. *millium*, ex Diod. Siculo. *Lambin.*

8 *Quemadmodum quondam Fabiani milites Romani appellati ſunt, ſic Iphicratenſes apud Græcos.*] Quæ ambitioſa fuit Principum εὐνοδοξία, ut à nomine ſuo milites etiam inſignirentur. Ab eadem origine Joviniani & Herculiani apud Zoſimum & Mamertinum. Sic Alexandrini Caracallæ, de quibus diſertim Dio & Herodianus; Honoriani, Theodoſiani, Conſtantini, Gratianenſes, Valentinianenſes, in notitia utriuſque Imperii. Quod etiam in populis ac portis adhibitum. *Keuchen.*

9 *Fuerint.*] Editio Pariſienſis, *fuerunt.*

10 *Idem ſubſidio Lacedæmoniis.*] Poſt cladem Leuctricam, victoribus Thebanis, quorum dux erat Epaminondas:

dæmoniis profectus, Epaminondæ [1] retardavit impetus. Nam niſi ejus adventus appropinquaſſet, non prius Thebani Sparta abſceſſiſſent quam captam incendio deleſſent. 3 Fuit autem & [2] animo magno & corpore, [3] imperatoriaque forma, ut ipſo aſpectu cuivis injiceret admirationem ſui: ſed in labore remiſſus nimis, parumque patiens, ut [4] Theopompus memoriæ prodidit. Bonus vero civis, fideque magna: quod cum in aliis rebus [5] declaraverit, tum maxime in [6] Amyntæ Macedonis liberis tuendis. [7] Namque Eurydice mater Perdiccæ & Philippi, [8] cum his duobus liberis, Amynta mortuo, ad Iphicratem confugit, ejuſque opibus defenſa eſt. Vixit ad ſenectutem placatis in ſe ſuorum civium animis. [9] Cauſam capitis ſemel dixit bello ſociali

qua accepta, Lacedæmoniorum opes afflictæ ſunt. *Lambin.*

1 *Retardavit impetus.*] Codex Danielis: *retardavit interceptus. Incæptus*, pro *incæpta* integre ſcriptum in membranis noſtris, ac fortaſſis Savaronis ſic edentis. Sic ſupra in Alcibiade, *Siciliæ amiſſum*, pro *amiſſione* dixiſſe notavimus. *Schott.*

2 *Animo magno & corpore, imperatoriaque forma.*] Corporis dignitas duci admirationem tam apud ſuos quam apud hoſtes conciliat. Tacit. 13. Ann. 8. *Ne ſi ad accipiendas copias Syriam intraviſſet Corbulo, omnium ora in ſe verteret corpore ingens, verbis magnificus, & ſuper experientiam ſapientiamque etiam ſpecie inanium validus.* De Cæcinna idem l. 11. Hiſtor. cap. 70. Claudian. lib. 1. de Laudib. Stiliconis.

Jam tunc conſpectus, jam tunc venerabilis ibas,
Spondebatque ducem celſi nitor igneus oris,
Membrorumque modus, qualem nec carmina fingunt
Semideis. quacunque alte graderere per urbes,
Cedentes ſpatiis aſſurgenteſque videbas.

Juſtin. lib. 13. cap. 1. de Amicis Alexandri. *Gebhard.*

3 *Imperatoriaque forma.*] Imperatore digna, quæ veluti longe lateque oſtentat Imperatorem, ut de Trajano Plin. Panegyr. 4. Dioni egregia voce σωματος πρεπὴς & στρατηγικὴ dicitur. *Boecl.* Capitolinus in Pertin. vide Not. in Sidon. ep. 2. lib. 1. *Savaro.*

4 *Theopompus.*] Sup. in Alcibiad. de quo etiam Athen. lib. 12. vide Caſaub. ad Athen. lib. 3. c. 8. & lib. 10. c. 12. Plutarch. in Timoleone & Harpocrat. in voce ἀμάθακος. in Ἀπλίνεις, in Ἀλόννησος. in ἀμφικλυόνες. Steph. de urb. in voce Ἄσσος. *Savaro.*

5 *Declaraverit.*] Codex Danielis, *declaravit.*

6 *Amyntæ.*] Cujus filius Philippus, pater Alexandri Magni. Hic Amyntas autem Pauſaniam Macedoniæ regem, Æropi regis filium interfecit: regnavitque annos 24. Diod. lib. 14. *Lamb.*

7 *Namque Eurydice.*] Lege de hac re luculentiſſimam Orationem Æſchinis, περὶ παραπρεσβείας.

8 *Cum his duobus liberis.*] Habuit tamen ex Amynta tres filios, Alexandrum, Perdiccam & Philippum, Alexandri M. Macedonis patrem & filiam Eurionem. Juſtin. lib. 7. c. 4. Sed ex his Alexander patri ſucceſſerat in regnum.

9 *Cauſam capitis ſemel dixit.*] Cauſam apud

[1]ſociali ſimul cum Timotheo, eoque judicio eſt abſolutus. Meneſthea filium reliquit [2] ex Threſſa natum [3] Coti regis [4] filia. Is quum interrogaretur, utrum pluris patrem, matremne faceret: Matrem, inquit. Id quum omnibus mirum videretur: at ille, Merito, inquit, facio. [5] nam pater, quantum in ſe fuit, Thracem me genuit: contra ea mater Athenienſem.

apud cives ſuos ſimul cum Timotheo dixiſſe Iphicratem, & multatos eſſe tradit Diodorus lib. 16. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι παροξυνθέντες ἐζημίωσαν αὐτὸν πολλοῖς ταλάντοις, καὶ τὸ στρατηγίας ἀπέσησαν. Athenienſes autem irati Iphicratem & Timotheum in judicium vocatos multis talentis multarunt, & imperandi munere abdicarunt. Polyænus cum Probo congruens, Iphicratem & accuſatum eſſe ſignificat, & abſolutum. *Lambin.* Meminit ejus & Quintilianus lib. 5. cap. 12. qui cauſam hanc inter probationes adjicit, quas παθητικὰς vocant. Quo Stratagemate judicum abſolutus fuerit Iphicrates, refert Polyæn. lib. 3. & Senec. Rhetor. lib. 7. Declam. 5. Plura de ipſius eloquentia colligit Muretus lib. 8. Var. Lect. c. 22. *Schott.* Noſter in Phocion. *in judiciis cum capitis cauſam diceret.* reus autem capitis accuſatus eſt, & accuſatus proditionis. infr. in Timoth. Plut. in Apophth. *Savaro.*

1 *Bello ſociali.*] In quod inciderunt Athenienſes, cum Chii, Rhodii, Coi, & Byſantini ab iis deſciviſſent, ut Diodor. tradit, ejus mentio eſt in Chabria capite 4.

2 *Ex Threſſa natum.*] Τὸ *natum* abeſt ab Ultrajectino, & gloſſam olet. *Schott. Gebhard.* Ex muliere Threſſa, id eſt, in Thracia nata: ἐκ Θρήσσης γυναικός. Sic autem legendum; non, ut vulgo, *Tarſa*, ut habent Exempla Veneta & Florentina. *Lambin.* Alii codices *Tharſa*; nonnulli vero *Thraſa* habent. *Mag.* Seneca lib. 11. de Tranquillitate, Iphicratem ipſum Thracia matre natum adſerit. Quod cum illi objiceretur, *Et mater*, inquit, *Deûm Idæa fuit.* Long. Ad quem locum vide Juſtum Lipſium.

3 *Coti Regis.*] Κότυν vocant Græci. Probus autem Latina inflexione tertia, *Cotym* dixit. Alii hic *Cotyis* legi volunt, cum quibus non pugnabo, ſed *Coti* non improbo. *Lambin.* In Timotheo: *Adverſus Cotum bella geſſit.* Gebhard.

4 *Filia.*] Anaxandride. Athenæus initio lib. IV. & Seneca: *Quod in ſapientem non cadit injuria*, cap. 18. *Savaro.*

5 *Nam Pater quantum in ſe fuit, Thracem me genuit: contra ea mater Athenienſem.*] Senſus iſte: Patet quantum in ſe fuit, Thracem potius quam Athenienſem ideo genuit, quia è barbaris uxorem duxit: mater autem non ex ſuo ſanguine Thracem, ſed ex Athenienſis viri complexu Athenienſem gignere ſtuduit. Perſtringit patris cum barbara matrimonium: cujus ſolius ſit ea culpa, non matris, ſi quid hic indignum moribus Græcorum aut opprobrio obnoxium. *Boeclerus.* Simile reſponſum Timothei apud Athenæum libro XII. Ὁ δὲ Τιμόθεος, καὶ ὀκωπλόμβους πόλις, ὅτι τοιαύτης εἶχε μιλησίας καὶ ἑταίρας αὐτῷ, φησὶν, οἶδα ὅτι δι' αὐτὸν Κυώνιός εἰμι ὑός. *Gebhard.*

CHABRIAS.

XII.

1 CHABRIAS Athenienſis. Hic quoque in ſummis habitus eſt ducibus, [1] reſque multas memoria dignas geſſit. Sed ex his elucet maxime inventum ejus in prælio, quod apud Thebas fecit, quum Bœotiis ſubſidio veniſſet. Namque in ea victoria fidente ſummo duce Ageſilao, fugatis jam ab eo conductitiis catervis, reliquam phalangem loco vetuit cedere, [2] obnixoque genu ſcuto, [3] projectaque haſta, impetum excipere hoſtium docuit. Id

1 *Reſque multas memoria dignas geſſit.*] Demoſthenes Orat. in Leptinem, cum magnis efferat Chabriam laudibus, tum ejus res geſtas ſemel atque iterum enumerat. Ibi: πρὸς ἅπαντας Πελοποννησίους παρετάξατο ὁ Θηβαίοις, Γοργόπαν ἀπέκτεινεν ὁ Λακεδαιμόνιος, πολλὰ τρόπαια ἔστησεν. Legendus & Xenophon lib. 4. & 5. de reb. Græc. Diodorus 15. 16. Athen. lib. 12. infr. in Epam. Plutarchus in Phocione & Camillo. Frontinus lib. 1. cap. 5. & 11. Strat. *Lambin. Lungol.* Non ſolum autem res memoria dignas geſſit, ſed & dixit. Lege Plutarchi apophtheg. *Mag.*

2 *Obnixoque genu ſcuto.*] Id eſt, obfirmato genu ad ſcutum: videtur à Probo dictum eſſe obſcurius, propter caſuum ſimilitudinem: Quod expreſſit Diodorus planius lib. 15. ἐπὶ τὰς ἀσπίδας πρὸς τὸ γόνυ κλίναντας, id eſt, *& clypeis ad genu acclinatis.* Polyænus Strat. lib. 2. Τὰς ἀσπίδας πρὸς γόνυ προσβιασάμενοι, id eſt, *clypeis ad genu firmiter acclinatis.* Planius, explicatiuſque dixiſſet hoc modo, *obnixo genu in ſcutum.* Lambin. De hoc habitu ad præliandum compoſito Marcellinus de barbaris, & (ni memoria fallit) D. Ambroſius. *Salvaro*, Quod Stratagemia Triariis Romanis inepte Vir doctus accommodavit. Alia etiam ratio ſubſidendi fuit in eo ſchemate bellico, quod teſtudinem Romani vocabant. *Stewech.* ad Veget. Quod ego explicatius dabo. Milites Chabriæ obnixo genu ſcuto protenſa haſta ſtabant, ut eo commodius hoſtilis phalangis impetum exciperent & ſuſtinerent: quod etiam Polyænus dicto loco confirmat. Triarii vero Romani genu dextro innixi, ſiniſtro crure porrecto, ſcuta innixa humeris, haſtas ſub erecta cuſpide in terra fixas tenentes, ſub vexillis conſidebant: dum vel haſtati, qui primi pugnam ineunt, vel principes, qui robuſtioris ætatis & à principio gladiis pugnabant, cum hoſte dimicabant: quorum ſubſidio tertio ordine diſpoſiti erant, & in eorum vicem locumque parati. Si apud haſtatos ac principes parum proſpere pugnatum eſſet, tunc demum triarii ad nutum ducis conſurgebant ad pugnandum; Triarii enim erant veterani ſpectatæ virtutis, ad quos rebus ferme deſperatis velut ad extremum ſubſidium refugiebant, ut obſervat Dionyſ. Halicarnaſſ. 5. Antiq. Rom. 15. & 8. 98. Inde *rem ad triarios rediiſſe*, cum laboratur, proverbio increbuit, ut præter Lipſium Valtrinus 5. de milit. R. 3. docet. Hæc ergo tam diſtincta & diverſa confundi non debent, nec alterum ab altero deduci. *Locc.*

3 *Projectaque haſta.*] Si locus emendatus

[1] Id novum Ageſilaus intuens, progredi non eſt auſus, ſuoſque jam incurrentes, [2] tuba revocavit. [3] Hoc uſque eo in Græcia [4] fama celebratum eſt, [5] ut illo ſtatu Chabrias ſibi ſtatuam fieri voluerit, quæ publice ei ab Athenienſibus in foro conſtituta eſt. Ex quo factum eſt, ut poſtea [6] athletæ [7] cæterique artifices, his ſtatibus in ſtatuis ponendis uterentur, [8] in quibus victoriam eſſent adepti. Chabrias autem multa in Europa bella adminiſtravit, quum dux Athenienſium eſſet: [9] multa in Ægypto ſua ſponte geſſit. 2

datus eſt (ut mihi quidem videtur) *projecta* poſitum pro *porrecta*, ſeu *ante erecta*, προβεβλημένης ἀσπίδος. Sic Siſenna lib. II. apud Macrobium lib. VI. c. 4. *ſcutis projectis*. Idem *projectis ramis*. M. Tullius de ſignis: *ſed quod erat ejuſmodi loco, atque ita projecta in altum*, &c. Lambin. Jabolenus, quod ad vocis ſignificationem attinet, L. Malum ff. de verbor. ſignif. ſic inquit: *Inter projectum & immiſſum, hoc intereſſe Labeo ait, quod projectum eſſet id quod ita poſitum haberetur, ut muſquam conquieſceret, qualia Meniana & fuggrundia eſſent*, &c. Eadem de re Gellius quoque eadem. *Mag.*

1 *Id novum Ageſilaus intuens, progredi.*] Mſſ. *Id novum cernens Ageſilaus contuens id progredi non eſt auſus.* Boecler.

2 *Tuba revocavit.*] Σάλπιγξ ἀνεκαλέσατο. *Gebhard.*

3 *Hoc uſque eo in Græcia fama celebratum eſt.*] Codex P. Danielis: *Eo tota Græcia fama celebratum eſt.*

4 *Fama celebratum eſt.*] Sic Cicero dixit pro Cluentio: *eadem omnium ſermone celebratam*: & pro domo ſua, *omnium ſermone celebratum*. Lambin.

5 *Ut illo ſtatu Chabrias.*] Diodorus Siculus 15. Ὁ δὲ Χαβρίας πολλῶν αὐτοῦ πεπραγμένων καὶ πολέμων, ἐπὶ τούτῳ μάλιστα ἐσπουδάσθη τοῦ σταλῆναι, καθίστανον ἐκόντες τὸ τοῦ σχῆμα. *Lambin.*

6 *Athletæ.*] Qui viciſſent certaminibus Iſelaſticis, quæ à Græcis ἀγῶνες εἰσελαστικοὶ vocantur: de quibus Sibylla μίγας γὰρ αἰῶν εἰσελαστικὸς ἔσται. *Kuchen.*

7 *Caterique artifices.*] Scenicos & Muſicos, ſive Dionyſiacos atque Pantomimos intelligit. De athletis frequens hiſtoria eſt ponendarum ſtatuarum, ut non σχήματος modo, ſed iconas, vivam ipſorum imaginem referrent. Palæſtras athletarum imaginibus, ſicut & ceromata ſua exornabant. Pauſanias in Eliacis: ubi περὶ ἀναθημάτων loquitur, ἐν ᾧ τῇ Ἄλτει (ait) τιμὴ εἰς τὸ θεῖον ἀνάκειται. οἱ δὲ ἀνδριάντες τῶν νικώντων ἐν ἄθλοις λέγω σφίσι, καὶ ἔτοι ἄλλοθι. Cujus ritus imprimis inſtauratores fuiſſe Cretenſes, idem mihi auctor II. ἰλιακῶν. De æra Milonis luctatoris ſtatua lege quæ diſſertim Philoſtratus libro 4. in Vita Apollonii. Cum quo confer Ariſtidam περὶ τῶν ἐξοχεμένων. Hellanodicis curæ erat, ut εἰκόνες ἰσομέτρητοι eſſent: Lucianus ἐν τῷ ὑπὲρ εἰκόνων. Plato in Phædro: ὑπαιχνίσμαι χρυσοῦ εἰκόνα ἰσομέτρητον εἰς Δελφοὺς ἀναθήσων. *Keuch.*

8 *In quibus victoriam*, &c.] Vide Fabr. 2. Agon. cap. 20. *Schott.*

9 *Multa in Ægypto ſua ſponte geſſit.*] Ediderat Longol. *ſua ſponte quædam geſſit.* Inde confeſtim Lambin. *multa* intruſit. Neutrum vero neque *multa*, neque *quædam* agnoſcunt libri calamo picti. Illud *multa* ex præcedenti intelligitur. *Gebhard. In Ægypto.*] Privato officio, non publice à populo delata ac mandata. Vide Diod. 15. Ejus rex tum temporis erat Tachus, cujus filius Nectanebus; vel ſecundum Plutarchum ἀνεψιός, id eſt, ſororis filius. *Idem.* Cæterum Ægyptus à flumine nomen accepit. Se vi-

geſſit. Nam [1] Nectanebum adjutum profectus, regnum ei conſtituit. [2] Fecit idem Cypri, ſed publice ab Athenienſibus Euagoræ adjutor datus: neque prius inde diſceſſit quam totam inſulam bello devinceret, qua ex re Athenienſes magnam gloriam ſunt adepti. [3] Interim bellum inter Ægyptios & Perſas [4] conflatum eſt. & [5] Athenienſes cum Artaxerxe ſocietatem habebant: Lacedæmonii cum Ægyptiis, [6] à quibus magnas prædas Ageſilaus rex eorum facie-

ſe videtur. Nilus enim qui Hebr. גיחון id eſt, niger dicitur, Græcis Αἰγυπτος dictus eſt, quod idem denotat juxta Scaligerum. Niſi à *Copto* vel *Gubt* nomen accepit. *Thyſius.* Maſius obſervat Ægyptios in antiquis monumentis vocari Ægophthos, vulgo Cophti vel Copti, & ipſi regionem ſuam vocant Chibth, teſte Ortelio. In ſerie Regum Ægypti, quam Druſius ex Chronico quodam Arabico deſcripſit, ſecundus Rex Ægypti dicitur Cabtim, unde denominati ſunt Cophtii. *Hornius.* ابو القبط Pater Coptitarum dictus Miſraim. Inde nomen. Coptus etiam urbs, & Copites Nomus, fere in extremo Ægypti tractu, quem poſt Alexandrum Magnum Ægyptii incoluerunt, hodieque incolunt. *Golius.* Elegans Ægypti deſcriptio eſt apud Guil. Tyrium 19. 24.

1 *Nectanebum.*] *Nectebenin*, Codex P. Danielis. In aliis legitur *Nectenebum.* Magius. Plutarchus in Ageſilao Νεκτάνεβιν perpetuo vocat. Polyænus lib. 11. in Ageſilao vocat Νεκτενεβόν. Idem libro 3. perhibet Chabriam Thamo adfuiſſe, & Thamus erit, quem Plutarchus aliique Tachum appellant. *Gebh.*

2 *Fecit idem Cypri.*] Hac de re nihil reperi, præter id quod eſt apud Diodor. Sic. lib. 16. ſi forte ad rem pertinet. Nam Phocionem & Euagoram, non Chabriam & Euagoram Cyprum oppugnatum iviſſe narrat. Credibile eſt, Diod. Siculum vel Phocionem pro Chabria poſuiſſe, cum Phocion Chabriæ comes eſſet, vel alium hiſtoricum ſecutum eſſe, quam quem ſecutus eſt auctor noſter. *Lambin.*

3 *Interim bellum inter Ægyptios & Perſas.*] Diodorus lib. 15. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Ἀνωμὲν ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς, ἀπολελοίπει μὲν Ἀμυρταίου τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα, δωρεαῖς ξενικὰς αἰτιολόγως ἀθροίζων. Narrat & aliud bellum Diodorus eodem libro, à Rege Ægypti Tacho, Regi Perſarum illatum: ibi, Ὁ μὲν οὖν τούτοις ἐχθρὸς Ταχὼς ὁ βασιλεὺς τῶν Αἰγυπτίων, πολλὰς πολεμεῖν τοῖς Πέρσαις, &c. quod ad hunc locum videtur potius pertinere. In hoc enim bello Ageſilaus & Chabrias interfuerunt, Regemque Tachum adjuverunt; ut tradit Plut. in Ageſilao. *Lambin.*

4 *Conflatum eſt.*] Infra in Eumene: *interim conflata ſunt bella, quæ ad internecionem poſt Alexandri mortem geſta ſunt.* Savaro. Sic loquitur Hirtius lib. 8. c. 6. *Sub tempus æſtivorum nullum ſummum bellum poſſe conflari.* & init. de Bello Alexandr. Eumene. *interim conflata ſunt illa bella.* Loquitur quoque ita Paterc. lib. 2. Cicer. vero de Haruſpicum reſponſis. *Clodius nefarias cum multis ſcelerum factionibus ſocietateſque conflavit.* & in Anton. *Ille quum exercitum nullum haberet, magnum repente conflavit.* Gebhard.

5 *Athenienſes cum Artaxerxe ſocietatem habebant.*] Quocirca & Pharnabazo Regis Perſarum Satrapæ petenti Iphicratem belli ducem dederunt: & Chabriam ejuſdem Pharnabazi admonitu & rogatu revocarunt, ut tradit Diodor. eodem libro. *Lambin.*

6 *A quibus magnas prædas Ageſilaus rex*

faciebat. Id intuens Chabrias, quum in re nulla Ageſilao cederet, [1] ſua ſponte eos adjutum profectus, Ægyptiæ claſſi præfuit, pedeſtribus copias Ageſilaus. [2] Tum Præfecti 3 Regis Perſiæ, legatos miſerunt Athenas queſtum, quod Chabrias adverſum regem bellum gereret cum Ægyptiis. Athenienſes [3] diem certam Chabriæ præſtituerunt, quam ante, domum niſi rediſſet, capitis ſe illum damnaturos denunciarunt. Hoc ille nuncio Athenas rediit, neque ibi diutius eſt moratus quam fuit neceſſe. Non enim libenter erat ante oculos civium ſuorum, [4] quod & vivebat laute, & indulgebat ſibi liberalius, quam ut invidiam vulgi poſſet effugere. Eſt enim hoc commune [5] vitium in magnis liberiſque civitatibus, [6] ut invidia gloriæ comes ſit, & li-

rex eorum faciebat.] Redigebat atque agebat. *Facere prædas* non eſt obvium in Latinis ſcriptoribus. Invenio tamen apud Tullium in Verrem *Maximos quæſtus prædaſque feciſſe.* Gebhard.

1 *Sua ſponte eos adjutum profectus.*] In Ageſil. *ſero ſuis præſidio profectus eſt.* in Timoth. *Ariobarzani ſimul cum Ageſilao auxilio præfectus eſt* Savaro. Contra Diodorus, qui tradit eum fuiſſe ab Acoride arceſſitum. In hoc tamen cum Probo congruit, quod ſine ſuffragio aut decreto populi Chabriam provinciam illam belli ſuſcepiſſe dicit. Sic Diodorus eodem libro & loco: Οὗτος μὲν ἐν ἀνδὶ τῆς ἐπὶ δήμου γνώμης προσδεξάμενος τὴν στρατηγίαν, ἀφηγεῖτο τῶν κατ' Αἴγυπτον δυνάμεων, καὶ μετὰ πολλῆς σπουδῆς παρεσκεύαζετο πολεμεῖν πρὸς τοὺς Πέρσας. *Idem.*

2 *Tum Præfecti Regis.*] Pharnabazus. Vide Diodorum.

3 *Diem certam Chabriæ præſtiterunt.*] Diem præfiniverunt; elegantia Romana. Cicero in Verrem: *Diem præſtitit operi faciendo Kal. Decembr.* Idem Tuſc. Quæſt. *Natura dedit uſuram vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præſtituta die.* Curt. lib. 3. *Poſtquam nihil inde præſidii mittebatur, ad præſtitutam diem permiſere ſe regi.* Dies autem præſtituta eſt ἡ προθεσμία. *Gebhard.* Diodorus: Ταχέως τὸν τε Χαβρίαν ἐξ Αἰγύπτου μετεπέμψαντο. Codex P. Dan. *præſtiterunt*, pro *præſtituerunt.*

4 *Quod & vivebat laute.*] Sic Ephorus ſive Theopompus 13. Philipp. apud Athenæum lib. 12. à quo Probus hæc deſumpſit: Οὐ δυνάμενον (Chabrias) ζῆν τῇ πόλει, τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ ἀστικοῦ ἀναλίσκειν, καὶ ἀπὸ τοῦ πολυτέλειαν τοῖς αὐτοῦ τοῖς περὶ τὸ βίον. τὰ δὲ ἀπὸ τῆς Ἀθηναίους. ἅπασι γὰρ τοῖς ἐνδόξοις εἰσὶ χαλεποὶ, διὸ καὶ ἔλοιδο αὐτῶν οἱ ἔνδοξοι, ἔξω τῆς πόλεως καταζῆν, Γ' ἀσκεφίας μὲν ἐν Θράκῃ, Κόνων δὲ ἐν Κύπρῳ, Τιμόθεος δὲ ἐν Λέσβῳ, Χάρης δ' ἐν Σιγαίῳ, καὶ αὐτὸς ὁ Χαβρίας ἐν Αἰγύπτῳ. *Longol. Lambin. Mag. Savaro.*

5 *Vitium in.*] Duas has voces ut Gloſſemata delet Ultrajectina editio. *Schott.* Vulgatam lectionem ac ſententiam adſtruit Tacit. vita Agric. cap. 1. *Quoties magna aliqua ac nobilis virtus vicit ac ſupergreſſa eſt vitium parvis magniſque civitatibus commune, ignorantiam recti & invidiam.* Gebh.

6 *Ut invidia gloriæ comes ſit.*] Salluſtius: *Meminiſſe poſt gloriam invidiam ſequi.* Cicero pro Balbo: *Eſt enim hujus ſeculi labes quædam & macula, virtuti invidere velle, ipſum quoque florem dignita-*

tis

[1]& libenter de his detrahant [2] quos eminere videant altius: neque animo æquo pauperes alienam [3]opulentium intuuntur fortunam. Itaque Chabrias, quoad ei licebat, [4] plurimum aberat. Neque vero ſolus ille aberat Athenis libenter, ſed omnes fere principes [5] fecerunt idem, quod tantum ſe ab invidia putabant [6] afuturos, quantum à conſpectu ſuorum receſſiſſent. Itaque [7] Conon plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbi, Chares in

tis infringere. D. Hieronymus ad Demetr. epiſt. 8. *Virtus enim ſemper invidiæ patet.* Idemque in epiſtol. Paulæ: *Semper quidem virtutes ſequitur invidia.* Schottus.

1 *Et libenter de iis detrahunt.*] Quidam libri *libenter iis detrahunt.* Sed interpolatum ignoratione elegantiſſimi modi loquendi. Cicero enim pro Rabirio *Detrahere de aliquo, & eum in invidiam vocare* dixit. & Quintius Frater: *Sermo eorum, qui de ſe detrahere volunt.* Inſt. Timoleonte; *cum quidam Lamæſtii ſimilis, nomine Demænetus in concione populi de rebus geſtis ejus detrahere cœpiſſet.* Ammian. Marcell. lib. 30. c. 29. *Bene veſtitos oderat & eruditos & opulentos & nobiles: de fortibus detrahebat, ut ſolus videretur bonis artibus eminere.* Dein quidam *detrahant*, ut nectatur ne ſit. Gebh. De populo Athenienſi ſeorſim Livius 13. *Populus Athenienſis lacerare invidia principes ſuos ſuetus.*

2 *Quos eminere videant altius.*] Vulgati *emergere.* Sed omnium librorum conſenſus præfert *eminere*, ἔξοχον εἶμεναι. Vide Tacit. lib. 11. Hiſt. cap. 20. ad quem Lipſius Nepotis locum contendit. *Gebhard.*

3 *Opulentium intuuntur fortunam.*] Ita reſcribendum eſſe, dudum & ni fallor, princeps è Giſanii libro indicavit Scioppius lib. 11. Veriſimil. cap. 3. Adſtruit Savaro, approbat P. Daniel, obſignat denique Schottus. *Opulens* pro *opulentus* ex Auſonio notant, neſcio an Eidyll. 2. *Gebhard.* Sic *violens* poſitum ab Horat. Od. 30. lib. 3. & Ep. 10. l. 1. Quemadmodum igitur *violens* & *violentus* dixerunt veteres, ſic *opulens*, & *opulentus.* Lambin. *Opulentium intuuntur.*] In vulgatis eſt *intuentur.* Veteres autem *tuor* & *tueor* dicebant, ut in compoſitis: hinc *intuuntur* in Excerpt. melioribus. Et *contuimur* apud Lucret. lib. 4. & Plautum. Adi Feſtum. Turpilius Pedio:

——*tamen oculis*
Longa intercapedine appetunt cupide intui.

Keuchen. Quodad ſententiam. in Pauſan. *Epulabatur more Perſarum luxurioſius, quam qui aderant, perpeti poſſent.* vid. Valer. 2. 5. ext. 5. Cic. ad Nepot. *qui habet, ultro appetitur: qui eſt pauper, aſpernatur.* Savaro.

4 *Plurimum aberat.*] Cauſam continuo ſubjungit Nepos ipſe: At mihi in mentem quoque alia, nimirum magnos viros vitato aſſiduitatis faſtidio auctoritatem & deſiderium in animis civium quæſiviſſe abſentia. Liv. lib. 35. cap. 10. *Accedebat quod alter decimum jam prope annum aſſiduus in oculis hominum fuerat: quæ res minus verendos magnos homines ipſa ſatietate facit.* Gebh.

5 *Fecerunt idem.*] Hæc duo verba inculcata eſſe quis non videat, & noſtris aberant membranis. *Schott.*

6 *Afuturos.*] Sic legendum, non *abfuturos*, ut eſt, in nonnullis libris: Neque *affuturos*, ut eſt in Venetis: neque *futuros*, ut in Germanicis. *Keuchen.*

7 *Conon plurimum Cypri vixit.*] Hæc ex Theopompo tranſcripſit Nepos. Athen. lib. 12. ex lib. 13. Philipp. Theop. quem vide. & Juſtinum libro 5. & 6. *Savaro.*

[1] in Sigæo. [2] Diſſimilis quidem Chares horum & factis & moribus: ſed tamen Athenis & honoratus & potens. [3] Chabrias autem periit bello ſociali, tali modo: Oppu- 4
gnabant Athenienſes Chium: erat in claſſe Chabrias [4] privatus, ſed omnes, qui in magiſtratu erant, auctoritate anteibat, eumque [5] magis milites quam qui præerant, [6] aſpiciebant. Quæ res ei maturavit mortem. Nam [7] dum primus ſtudet portum intrare, & gubernatorem jubet eo dirigere navem, ipſe ſibi perniciei fuit. [8] Quum enim eo penetraſſet, cæteræ non ſunt ſequutæ. Quo facto, circumfuſus

1 *In Sigæo.*] Ptolemæo Σιγαῖον, Calabro Σίγιας. Idæ promontorium vocat Ariſtoteles lib. 5. Animal. Æliano & Pomponio oppidum quoque eſt. Duo tamen diverſa ſunt apud Strabon. 13. ſed ſibi invicem vicina oppida, ut & apud Plinium. *Ortelius.*

2 *Diſſimilis quidem Chares.*] Vide Diodor. & Plutarch. Χαφθ. βασιλ. Noſter infr. 15. 3. Xenophon 7. H. Gr.

3 *Chabrias autem periit bello ſociali.*] De bello ſociali lege argumentum Orationis de pace, apud Iſocratem; & Diodor. lib. 16. Incepit poſt communem defectionem Chiorum, Rhodiorum; Coiorum & Byzantinorum ab Athenienſibus. Duravit annos III. *Diodor.* Ὁ δὲ ὑμέτερον τῶν πρέσβεων. De morte Chabriæ ita Plutarchus in Phocione: *Chabrias enim ad ineunda pericula ſuapte natura tardior, poſteaquam cœpiſſet cum hoſte conſerere, ira nimia concitatus vehementer ſolebat accendi, imperatorii officii facile oblivi ſci, ſeſe temere periculis objectare. Cujus audacia, quo tandem par erat, evaſit. Nam in pugna navali adverſus Chios, primus omnium in hoſtile littus invectus, cum pro explicando in terram milite, in occurrentes hoſtes audacius prorumpiſſent, pugnans conſoſſus eſt.* Mag. Longol.

4 *Privatus.*] Aliter Diodorus 16. 7. qui claſſi eum præfuiſſe, Charetem vero terreſtrem exercitum rexiſſe tradit.

5 *Eumque magis milites.*] De Miltiad. *erat enim dignitate regia, quamvis care-bat nomine.* ibid. in fine. *Savaro.*

6 *Aſpiciebant.*] Reverebantur, honorabant. Tacit. *aſpectare* dixit. Ann. 1. 4. *Omnes exuta æqualitate juſſa principis aſpectare.* Sic *intueri* apud Livium 37. cap. 54.

7 *Dum primus ſtudet.*] Σπεύδει feſtinat. Datame: *Hac delatus in Ciliciam, egreſſus inde, dies noctesque iter faciens Taurum tranſiit, eoque, quo ſtuduerat, venit.* Pelopida; *Qui, cum tempore ipſo, quo ſtuduerant, pervenirent.* Hinc *ſtudiosa celeritas* feſtinatio. Cæſar lib. 7. Comment. cap. 41. f. *Summo ſtudio militum ante ortum ſolis in caſtra pervenit.* lib. 3. Civil. cap. 24. *Illi ſtudio incitati incautius ſequebantur.* Val. lib. III. c. II. 23. *Cn. Pompeji præfectus juſſu ejus, ſummo ſtudio & magno militum numero, ad id capiendum mitteretur.*

8 *Cum enim eo penetraſſet.*] Eo ſignificatu multoties verbo *penetrare* utitur Curt. pro penitus aut interius ſubire libro 4. cap. 12. *Illi tutiendum animis dum ſpe calerent, ratus ad Peluſii oſtium penetrat.* lib. 5. cap. 17. *In rupium cacuminibus extra teli jactum Barbari ſtabant de induſtria quieti, & paventibus ſimiles, donec in arctiſſimas fauces penetraret agmen.* libro 6. cap. 22. *Torrenteſque & elurries iter morabantur, nullo tamen hoſte obvio penetravit.* Cicero pro Archia: *Cupere debemus, quo minus manuum noſtrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare.* Idem.

fusus hostium concursu, quum fortissime pugnaret, [1] navis rostro percussa cœpit sidere. [2] Hinc quum refugere non posset, si se in mare dejecisset; quod superat classis Athenienſium, quæ exciperet [3] natantem: perire maluit, [4] quam armis abjectis navem relinquere, in qua fuerat vectus. Id cæteri facere noluerunt, qui nando in tutum pervenerunt. At [5] ille, præstare honestam mortem turpi vitæ existimans, comminus pugnans [6] telis hostium interfectus est.

1 *Navis rostro percussa, cœpit sidere.*] Pro subsidere, ac demergi. Non dissimulabo meo in Codice scriptum fuisse *sidere*, ut *findere* reperisse librarius videatur. Retineo tamen *sidere*. Pedo Albinovanus apud Senec. Rhet. Suasor. 1.

—— *Jam fidere limo*
Navigia & rapido desertam flumine classem.

Schottus. *Sidere* anchoræ dicuntur, quæ in fundo fixæ hærent. Ἐπὶ ζεχηώων καθίζειν. Poëta:

—— *Sidat onusta navis.*

Salmas.

2 *Hinc quum refugere non posset.*] Ita Ms. nostrum. Alii negationem expunxerunt. *Boecler.* Potius reponendum est. *Hinc cum refugere posset, si se in mare dejecisset.* Gebhard.

3 *Natantem.*] Codex P. Dan. *natanteis. Exciperet natantem.*] Excerpta *natanteis*: ut in Dione, *in naveis imposuit*: terminatione Græca. *Keuchen.*

4 *Quam armis abjectis.*] Quod erat flagitium militare & capitis pœna expiandum. Aristoteles libro 11. Rhetor. Αἰσχρὸν ἐστιν, ὅσα διὰ κακίας ἔργα ἐστίν. οἷον ἀποβάλλειν ἀσπίδα, ἢ φυγῆν. Inde Lacedæmoniæ mulieres, filios suos in militiam dimittentes, hoc eis mandare solebant, ἢ σὺ τάτῳ, ἢ ἐπὶ τάτῳ. *Lambin.* Præter ea quæ Godescalcus in Veget. infigit lib. 2. c. 14. vid. Senecam de Benef. 5. 2. infr. in Hamilcare. *Simo.*

5 *Ille, præstare honestam mortem turpi vitæ.*] Pene ad verbum de Antigono Polyænus lib. 4. Comment. 5. Τῶ ζῆν ἀζιωνῶς τὸ θνήσκειν ἀνδρείως αἱρετώτερον ἡγούμενον. Tacitus Agricola, cap. 33. *Proinde & honesta mors turpi vita potior & incolumitas ac decus eodem loco sita sunt.* P. Syrus: *Vita hominis brevis; ideo honesta mors est immortalitas.* Sallustius Jugurtha. *Sulla à Mauro rogatus, uti noctu clam profugeret: incertæ ac forsitan post paullo morbo interituræ vitæ parcere turpi fugæ recusat.* Tali animo fuerunt quidam apud Cæsarem centuriones lib. 6. Comment. cap. 40. *Centurionis*, inquit, *quorum nonnulli ex inferioribus ordinibus reliquarum legionum caussa virtutis in superiores erant ordines hujus legionis traducti, ne ante partam rei militaris laudem amitterent, fortissime pugnantes conciderunt.* Plane ex mente Chabriæ Isocrates Panegyrico, τῷ ἀνδρῶν τοῖς καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς αἰσχυντηρόν ἐστι καλῶς ἀποθανεῖν, ἢ ζῆν αἰσχρῶς. Argute & masculè Valerius lib. 111. cap. 11. exempl. 14. *Cato*, inquit, *constantissime in gladium incumbendo, magnum hominibus documentum dedisti, quanto potior esse debeat probis dignitas sine vita, quam vita sine dignitate. At ignavi pluris qualemcunque vitam honesta morte æstimant*, ut loquitur Darius apud Curt. lib. 5. cap. 39. *Gebhard.*

6 *Telis hostium interfectus est.*] Archonte Cephisidoro, Olympiad. cv. anno 111. *Chronol.* Quomodo Ctesippus ejus filius paternum sepulchrum violarit, vide apud Athenæum lib. 4. c. 20. ubi de isto flagitio plura ex Diphilo, Timocle & Menandro in hanc historiam affert.

TIMO-

TIMOTHEUS.

XIII.

[1]TIMOTHEUS [2]Cononis filius Athenienſis. Hic à [1] patre acceptam gloriam [3]multis auxit virtutibus. Fuit enim [4]diſertus, impiger, [5]laborioſus, [6]rei militaris peritus, neque minus civitatis regendæ. Multa hujus ſunt præclare facta, ſed hæc maxime illuſtria. [7]Olynthios & Byzan-

1 *Timotheus.*] De hoc M. Tull. 1. de offic. & 3. de oratore & alias. Diodor. lib. 15. Xenoph. lib. 5. Athen. 13. Plutarch. Ælian. V. H. 13. Frontin. 1. cap. ult. & lib. 2. cap. 5. ſupr. in Chabria. *Savaro.*

2 *Cononis filius.*] Librariorum ῥαθυμίᾳ in Lamb. editione *Cimonis* olim editum, qui Cononis eſt filius. *Schottus.* Ex Threſſa, ſcorto quidem publico, ſed quæ poſtea exemplar clariſſimum modeſtiæ evaſit. Timotheo autem cum matris conditio ſibi objiceretur: *Atqui*, inquit, *per eam ſum Cononis filius.* Auctor Athenæus lib. 13. *Longol. Mag.*

3 *Multis auxit virtutibus.*] Rarum paternas virtutes æmulari, exprimere atque tueri: rariſſimum iis ſuas addere & quidem multas: quod de Timotheo tradit Nepos. Solent alioqui Ἡ ῥώων τίκτα πήμαλλα eſſe. Verum Timotheus animo ſibi propoſuit illud: Ἡμεῖς τ πατέρων μείζ' ἀμείνονες δ' χόμεθ' εἶναι. Juſtinus lib. 42. cap. 2. de Mithridate: *claritatem parentum æmulatione virtutis accenſus animi magnitudine ſupergreditur.* Gebhard. Adde Juvenalem Sat. 8. & Berneggeri Not. ad Juſtin. 29. 1.

4 *Diſertus.*] Cicero lib. 1. de Offic. *Africanus eloquentia cumulavit bellicam gloriam: quod idem fecit Timotheus Cononis filius, qui cum belli laude non inferior fuiſſet quam pater, ad eam laudem doctrinæ & ingenii gloriam adjecit.* Licet etiam ex Demoſth. Oratione ὡς ἐπ τ χερρονήσῳ, ſub extremum intelligere, Timotheum eloquentem fuiſſe: profert enim fragmentum quoddam ex ejus oratione ad populum habita, ſpiritus & acrimoniæ plenum. Poſtremo M. Tullius lib. 111. de Orat. ad Quint. Fr. ſcribit, Timotheum ab Iſocrate fuiſſe inſtitutum atque eruditum. *Longol. Lambinus.*

5 *Laborioſus.*] Φιλόπονος.

6 *Rei militaris peritus.*] Στρατηγικὸς, τ πολεμικῆς ἐμπειρος. Fuit præterea fortunatus ac felix: & vere ita cognomento dictus, ut teſtantur Plut. Suidas, Ælianus Var. hiſt. lib. 13. Interpr. Ariſtoph. ad illum locum χε. Τιμοθέᾳ δὲ πύργος. Καρ. ἐμπέζοι γέ σοι & item alibi. *Lambin.*

7 *Olynthios & Byzantios.*] Bello, opinor ſociali. Verum nullum hac de re verbum apud Diodorum, quod quidem meminerim: niſi quod lib. 16. ſcribit, bello ſociali, Chios, Rhodios, Byzantios, Coos, cæteros qui ab Athenienſibus defecerant, Imbrum & Lemnum, quæ erant Athenienſium, diruiſſe; agrum Samium populatos eſſe ac diripuiſſe; urbem Samum obſediſſe atque oppugnaſſe: Athenienſes vero ducibus Iphicrate, Charete, Timotheo Byzantium oppugnaſſe: quæ nihil ad hunc locum videntur pertinere. Veruntamen Timotheum adverſus Olynthios bellum geſſiſſe, vel ex Demoſthene cognoſcere licet, Olynthiaca 11. ibi: Ὅλως μὲν γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις τ ἀρχὴ, ἐν μὲ πρεσβυτήκης μέρει ἐστὶ τς ἐ σμικρῷ, οἷον ὑστερεῖ πού' ὑμῖν ἐπὶ Τιμοθέου πρὸς Ὀλυνθίους. *Idem.* De Olynthiis meminit Ariſtoteles, ſeu quiſquis eſt auctor lib. 11.

Oecono-

Byzantios bello ſubegit: Samum cepit, [1] in qua oppugnanda, ſuperiori bello Athenienſes mille & ducenta talenta conſumpſerant. Hanc ille ſine ulla publica impenſa populo reſtituit. [2] Adverſus Cotyn bella geſſit, [3] ab eoque mille & ducenta talenta prædæ in publicum detulit, [4] Cyzicum obſidione liberavit. [5] Ariobarzani ſimul cum Ageſilao auxilio profectus eſt: à quo quum [6] Laco pecuniam numeratam accepiſſet, [7] ille cives ſuos agro atque urbibus augeri

Oeconomicorum cap. 22. ut de Samo & Corcyra. Item Demoſthenes Olynth. II. ibidemque Ulpianus. Vide Vitas comparatas noſtras Olymp. CIV. anno I. extremo. *Schott.*

1 *In qua oppugnanda.*] Sic plerique edunt ad Samum, quæ ſequioris generis eſt, reſpectu habito. Scriptæ tamen membranæ, *in quo oppugnando* præferunt, pro quo bello. *Idem.*

2 *Adverſus Cotyn.*] Vel *Cotym*. Codex P. Dan. *Cotum*, Quomodo in Iphicrate. Sed hic fuit Paphlagonum Rex, ille Thracum, de quo ad Iphicratem dictum eſt.

3 *Ab eo mille & ducenta talenta prædæ in publicum detulit.*] Secus hodie noſtris moribus, quibus præda cedit ignaviſſimo cuique tribunorum aut centurionum: viliſſima quæque & iſtis Thraſonibus faſtidita militari turbæ relinquuntur. Cum bella non privata auctoritate, non privato ſumptu gerantur, cur belli fructum ad ſe privati rapiant? Sancta ergo & merito ſuſpicienda antiquitas, *quæ hunc ſtius bella geſſit, quam nunc amicitiæ coluntur.* Juſtin. lib. 15. c. 2. Prædam autem ac manubias ad publicum uſum, ornatum atque ſplendorem civitatem converterunt Priſci, atque inde ſacra atque profana monumenta exſtruxerunt. Diod. lib. XI. Ἀπὸ δὲ τούτων χρυσῶν ὁ Γέλων, ἐκ μὲν τῶν λαφύρων καλκοσπόδας ναὺς ἀξιολόγους Δήμητρος καὶ Κόρης. Frontin. de Aquæductibus: *Vetus Anio poſt annos XL. quam Appia producta eſt, anno ab U. C. quadringenteſimo octogeſimo primo, Manius Curius Dentatus, qui cenſuram cum L. Papirio Curſore geſſit, Anionis, qui nunc dicitur Vetus, aquam perducendam in urbem ex manubiis de Pyrrho captis curavit.* Sp. Carvilio & L. Papirio Coſſ. Cicero contra Rullum: *Si eſt æquum prædas ac manubias ſuas Imperatores non in monumenta Deorum immortalium, neque in urbis ornamenta conferre: ſed ad Decemviros tanquam Dominos reportare.* Gebhard. *Detulit.*] Ultraject. *retulit.* Schott.

4 *Cyzicum obſidione liberavit.*] Diodorus Siculus lib. 15. Τιμόθεος ὁ Ἀθηναίων στρατηγὸς, ἔχων δυνάμεις πεζικὰς τε, καὶ ναυτικὰς, Τυράνδου μὲν καὶ Ποτιδαίας πολιορκήσας εἶλε, Κυσικηνοῖς δὲ πολιορκουμένοις ἐβοήθησεν. *Lambin.* Cyzicus urbs antiqua in Myſia ad Propontidem juxta Ptolemæum & alios. In Græco eſt Κύζικος. Sed & *Cydicos* & *Quizicus* dicebant, pro *Cyzicos* vel *Cyzicus*; quæ *Chizico* hodie apud Sophianum. In antiquo numiſmate, quod Gordiani imperio circumfertur, hæc literarum formula: ΝΕΟΚΟΡΩΝ ΚΥΙΙΚΗΝΩΝ. Cujus vocis tertium elementum I pro Ξ non ſemel uſurpabant veteres: Quemadmodum in ΑΛΕΙΑΝΔΟΣ, & ſexcentis aliis. Quæ ſane ſcriptura Criticis non minimam occaſionem dedit, ut pro *Cyzicus, Cyxicus* inducerent. *Kenchen.*

5 *Ariobarzani.*] De quo infra ad Datamen.

6 *Laco.*] Ageſilaus. *Lamb. Mag.*

7 *Ille cives ſuos agro atque urbibus augeri maluit, quam id ſumere, cujus partem domum ſuam ferre poſſet.*] Boni viri eſt abſtinentes habere oculos & manus: boni vero civis, utilitatem atque incrementum civitatis potius quam privatum

augeri maluit, quam id ſumere, cujus partem domum ſuam ferre poſſet. Itaque accepit [1] Erichthonem & Seſtum. Idem claſſi præfectus [2] circumvehens Peloponneſum Laconicam populatus, claſſem eorum fugavit. [3] Corcyram ſub 2
imperium Athenienſium redegit, ſocioſque idem adjunxit [4] Epirotas, [5] Athamanas, Chaonas, omneſque eas gentes

tum ſpectare. Utrumque implevit præclare Timotheus; continuit manus à rapinis, auxit potius publicum, quam ſuam domum. Ejuſdem abſtinentiæ laudatur Curius ab auctore Viror. Illuſtr. cap. 33. *Cum interverſæ pecuniæ arguueretur, guttum ligneum, quo uti ad ſacrificia conſueverat, in medium protulit, juravitque ſe nihil amplius de præda hoſtili in domum ſuam convertiſſe.* Et Mummius cap. 60. *Mummius Corinthum ſignis tabuliſque ſpoliavit: quibus cum totam repleſſet Italiam, in domum ſuam nihil contulit.* Front. lib. 4. cap. 3. *L. Mummius qui Corintho capta non Italiam ſolum; ſed etiam provinciam tabulis ſtatuiſque exornavit, adeo ex tantis manubiis nihil in ſuum convertit, ut filiam ejus inopem Senatus ex publico dotaverit.* Cum autem heic aviditatis pecuniariæ aſpergere ſuſpicione Ageſilaum videatur, infra in vita abſolvit eundem. *Atque in hoc*, inquit, *illud in primis fuit admirabile, cum maxima munera ei ab regibus & dynaſtis civitatibuſque conferrentur, nihil unquam in domum ſuam contulit.* Gebhard.

1 *Erichthonem & Seſtum.*] Abrahamus Ortelius locum ſe ignorare fatetur, conjicitque Abydi ſynonymum. Lambino & Schotto heic aqua hæret, quorum hic penitus ſilentio deſperationis indice medicinam admovere inſuper habet: ille vero audacior *Erythinos* excogitat Paphlagoniæ urbem, vel *Cteſiphontem*. Laudo voluntatem, de ſucceſſu penes peritiores judicium eſto. P. Danielis excerpta habent, *Erithonem & Sextum*. mutata modo literula Gifanii Codex, *Crithonem*. Unde lego: *Itaque accepit Crithoten & Seſtum*. Eſt vero *Crithote* urbs Helleſponti in Cherſoneſo Thraciæ; quem & antehac Athenienſes Miltiadis comites, teſte Suida, incoluerunt. *Gebhard.* Seſtus ad Helleſpontum Abydo objecta, ſatis nota Leandri & Erus rumoribus atque interitu apud Muſæum, Naſonem & Melam Geographum. *Schott.*

2 *Circumvehens.*] Fruſtra viri docti corrigunt *circumiens*: Salmaſ. prol. ad Solin. *Kenchen.*

3 *Corcyram ſub imperium Athenienſium redegit.*] Xenophon lib. 5. de reb. Græc. Ὁ μὲντοι Τιμόθεος Κέρκυραν μὲν δίθυς ὑφ' ἑαυτῷ ἐποιήσατο. Vide ſequentia. Aliter tamen Diodor. lib. 15. Confer cum Probo & Xenophonte Æſchinem in Oration. χ Κτησιφ.

4 *Epirotas, Athamanas, Chaonas.*] Lambinus auctoritate Diodori *Acarnanas* ſubſtituendum loco *Athamanas* exiſtimat, qui lib. 15. Τὰς χ πλὴν Ἀκαρνανίων πόλεις à Timotheo perductas enumerat ad Athenienſium ſocietatem. De ſententia illius non amplius contendam; ſaltem hoc nunc agam, ut Latiniſſimam & antiquiſſimam γραφὴν ſignificem. *Athamanas, Chaonas, ἀρχαϊκῶς* dixit, pro *Athamanes, Chaones*. Ut in Epaminonda *Arcadas* pro *Arcades*. De quibus Chariſ. lib. 1. *Kenchen. Epirotas.*] Qui primo Pyrrhidæ dicebantur. *Juſtin.* Epirus regio Græciæ verſus Adriaticum mare. Ptolemæo eſt Ἤπειρος, unde Stephanus per H ſcribit Ἧπειρος. In nummis antiquis eſt ΑΠΕΙΡΟΣ. Olim in varias gentes diviſa fuit, de quibus lege Ubb. Emmium in Illuſtr. Græcia.

5 *Athamanas.*] Codex P. Danielis, *Athamattas*. Edit. Jenſonica *Athamanties*. Sed videtur legendum, *Acarnanas*, ex Diodoro lib. 15. Καὶ τὰς χ πλὴν Κ-

tes [1]quæ mare illud adjacent. Quo facto Lacedæmonii de diutina contentione deſtiterunt, [2] & ſua ſponte Athenienſibus imperii maritimi principatum conceſſerunt, [3] pacemque his legibus conſtituerunt; ut Athenienſes mari duces eſſent. Quæ victoria tantæ fuit Atticis lætitiæ, ut tum primum [4] aræ paci publicæ ſint factæ, [5] eique deæ pulvinar ſit inſtitutum. Cujus laudis ut memoria maneret, [6] Timotheo publice ſtatuam in foro poſuerunt: qui honos huic uni ante hoc tempus contigit; ut quum patri populus ſtatuam poſuiſſet, filio quoque daret. Sic juxta poſita

καρνανίαν πόλις ὁμοίως Ἀκαρνᾶνες πρὸς Ἀθηναίους. Sunt autem Acarnanes populi ad Acheloum ſiti. *Lambin.* Quod contra Magium.

1 *Quæ mare illud adjacent.*] Dictum antique, pro, *quæ mari illi adjacent*; ſeu *ad mare illud adjacent.* Nam veteres non fere præpoſitiones iterabant, ut *adigere arbitrum*, apud Ciceronem; *propugnare magis*, apud Horat. Epiſt. lib. 1. Sic in Ageſilao: *Et homines ſuis rebus abalienaret.* Sic apud Homer. Iliad. π. Τῷ δ' ἀρ' Αὐτομέδων ὑπασπὶς ζυγὸν ὠκέας ἵππους, pro ἵππαις ζυγὸν ὑπὸ ἵππους. Mox tamen contra præpoſitio iteratur. Ibi: *de diutina contentione deſtiterunt.* Lambin. *Quæ mare illud adjacent.*] Vide Giſanium Colle&an. Lucretianis in *adjacere.* Male autem in Excerpt. *adjacunt.* Keuchen.

2 *Et ſua ſponte Athenienſibus imperii maritimi principatum conceſſerunt.*] Intelligit θαλάττης ἐπικράτειαν, quam per vices obtinuerunt Athenienſes cum Lacedæmoniis. Iſtum principatum autem poſt diutinam contentionem receperunt Athenienſes, & per CXXV. annos obtinuerunt. Inter cætera commoda, quæ ἡ θαλαττοκρατία adferebat, fuit hæc, ὅτι ὄψον εἰσαγεῖν, ut dicitur ab Antiphane apud Athenæum lib. 8. ſive, quod ex ſubjectis inſulis piſces Athenas importabantur. *Idem.*

3 *Pacemque his legibus conſtituerunt.*] De hoc fœdere Laced. cum Athenienſibus Demoſthenes Orat. περὶ Στεφάνου. *Schott.*

4 *Aræ paci publicæ.*] Nam ethnici πάνια θεοποιοῦσι, præſertim τὰ νοητά, virtutes, vitia. *Boecler.* Atqui Plutarchus in Cimone tradit, aras pacis eſſe poſitas poſt victoriam illam Cimonis ad Eurymedontem partam contra Perſas: quam pax illa omni ſermone celebrata (θεὸν τῶν appellat Plutarchus & Demoſth. Orat. περὶ Διαπρεσβ. contra Æſchinem, τῶν ὑπὲρ πάντων θρυλλουμένων) conſecuta eſt. Sic Plutarchus: Φασὶ δέ τὸν βωμὸν εἰρώνης διὰ ταῦτα τὸν Ἀθηναίους ἱδρύσασθαι. *Publicæ* autem edidimus, Codices Baſilienſes & Colonienſes ſecuti; non reclamaturi, ſi quis *publice* reponi malit, quomodo habent exempla Veneta & Florentina. *Lambin.*

5 *Eique Deæ pulvinar ſit inſtitutum.*] Lectiſternia Romanorum ex Livio aliiſque nota: Græcos idem factitaſſe, primi fortaſſe nos obſervamus. Pauſanias Arcadicis: Κλίνη τε ἱερὰ Ἀθηνᾶς, καὶ αὐτῆς εἰκών. γραφῆς μεμιμημένης ἀνάκειται. In Phocicis de templo quodam Æſculapii: Κλίνη δὲ ἐν δεξιᾷ κεῖται Ὑγιείας ἀγάλματος. *Caſaub.* Unde in Gloſſis *pulvinar* exponitur Καθίδρυμα, Στρωμνὴ θεᾶς. Valer. Max. lib. 3. cap. 7. *Jovis Opt. Max. pulvinaria.* Keuchen.

6 *Timotheo publice ſtatuam in foro poſuerunt.*] Vide Æſchinem Κτησιφ. Eam ſtatuam numerat Pauſanias inter illas, quæ in arce Minervæ poſitæ ſunt: Ἐνταῦθα καὶ Τιμόθεος ὁ Κόνωνος, καὶ αὐτὸς κεῖται ὁ Κόνων. Vide Joan. Meurſii Cecropiam cap. 13.

1 *Reno-*

poſita recens filii, veterem patris [1] renovavit memoriam. Hic quum eſſet [2] magno natu, & magiſtratus gerere deſiſ- 3
ſet: bello Athenienſes undique premi ſunt cœpti. [3] Defecerat Samus; deſcierat Helleſpontus; Philippus [4] jam tunc valens Macedo, multa moliebatur: [5] cui oppoſitus Chares quum eſſet, non ſatis in eo præſidii putabatur. [6] Fit Meneſtheus prætor, [7] filius Iphicratis, gener Timothei, [8] & ut ad bellum proficiſcatur, decernitur. [9] Huic in conſilium

1 *Renovavit memoriam.*] In aliis Codicibus legitur *memoria*. Sed verba illa, recens filii, ſcilicet ſtatua, veterem patris ſtatuam, non memoriam ſtatim reſpiciunt, ut ſtatua ſtatuam renovet, ſed tamen mox memoriam inſtauret. *Mag.*

2 *Magno natu.*] Pro *magnus natu*. Sic in Datame & Ageſilao. Id eſt Senex. in Pauſania. *Grandis natu* ſenex dictus fuit à veteribus. Donatus Adelph. 4. ſc. 5. idem in Phormione act. 2. ſcen. 3. *Savaro.*

3 *Defecerat Samus.*] Hinc Orator aliquis eam ἀποῤῥῶγα τῆς πόλεως vocavit; quaſi avulſam partem à corpore ſuo Athenis. *Keuchen.*

4 *Jam tunc valens.*] Methonam ceperat, Pydnam, Potidæam, Pagaſas, Thraciæ urbeis aliquot. *Lambin.*

5 *Cui oppoſitus Chares quum eſſet.*] Merito in eo non ſatis eſſe præſidii putabatur, quia (ut refert Athenæus lib. 12. cap. 15. ex Theopompi hiſtoriarum libro 45.) ſegnis erat, ac tardus, deliciiſque affluebat. Sed cur (dixerit Lector) dux ab Athenienſibus, qui talem noverant, delectus fuit? Reſpondeo; Quod eum ex cauſis duce nihilominus indignis, præter cæteros cives diligerent: Quod ipſum & Probus ſupra in Chabria innuit his verbis: *Diſſimilis quidem*, inquit, *Chares horum & factis & moribus; ſed tamen Athenis & honoratus & potens.* Qua ex cauſa huic fuerit imperium abrogatum, in ejuſque locum ſuffectus Phocion, ſcriptum Plutarchus reliquit in apophthegm. Phocionis, & in ejuſdem Phocionis vita. Quantum vero attinet ad cauſam, cur Prætor crearetur Chares, homo militiæ ineptus, ſic loquitur Plutarchus in Phocione: *Charetem itaque populus non tam ſuo merito, quam Oratorum ambitione & ſtudiis partium, huic expeditioni præficiunt.* Mag.

6 *Fit Meneſtheus Prætor.*] Sic plerique omnes τετυλλάβως edunt & ſupra in Iphicrate. Duabus vero ſyllabis *Meneſtheus* Ultrajectinus, Longolius & Magius. Quomodo & in Marone 4. Æn. v. 288.

Meneſtheaque Sergeſtumque vocat.——

Et alibi ſæpius. *Schott.*

7 *Filius Iphicratis.*] Mſſ. *filius Hippocratis.* Ita infra ſemper. *Boecler.* Corrupte. Nepos in Iphicrate: *Meneſtheus filium reliquit ex Threſſa natum.*

8 *Et ut ad bellum.*] Elegantius Mſſ. Boecleri *& ad bellum.* Sic ſolet Nepos.

9 *Huic in conſilium dantur duo uſu & ſapientia præſtantes.*] Nullo ſeculo à præfecturis bellicis atque ducatibus adoleſcentes excluſos eſſe video; ſed crebro potius junioribus rei militaris ſummam fuiſſe commiſſam; quandoquidem non tam ductu quam auſpicio res magnæ geruntur: additis prudentia atque experientia gravibus legatis ſeu rectoribus, reperio. Juſtinus 29. 1. 8. *His regibus pueris, etſi nulli ſeniorис ætatis rectores erant.* de Fabio Rulliano, qui legatus ire Fabio ad bellum difficile & periculoſum conficiendum gravatus eſt, *pene ipſo duntaxat animo ſine corpore militaturus*, Valer. 5, 7. 1. Cæſar. 7, 76. *Comio Atrebati, Viridomaro & Eporedorig Æduis, Vergaſillaune Arverno conſobrino Vercingetorigis*

lium dantur duo, uſu & ſapientia præſtantes,[1] quorum conſilio uteretur,[2] pater & ſocer: quod in his tanta erat auctoritas, ut magna ſpes eſſet, per eos[3] amiſſa poſſe recuperari.[4] Hi quum Samum profecti eſſent, & eodem Chares eorum adventu cognito, cum ſuis copiis proficiſceretur,[5] ne quid abſente ſe geſtum videretur: accidit quum ad inſulam appropinquarent, ut[6] magna tempeſtas oriretur: quam evitare duo veteres imperatores utile arbitrati,[7] ſuam claſſem ſuppreſſerunt. At[8] ille temeraria uſus ratione, non ceſſit majorum natu auctoritati,[9] &, ut in ſua navi

getorigis, ſumma imperii traditur: iis delecti ex civitatibus attribuuntur, quorum conſilio bellum adminiſtraretur. De Ælio Sejano Prætorii præfecto Druſo filio rectore à Tiberio dato. Tacit. 1. an. 24. 3. Diodor. l. 16. Καλαλιπὼν τὴν φωκέων στρατηγὸν φάλαικον ἢ Ὀνομάρχου υἱὸν τὸν ἱερὸν πόλεμον ἐκκαύσαντα, ἀντὶ παιδὸς τιμὴν ἀλικίαν ὄντα. Δημοκτίσην δὲ αὐτῷ ἐπίτροπον ἅμα καὶ στρατηγὸν Μυασίων, ἵνα τὴν ἑαυτοῦ φίλων. Tales autem qui imperitioribus & junioribus adjunguntur, Marius apud Salluſtium *Monitores* appellat. *Scilicet*, inquit, *ut in tanta re ignarus omnium trepidet, feſtinet, ſumat aliquem ex populo ſui officii monitorem.* Item *Cuſtodes* Cicero: *Ad militiam euntibus dari ſolebant cuſtodes, quibus primo anno regerentur.* Gebh.

1 *Quorum conſilio uteretur.*] Quid ſi legeremus *auxilio* quod Mſ. liber fere jubet, *Auxilium* enim interdum ſignificat conſenſum ac ſuffragium. Quod Juriſc. filii non ignorant. *Ernſt.* Quod ſi retineamus *conſilio* tamen non opus eſt cum Schioppio (in paradox. liter. epiſt. 5.) Gloſſema hæc verba dicamus, nam exegeſis ſive interpretatio erit.

2 *Pater & ſocer.*] Iphicrates & Timotheus.

3 *Amiſſa poſſe recuperari.*] In Attico; *Ut eodem nuncio Saufejus fieret certior, ſe patrimonium amiſiſſe & recuperaſſe.* Cæſar lib. 7. Comm. cap. 15. *Quod ſe prope explorata victoria, celeriter amiſſa recuperaturos confidebant.* Curt. libro 4. cap. 13. *Perpulit ne dubitarent ex urbe erumpere & res amiſſas recuperare.* Juſtin. l. 25. *Tantus terror Gallici nominis, ſive invicta armorum felicitas erat, ut aliter neque majeſtatem ſuam tutam, neque amiſſam recuperare ſe poſſe ſine Gallica virtute arbitrarentur.* Gebhard.

4 *Hi quum Samum profecti eſſent.*] Diodor. Sicul. 15. non Meneſtheum cum Iphicrate & Timotheo, claſſi præfuiſſe, ſed Iphicratem & Charetem: neque illos Samum, ſed Byzantium oppugnaſſe tradit, niſi forte, quæ ibi narrat Diodorus alio tempore geſta ſunt. *Lambin.*

5 *Ne quid abſente ſe geſtum videretur.*] Ingenium ambitioſi ducis. Tale in Pharnabazo exhibet Diodorus lib. 15. in Fabio Valente Tacit. 11. Hiſt. 24. *Gebh.*

6 *Magna tempeſtas.*] Diodor. l. 15. Τῶν περὶ Ἰφικράτην καὶ Τιμόθεον ἀναπεμπόντων εἰς τὸ μέγαθος τὴν κλύδωνα. *Gebhard.* Similem notat in obſidione Byzantina, eodem libro.

7 *Suam claſſem ſuppreſſerunt.*] A curſu ac progreſſu continuerunt. Codex Burgenſis, teſte Magio, *repreſſerunt.* Et ita loquitur M. Tullius Attico: *Dubitavit noſtrûm nemo, quin Cæſar itinera repreſſiſſet.* Gebhard.

8 *Ille temeraria uſus ratione.*] Temerarie egit. Diodor. lib. 16. Τῆς τοῦ Χάρητος ὀργῆς φύσιν βλωμένης ναυμαχίαν. *Idem.*

9 *Et ut in ſua navi eſſet fortuna, quo contenderat, pervenit.*] Fortuna in navis

navi eſſet fortuna, [1]quo contenderat, pervenit, eodemque ut ſequerentur, ad Timotheum & Iphicratem nuncium miſit. Hinc male re geſta, [2] compluribus amiſſis navibus, eodem, unde erat profectus ſe recepit, [3] literaſque Athenas publice miſit, ſibi proclive fuiſſe Samum capere, niſi à Timotheo & Iphicrate deſertus eſſet. [4] Ob eam rem in crimen

prora effigiata aut picta, cui ſeſe mancipabat. Eſtq; *Tutela* δημου ἡ πολις, quæ navigio nomen imponebat. Lucianus Navig. τῳ ἐπώνυμον τὸ νεῶς ἔχειν τῳ Γοῳ. *Keuch.* Lambinus, *ut ſi in ſua mann eſſet fortuna.* Piccartus noſter Periculorum Critic. lib. ſingulari cap. 10. *& ut ſi ſua navi eſſet fortuna*, legit. Quod approbat Schottus duabus de cauſis. 1. quod Fortunam in navium proris collocarint. 2 quod Timotheum eo fortunatum fuiſſe Ulpian. in Olynth. 11. Demoſthenis referat, ut dormiens pingeretur reti urbes captans, addita muliere Fortunæ titulo. Sed hæc mihi ſcrupulum non eximunt, quoniam video hæc omnia non magis referri poſſe ad Timotheum, quam ad Iphicratem aut Meneſthea. Si habuit Fortunam in navis prora; cur opinaretur ſe habere? Siquidem opinio rebus certis & in ſenſus incurrentibus non bene applicatur: ſed notitia, ſed ſcientia. Deinde quare impingatur Timotheo, quod temerarie Chares deliquit? ille ut vetus & talium caſuum providus cum Iphicrate claſſem cohibuit, ne fieret obnoxia tempeſtati ac diſcrimini maris: At hic temeraria ratione progreſſus eſt, quaſi eventum & ſucceſſum haberet in poteſtate; quaſi fortunæ imperare poſſet, ut pro arbitrio ipſius conata ſecundaret. *Gebhard.* Rem tangit Alexander ab Alexandro libro 1. Gen. Dier. cap. 13.

1 *Quo contenderat, pervenit.*] Totidem verbis in Datame.

2 *Compluribus amiſſis navibus.*] Quum ingenti orta procella & invita natura mari pugnare conatus eſſet, plures naves amiſit, uti refert Diodorus lib. 16. Polybius lib. 1. Hiſt. p. m. 38. 39. de Romanis etiam prodit, quod tenaces propoſiti plerumque terra vicerint hoſtem vel æqualibus viribus & animis, vel his majoribus. At quoties contra mare aut cœlum projecta quadam audacia pugnarint, ſuaque illa vi abrupta vincere ſaregerint, in magnas calamitates incidiſſe. Idem experturos in poſterum, donec audaciam hanc & violentiam correxerint, per quam omni tempore maria terraſque ſibi pervias eſſe debere autumant. Simile arrogantis temeritatis exemplum in Auguſto notat Sueton. capite 6. *Alii dictum factumque ejus criminantur, quaſi claſſibus tempeſtate perditis exclamaverit, etiam invito Neptuno victoriam ſe adepturum.* Loccen.

3 *Literaſque Athenas publice miſit.*] Ingenium talium depingere non melius novi quam verbis Curtii lib. 4. cap. 28. *Tantæ molis vix ulla veſtigia invenit, ab Arabia rediens Alexander. Hic (quod in adverſis rebus ſolet fieri) alius in alium culpam referebant, quum omnes verius de ſævitia maris quæri poſſent.* Diodorus libro 16. Ὁ μὲν Χάρης ὑπομαρτυρόμενος τοῖς στρατιώτας διὰ τὰς συμφορὰς ὡς ἀφροδότας, καὶ πρὸς τὸ δῆμον ἔγραφε περὶ αὐτῶν, ὡς ἐγκαλελοιπότων τὴν ναυμαχίαν. *Gebhard.*

4 *Ob eam rem, &c.*] Mſſ. Dan. Leid. Boecl. & aliquot edd. vett. hunc locum ita exhibent: *Populus acer, ſuſp. ob eamque rem mobilis, adverſus inv. & pot. in crimen vocabantur*, (editi *vocabatur*) *domum rev. acc. pr.* corrupte, judice Cl. Boeclero, ſed unde fors non incommoda lectio prodire poſſit. Magius tentabat: *populus &c. ad crimen vocabatur*, hoc eſt ad obtrectationem vel accuſationem invitabatur ac excitabatur. Cri-

crimen vocabantur. Populus acer, ſuſpicax, mobilis, [1] adverſarius, invidus etiam potentiæ, domum revocat: accuſantur proditionis. Hoc judicio [2] damnatur Timotheus, liſque ejus æſtimatur centum talentis. Ille odio ingratæ civitatis coactus, [3] Chalcidem ſe contulit. Hujus poſt mortem, quum populum judicii ſui pœniteret, multæ novem partes detraxit, & decem talenta Cononem filium ejus ad muri quandam partem reficiendam juſſit dare. In quo [4] fortunæ varietas eſt animadverſa. Nam quos avus Conon muros ex hoſtium præda patriæ reſtituerat, eoſdem nepos cum ſumma ignominia familiæ, ex ſua re familiari reficere coactus eſt. Timothei autem moderatæ ſapientiſque vitæ quum pleraque poſſimus proferre teſtimonia, uno erimus contenti, quod ex eo facile conjici poterit quam charus ſuis fuerit. Quum Athenis adoleſcentulus cauſam diceret, non ſolum amici privatique hoſpites

men pro criminatione, ut apud Cic. pro Cœl. *quod omnium accuſatorum non criminibus, ſed vocibus maledictiſque celebratum eſt.* In Burgenſi tamen codice ait fuiſſe *in crimen vocabant.* Lamb. cum Puteano una vocula addita leg. *adverſarius, invidus etiam potentiæ, quæ in crimen vocabatur, dom. rev.* Tentabam: *invidus (etiam potentia in crimen vocabatur) domum rev.* Sed, ut ingenue fatear, mihi, veteri formulæ, Non liquet.

1 *Averſarius.*] Hac voce notatur τὸ φιλαίτιον, ſive adverſandi premendique ſuperiores libido. *Boeclerus.* Vide Plut. præcept. polit.

2 *Damnatur Timotheus.*] Abſolvitur Iphicrates, ut ſupra cognovimus in Iphicrate. *Lambin. Mag. Savaro.*

3 *Chalcidem ſe contulit.*] Urbem Eubœæ ad Euripum. Generoſas mentes, & quibus meritorum ſuorum in cives ratio bene conſtat, par eſt ingrati animi vitio tetrius offendi, ut voluntario exceſſu nonnunquam, crebrius feceſſu denegare ſe indignis cogitent. Timoleon adeo eſt commotus, ut nonnunquam vitæ finem facere voluerit, atque ex ingratorum hominum conſpectu morte decedere. P. Cornel. Scipio Africanus in voluntarium exſilium Linternum conceſſit, ubi reliquam egit ætatem. Vici ignobilis ac deſertæ paludis accola. Qui moriens uxori præcepit, ne corpus ſuum Romam referretur. *Ingrata*, addens, *Patria cineres non habebis meos.* Vide Val. Maximum lib. 5. cap. 3. 2.

4 *Fortunæ varietas.*] In Attico: *Tanta varietas his temporibus fuit fortunæ.* Nam libenter comparo has cum illa vita, ut appareat cui vis eamdem dictionis eſſe indolem, ac proinde unum eundemque & harum & illius Vitarum Scriptorem. Loqui autem eodem modo animadverto. Curt. lib. 4. cap. 41. *Urbs & vetuſtate originis & crebra fortunæ varietate ad memoriam poſteritatis inſignis.* Cicero de Divinat. *Varietas eſt propria fortunæ.* Idem ad Luceium: *Nihil aptius eſt ad delectationem lectoris, quam temporum varietates fortunæque viciſſitudines.* Val. Max. lib. 6. cap. 9. 8. *Portus ipſos, ſi quis modo mutis rebus ineſt ſenſus, tantum in eodem homine varietatem ſtatus admiratos arbitror.* Gebhard.

1 Jaſon

tes ad eum defendendum convenerunt, ſed etiam in eis [1] Jaſon tyrannus, qui illo tempore fuit omnium potentiſſimus. Hic quum in patria [2] ſine ſatellitibus ſe tutum non arbitraretur, Athenas [3] ſine ullo præſidio venit: tantique hoſpitem fecit, ut mallet ſe capitis periculum adire, quam Timotheo de fama dimicanti deeſſe. Hunc adverſus tamen, Timotheus poſtea populi juſſu bellum geſſit, [4] patriæque ſanctiora jura quam hoſpitii eſſe duxit. [5] Hæc extrema fuit ætas imperatorum Athenienſium, Iphicratis, Chabriæ, Timothei. Neque poſt illorum obitum quiſquam dux in illa urbe fuit dignus memoria.

1 *Jaſon tyrannus.*] Inſulciunt alii *Theſſalorum*, alii *Theſſaliæ*. Gebhard. Quod Longolius ex Plutarcho addidit, contra Mſſ. Codicum omnium fidem. *Magius.* In aliis libris eſt corrupte *Laſon* pro *Iaſon*. Sunt qui *Iaſo* legunt, quemadmodum alibi *Lacon* & *Laco*. Quod Græcum eſt Ἰάσων, Jaſo, ſic Πλάτων, Plato, Ζήνων, Zeno, & alia ſexcenta. Meminerunt ejus plurimi veterum; Xenophon, Diodor. Plutarch. Iſocrates, Polyænus & alii. *Keuch.*

2 *Sine ſatellitibus.*] Ἄνευ δορυφόρων καὶ σωματοφυλάκων. ſine ſtipatoribus haſtatis & corporis cuſtodibus. *Lambinus.*

3 *Sine ullo præſidio.*] Quod tueretur contra obviam vim. Datame; *ad quem eum veniſſet ſine præſidio, quod ab amico nullas vereretur inſidias, pene interiit.* Atticos; *Ac ne quod periculum incideret, quod noctu fiebat, præſidium ei miſit.* Tacit. de moribus German. cap. 13. *Hæc dignitas, hæ vires magno ſemper electorum juvenum globo circumdari in pace decus, in bello præſidium.* Germani peregrino vocabulo *Gonoy* appellamus. Græci ἀκροφυλακὴν. Curt. lib. 3. cap. 2. *Pecuniam regis ſexcenti muli & trecenti Cameli vehebant; præſidio ſagittariorum proſequente.* Tacit. 1. Annal. cap. 39. *Attonitaque magis quam quieta concione legatos præſidio auxiliarium Equitum dimittit.* Salluſt. Jugurtha: *Se à Patre Boccho obviam illis ſimul & præſidio miſſum.* Gebhard.

4 *Patriæque ſanctiora jura quam hoſpitii.*] Sic Demoſt. (ut & ait Æſchines Orat. περὶ παραπρεσβ. hoc ei maledicti loco objiciens) dixit, ſe anteponere ſalutem civitatis hoſpitali menſæ. Æſchinis verba ſunt hæc: ἔφησθα γὰρ τὰς τῆς πόλεως ἅλας πρὸς πλείονος ποιήσασθαι τῆς ξενικῆς τραπέζης. *Idem.*

5 *Hæc extrema fuit ætas Imperatorum Athenienſium.*] Sic fere Diodorus l. 15. de Epaminonda loquens: Κατὰ μὲν γὰρ τοῦτο τὸν χρόνον, γεγόνασιν ἄνδρες ἐπιφανεῖς, Πελοπίδας τε Θηβαῖος, ἔτι δὲ καὶ Τιμόθεος, καὶ Κόνων, καὶ Χαβρίας, καὶ Ἰφικράτης Ἀθηναῖοι. πρὸς δὲ τούτοις Ἀγησίλαος ὁ Σπαρτιάτης βοηθῶν τοῖς χρόνοις πρότερον. *Lambin.*

[1]DATAMES.

XIV.

1 [2]VENIO nunc ad fortiſſimum virum, maximique conſilii omnium barbarorum, exceptis duobus Carthaginienſibus Hamilcare & Hannibale. [3]De quo hoc plura referemus, quod & [4]obſcuriora ſunt ejus geſta pleraque, & ea quæ proſpere ei ceſſerunt, non magnitudine copiarum, ſed conſilii, [5]quo tantum non omnes ſuperabat, acciderunt. Quorum niſi ratio explicata fuerit, res apparere non poterunt. Datames patre Camiſſare, natione Care, matre Scythiſſa natus, primum militum numero fuit apud Artaxerxem eorum, qui regiam tuebantur. Pater ejus Camiſſares, quod & [6]manu fortis, & bello ſtrenuus, & regi multis locis fidelis erat repertus, [8]habuit provinciam Ciliciæ [8]juxta Cappadociam, quam incolunt Leuco-

1 *Datames.*] De hoc Diodor. lib. 15. Polyæn. lib. 7. Frontinus 2. 7. *Savaro.*

2 *Venio nunc ad fortiſſimum virum.*] Hanc totam tranſitionem veteres membranæ Timotheo adnectunt, omneſque adeo editiones præter Lambinianam; idque rectius Tranquilli more, aliorumque; & ipſius adeo Nepotis ſeu Probi, qui à patria, parentibuſque vitam cujuſque auſpicatur. *Schott.* Gebhardus inde auſpicatur vitam Datamis: *de quo hoc plura referemus*, Ceteri vero hinc: *Datames patre Camiſſare.*

3 *De quo hoc plura referemus.*] Rationem addit Lambin. hanc; quia pauca tantum de Heroë hoc leguntur apud Diodorum Siculum, Polyænum, & Frontinum. Quibus Barthius LII. Adverſ. XIV. annumerat Æneam Tacticum à Cauſabono editum. Longolius putavit præter *Frontinum*, neminem Datamis facere mentionem. Magius & Savaron addunt *Polyænum.* Beyerlingio vero quid venerit in mentem, quando in *perfidia* citat Plutarchum *in Datami*, ego profecto neſcio. *Ernſt.* In MS. Dan. fuit: *De hoc plura feremus.*

4 *Obſcuriora ſunt ejus geſta pleraque.*] Vide ad hunc locum Caſp. Barthium lib. 52. cap. 14. Adverſ.

5 *Quo tantum non omnes ſuperabat.*] Correctio Cl. Tevenini cui plauſum utraque manu dat Lambinus. alias editum fuerat, *quo tamen omnes ſuperabat.* Sed Cl. Barthius Adv. lib. LII. cap. 14. ſuſpicatur legendum; *quo tandem omnes ſuperarit.* Gebhard.

6 *Manu fortis.*] In Pauſania: *& manu fortis & conſilii plenus.* Epaminonda: *peritus belli, fortis manu.* Timoleone: *Nam & manu fortis & belli peritus fuit.* Savaro.

7 *Habuit provinciam Ciliciæ.*] Potius dixiſſet *provinciam* Nepos. Et ſi Ciliciam habuit provinciam, cur ſitum addit & nomen populi, quem regere juſſus Camiſſares? Quare legendum: *Habuit provinciam partem Ciliciæ.* Gebh. Schott.

8 *Juxta Cappadociam, quam incolunt Leucoſyri.*] Unde apud Geographos Λευκοσυρία

Leucoſyri. [1] Datames militare munus fungens primum, qualis eſſet [2] aperuit bello, quod rex [3] adverſus Caduſios geſſit. [4] Namque hic multis millibus interfectis, magni fuit ejus opera. Quo factum eſt, ut quum in eo bello cecidiſſet Camiſſares, [5] paterna ei traderetur provincia. Pari [2] ſe virtute poſtea præbuit, quum [6] Autophradates juſſu regis bello perſequeretur [7] eos, qui defecerant. Namque ejus

κοσυρία vocatur illa Cappadocia. Videndus Strabo ac Dionyſ. Halicarnaſſeus. Sane in Herodoti 1. Muſa Cappadoces à Græcis Σύροι nominantur, quorum regionem *Aſſyriam* cognominabat olim Dionyſius Alexandrinus. Et antiquus Orpheus in Argonaut. *Aſſyrios* vocat Leucoſyriæ incolas, quæ pars Cappadociæ circa oſtia Thermodoontis. Adi Plinium lib. 6. 3. *Keuchen.*

1 *Datames militare munus fungens.*] Quomodo antiqui Comici loquebantur. Plautus non ſemel: *Nam parasitus octo hominum munia facile fungitur.* Lucil.

Lælius pauperum ait ſe ingentia munia fungi.

Plura ex Nonio congeſſit *Lambinus.*

2 *Aperuit.*] Sic Schedæ noſtræ rectius. itaque Ultraject. editum. Vulgo *apparuit.* Schott.

3 *Adverſus Caduſios.*] Corrupte *Gadusios*, Codex antiquus P. Danielis. Caduſii, ἔθνος μυσαξὺ τῆς Κασπίας θαλάσσης κ) Ϯ Πόντυ. Vide Stephanum de Urbibus. In Ptolemæo ſunt Mediæ populi ad Caſpium mare, ubi & Caduſiorum vallum. Nec ambigo, quin hi fuerint iidem cum Caduſenis, apud Procopium lib. 1. Perſ. Sigonius Cadduſios ſcribendum voluit, quos Græci *Cadusios* vocant, alii Gelas.

4 *Namque hic multis millibus hominum.*] Neſcio unde prorepſerit hæc lectio. Longolianæ monetæ illa eſt. *Namque hic multis millibus hoſtium, regiorum quoque non paucis interfectis.* quam ferme ſequitur Lambinus. At ſi non pauci regiorum militum cæſi ſunt; Cadmæa ſtetit victoria & varie Datami opera jactatur. Quocirca invehenda lectio v. Cod. *Multis millibus interfectis magni fuit ejus opera.* Magnam Caduſii ſtragem Datamis opera exceperunt; exinde magnam gratiam atque auctoritatem ſibi comparavit. *Gebhardus.*

5 *Paterna ei traderetur provincia.*] Cappadocia. Nam Diodorus libro 15. ſcribit, Datamen Cappadociæ Satrapem fuiſſe. Sic ille: Ἀρταβάζῳ δὲ Ϯ βασιλέως γραλησῷ μετὰ πολλῆς δωρεάσεως ἐμβαλόντῳ εἰς τὴν Καππαδοκίαν, ὁ μὲν ταύτης τῆς χώρας σατράπης Δατάμης ἀντεστράτευσεν αὐτῷ. Sed Probus ſupra Camiſſarem patrem Datamis provinciæ Ciliciæ præfuiſſe dicit. *Lamb. Paterna ei traderetur provincia.*] Majorum ac parentum memoria gratiaque multi ea conſequuntur, ad quæ cæteroqui per indignitatem ſuam adſpirare non auderent. Tacit. 3. Hiſtor. cap. 86. de Vitellio *Conſulatum, ſacerdotia, nomen locumque inter primores, nulla ſui induſtria, ſed cuncta Patris claritudine adeptus.* Factum hoc omni ævo & in omni gente. De Germanis Tacit. capite 13. *Inſignis Nobilitas, aut magna Patrum merita Principis dignationem etiam adoleſcentulis aſſignant.* Datames autem non ſolum paternis incubuit meritis; ſed ſuam induſtriam atque virtutem adjunxerat.

6 *Autophradates.*] Cod. P. Danielis *Autophrodates.* Longol. *Androphrodates.* Sed emendandum *Antophrodates:* Quomodo apud Frontin. legitur lib. 1. Stratag. 4. Fuit hic Lydiæ ſatrapes, de quo Diodorus 15. hanc ipſam hiſtoriam narrans diverſis circumſtantiis.

7 *Eos, qui defecerant.*] Lycios, Piſi-

ejus opera hoſtes, quum caſtra jam intraſſent, profligati ſunt, exercituſque reliquus conſervatus regis eſt. Qua ex re majoribus rebus præeſſe cœpit. [1] Erat eo tempore Thyus, [2] dynaſtes Paphlagoniæ, antiquo genere natus, [3] à Pylæmene illo, quem Homerus Troico bello [4] à Patroclo interfectum ait. [5] Is regi dicto audiens non erat:

das, Pamphilios, Cilices, Syros, Phœnices, & propemodum omneis maritimos populos, ut inquit Diodorus 15. Sed, quod dicit Probus, Autophradatem juſſum eſſe à Rege, eos bello perſequi, qui ab ipſo defecerant, Diodorus eo, quem indicavi, libro tradit, Autophradatem unum fuiſſe ex iis, qui à Rege Perſarum defecerant. Hos enim enumerat, Ariobarzanem Phrygiæ ſatrapem, qui & Mithridate mortuo, ejus regni compos & dominus factus erat; Mauſolum Cariæ dynaſten, multorumque locorum munitorum atque urbium dominatum obtinentem, quorum princeps & regia erat Halicarnaſſus: Orontem Myſiæ Satrapen, Autophradatem Lydiæ: ex Ionibus autem Lycios, Piſidas, Pamphilios, &c. ſupra enumeratos. Atqui hi, qui à Rege Perſarum defecerant, Orontem ſummæ imperii præfecerunt, eumque imperatorem ac ducem totius exercitus delegarunt. Hic autem imperium adeptus, ſtipendioque vicies mille militum annuo accepto, eos, qui ſe ei crediderant, prodidit; & majorum præmiorum ſpe ductus, cum Rege Perſarum ſeſe conjunxit. Hæc fere Diodorus lib. xv. ab Æmilio Probo in eo maxime diſcrepans, quod Autophradatem in iis, qui à Rege Perſarum defecerant, numeret. *Lambin.*

1 *Erat eo tempore Thyus.*] Codex Danielis tranſpoſitis literis *Thuys*. Vel *Thuus*, quod idem eſt. Utrum autem ſcribatur *Thyus*, an *Thuys*, an *Thuus*, nihil refert. Sed malim ſcribi *Thys*, ſive *Thus*, unica ſyllaba. Θὸς enim à Græcis dicitur. Commemorat eundem Athenæus lib. x. *Lambin.*

2 *Dynaſtes Paphlagoniæ.*] Infra *Regem* fuiſſe dicit, ſed nullo diſcrimine. Athenæus ex Theopompo Παφλαγόνων βασιλέα vocat lib. IV. Strabo Reges *Dynaſtas* appellari ſcribit; quod magna præditi ſint potentia, ac populos quorſum libet, vel vi, vel perſuaſione impellant. Eſt enim δυνάμις Græcis potentia. *Magius.* Simili loquendi modo Matthæus βασιλέα vocat quemvis Principem; quemadmodum & in Oriente Melk, Amir, & Sultan ſumuntur. *Keuchen.*

3 *A Pylæmene illo.*] Longolii Codex corrupte habet *Philomele*; Jenſonis, *Phillimene*. Magius. Unde alius *Philemone*. Vera lectio ex ipſo Poëta conſtat Ἰλιαδ. β.

Παφλαγόνων δ' ἦγεῖτο Πυλαιμένεϛ ἀλκιόεντος
Λάσιον κῆρ.

4 *A Patroclo interfectum.*] Menelaum hic pro *Patroclo* ex narratione Homerica dicendum fuiſſe, recte Magius annotavit. *Bocler.* Sic enim Homerus: Rhapſodia, V.

Ἔνθα Πυλαιμένεα ἐλέτην ἀτάλαντον Ἄρηϊ,
Ἀρχὸν Παφλαγόνων μεγαθύμων ἀσπιστάων.
Τὸν μὲν ἄρ' Ἀτρεΐδης δουρικλυτὸς Μενέλαος
Ἑστεότ' ἔγχει νύξε κατὰ λαπάρην τυχήσας.

Quod ab aliis animadverſum & notatum eſſe video. *Lambin.* Unde conſtat, μνημονικὸν ἀμάρτημα familiare eſſe auctoribus feſtinantibus. *Schott.*

5 *Is regi dicto audiens.*] Malim hoc quam *regis dicto audiens*: ut habet Longoliana & paſſim vulgatæ editiones. Et ſic apud Livium reponendum, ubi corrupte quoque eſt, *Servii Tullii dicto audientes*

erat: quam ob cauſam bello eum perſequi conſtituit, eique rei præfecit Datamen, propinquum Paphlagonis. namque ex fratre & ſorore erant nati. Quam ob cauſam Datames [1] omnia primum experiri voluit, ut ſine armis propinquum ad officium reduceret. Ad quem quum veniſſet ſine præſidio, [2] quod ab amico nullas vereretur inſidias, pene interiit. Nam Thyus eum clam interficere voluit. Erat mater cum Datame, amita Paphlagonis: ea quid ageretur reſciit, filiumque monuit. Ille fuga periculum evitavit, bellumque indixit Thyo. In quo quum ab [3] Ariobarzane, præfecto Lydiæ & Ioniæ, totiuſque Phrygiæ,

audientes eſſent: pro *Servio Tullio*, &c. Schott. Keuchen.

1 *Omnia primum experiri voluit, ut ſine armis propinquum ad officium reduceret.*] Sic Terentius Eunucho:

Omnia priùs experiri, quam armis, ſapientem decet.

Lambinus. Simile dictum Dionyſii in Eclog. Legat. 11. pag. 295. & Menelai apud Libanium Sophiſtam. Miltiades non aliter erga Parios ſe geſſit. *Parum inſulam*, inquit Nepos, *opibus elatam cum oratione reconciliare non poſſet, copias è navibus eduxit, urbem operibus clauſit.* Polyb. lib. 11. de Hamilcare. Ἀφικόμενος ὁ Ἀμίλκας εἰς τοὺς τόπους τούτους ἔτη κεδὸν ἐννέα, καὶ πολλὰς μὲν πολέμῳ, πολλὰς δὲ πειθοῖ ποιησάμενος Ἰβήρων ὑπηκόους κατηκολούθησε. *Gebhard.*

2 *Quod ab amico nullas vereretur inſidias.*] Nulla accommodatior ratio decipiendi adverſarium quam per amicos: & quot ſunt, qui palam vi per hoſtes capi non potuerunt, per corruptos perierè amicos? Sic ab Hermocrate Soſiſtratus ſervorum ſeditioſorum dux, ἡγεμονικωτάτους viginti cum ſervis per Daimachum amicum & familiarem oppreſſus eſt. Salluſt. Jugurtha: *Quod ei per maximam amicitiam maxima copia fallendi erat.* Tacit. 1. Hiſt. cap. 3. *Quibus deerat inimicus, per amicos oppreſſi.* lib. 1. Annal. cap. 10. *Lepidus ſpecie amicitiæ deceptus*, lib. 11. Annal. cap. 66. *Pomponium Flaccum veterem ſtipendiis, & arctâ cum rege amicitiâ eoque accommodatiorem ad fallendum ob id maxime Meſiæ præfecit.* Julius Capitolinus in Maximinis cap. x1. *Sed hic Tyens dormiens domi ſuæ ab uno ex amicis ſuis interfectus eſt.* Quare ad rem P. Syrus:

Mage cavenda eſt amicorum invidia, quam inſidiæ hoſtium.

Quod dictum examuſſim congruit cum illo, quod extat in collectaneis Stobæi: Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, τίνα δεῖ μάλιστα φυλάττεσθαι; ἔφησε, τὸν μὲν φίλων τὸ φθόνον, τὸν δὲ ἐχθρῶν τὸ ἐπιβουλήν. Nec abludit Demonax, Ἐλάττω κακὰ πάσχειν οἱ ἄνθρωποι ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἢ ὑπὸ τῶν φίλων. Τοὺς μὲν γὰρ ἐχθροὺς δεδιότες φυλάττονται· τοῖς δὲ φίλοις ἀνεψγμένοι εἰσὶ, καὶ γίνονται σφαλεροὶ καὶ εὐεπιβούλευτοι. *Idem.*

3 *Ariobarzane, præfecto Lydiæ & Ioniæ.*] Vide *Diodorum* lib. xv. Ab uno Satrape interdum plures provinciæ regebantur. Sic Herodotus v. Oroetem νόμου τοῦ τε Φρυγίου καὶ Λυδίου, καὶ Ἰωνικοῦ obtinuiſſe refert. Apud Arrianum vi Steſanor ὁ Ἀραβίων, καὶ Σαλαμίνων Satrapes. Ibidem Phrataphernes Παρθυαίων καὶ Τυρκανίων. Sed & Xerxe regnante, unum eundemque τῆς Συρίας, καὶ Φοινίκης, καὶ Σαμαρείας ἔπαρχον fuiſſe, ex Joſepho libro 11. cap. 8. & Eſdra 111. 6. patet: quibus in locis ἔπαρχος appellatur, qui alias Satrapes. *Beiſſonius.*

1 Nihil

giæ, deſertus eſſet, [1] nihilo ſegnius perſeveravit, vivum-
3 que Thyum cepit cum uxore & liberis. [2] Cujus facti ne prius fama ad regem, quam ipſe perveniret, dedit operam. Itaque omnibus inſciis, eo ubi erat rex, venit, poſteroque die Thyum, [3] hominem maximi corporis terribilique facie, quod & [4] niger & [5] capillo longo [6] barbaque erat prolixa, [7] optima veſte contexit, quam [8] ſatrapæ regii

1 *Nihilo ſegnius.*] Si Nepotis ſtylum calleo ducor ad credendum ſcripſiſſe *nihiloſequius*. aut *ſecius* ut alibi non raro. In Conone bis. in Dione. bis Hannibale. Nam & *eo ſecius* in Pomponii Attici vita in Miltiade & Eumene dixit. *Schott.* Non audeo nudam Schotti conjecturam ſine Codicum aſſenſu amplecti. Vult dicere; auxiliorum fruſtratio non ſegniorem reddidit Datamen, quin ſolus ſuis viribus Thyn perſequi, & ad officium reducere perſeveraret. Curt. l. IV. c. 38. *Batim egregia edita pugna multiſque vulneribus confectum deſeruerant ſui, nec tamen ſegnius prælium capeſſebat.* Saluſtius Jugurtha: *Magna atque inſolita re perculſi, nihilo ſegnius bellum parare.* Valer. lib. III. cap. VI. 1. *Nec hac re ſegniores Pœnicis exercitibus intulit manus.* Gebhardus.

2 *Cujus facti ne prius fama ad Regem, quam ipſe perveniret, dedit operam.*] Voluit ergo & auctor & nuntius venire. Vide Curtium libro III. *Gebhardus.* *Cujus facti ne prius fama.*] Sic Claudianus celeritatem in expeditionibus Stiliconis quoque commendat, dicens eum fuiſſe emenſum aſperas etiam *Prævento rumore vias.* Et alio in loco eundem ob eandem virtutem laudans, quod nimium victoria ejus ante fuerit cognita, quam de bello innotuerit, inquit: *Rumoremque ſui prævenit laurea belli.* Ernſt.

3 *Hominem maximi corporis.*] Ejuſmodi in Aſia naſci, tradit Hippocrates lib. de aëre, aquis & locis. Erat autem Thyus Aſiaticus. *Mag.* Similis ſtaturæ fuerunt Proæreſius apud Eunapium, Andronicus Comnenus apud Nicetam, Tiberius apud Suetonium, Maximus apud Capitolinum; & ille de quo tempeſtive Veſpaſianus:

Μακρὸς βιοτὰς, μεγαθύμων δολιχόσκιος ἰγχῶν. *Kenchen.*

4 *Niger.*] Ergo Thyus procerus fuit & ſuffuſculus, ut de quodam loquitur Apulejus. Qualis Epaphroditus ille Grammaticus apud Suidam, cujus τὸ σῶμα ἦν μέγας καὶ μέλας. *Idem.*

5 *Capillo longo.*] Suetonius *ſubmiſſiorem* vocat, quem alii *crines paſſos*, Græci *Hectoreum comam.* Vide Lycophronis Scholiaſten.

6 *Barbaque erat prolixa.*] Approbant libri & cenſores *promiſſa.* Juſtin lib. VI. *capillo barbaque promiſſis.* Tacitus lib. II. Annal. cap. 39. *donec crinem barbamque promitteret.* Varro: *Quod tum erant in Græcia coma promiſſa, raſa barba, pallia trahentes.* Vide Nonium, qui *promittere* exponit, ad magnitudinem nutrire. *Gebhard.* adde Feſtum. Refertur hoc ad Philoſophorum ſchema, ut liquet ex Strabone, Juliano, Apulejo & aliis. Lacedæmoniorum lege cautum erat; ne cui fas eſſet, τὸν μύστακα τρέφειν. Adi Plutarchum & Heſychium. *Kenchenius.*

7 *Optima veſte contexit.*] Editio Pariſiana *texit.* Fuit hæc purpura, auroque diſtincta, quæ non ab ipſo tantum Rege, ſed & proceribus ejus geſtabatur; unde Purpuratorum nomen. Tertullianus: *Purpura & aurum cervicis ornamentum apud Ægyptios & Babylonios, inſignia ſunt dignitatis.* Veſte illa purpurea donati Δορύφοροι vocabantur. *Curtius* III. *Ælianus* I. Hiſtor. Var. 22. Erat autem ſtola Medica, qua donari, ſummus apud Perſas honor. Idque in hodier-

gii gerere conſueverant. [1] Ornavit etiam torque, atque [2] armillis aureis, cæteroque regio cultu. [3] Ipſe agreſti, duplicique amiculo circumdatus, hirtaque tunica, [4] gerens in capite galeam venatoriam, dextra manu clavam, ſiniſtra [5] copulam, [6] vinctum ante ſe Thyum agebat, ut ſi feram beſtiam captam duceret. Quem quum omnes proſpicerent, propter novitatem ornatus, ignotamque formam, ob eamque rem magnus eſſet concurſus; [7] fuit nemo non qui agnoſceret Thyum, regique nunciaret. [8] Primo non accre-

hodiernum diem apud Turcas, Tartaros, Perſaſque in uſu eſt: Nemo ad Regem admittitur, niſi ejuſmodi honoraria veſte donatus. Hoc vocant علمية الخلعة خلع. ut ſupra in Themiſtocle notatum.

8 *Satrapæ regii.*] Hi ſunt quos alibi Principes provinciarum, Præfectos, Prætores vocari conſtat. Eratque omne Perſarum imperium in ejuſmodi Satrapias diviſum. Videndus Briſſonius 1. de regno Perſarum, & Druſius in Obſerv. & Cl. Berneggerus, Juſtin. v. 2. *Boecler.*

1 *Ornavit etiam torque.*] Perſarum moribus inter inſignia regia erat torques aureus. Interim non modo torques, ſed armillæ aureæ, acinaces, &c. inter honores ſatrapis à Rege conceſſos, & præmia benevolentiæ regiæ. Vide Briſſon. de regno Perſ. lib. 1. C. Barthium Adverſ. VIII. 15. *Idem.* adde Cl. Schefferum Syntagmate de antiquorum torquibus.

2 *Armillis aureis.*] Armillæ fuere rotundi circuli ex argento vel auro, quibus ſummum brachium cingebant ornatus cauſſa. Olim erant in uſu, ſed per luxum. Livius lib. 1. de Sabinis: *Quod vulgo Sabini aureas armillas magni ponderis in brachio lævo habuerint.* Vocabantur & *brachiales*, Græcis βραχιάλης, aut βραχιόνια, *viriola, dextralia, dextrocheria*; uti fuſe docet *Rubenius* lib. 1. Elect. cap. 38.

3 *Ipſe agreſti, duplicique amiculo.*] Circumdatus fuit abolla, quæ humilium perſonarum fuit indumentum, aut certe ſenum, Philoſophorum, & ſimilium.

4 *Gerens in capite galeam venatoriam.*] Quæ ad terrorem hirſutis pellibus tecta erat, ut loquitur Vegetius lib. II. cap. 17. Videas paſſim nummos antiquos, ubi in capitibus exuviæ caprarum, caprietum, elephantorum. Galeas autem ex diverſorum animalium pellibus fuiſſe confectas, probat in conjectaneis ſuis ad Varronem magnus Scaliger. Et hæc eadem fuit, quam *Venatoriam* vocat Nepos Cornelius. A fide ſtabat olim Juſtus Lipſius ad Polybium lib. III. comment. de Militia Romana. *Keuchen.*

5 *Copulam.*] Vinculum, ἰμάντα. Vide *Caſp. Barthium* lib. VIII. Adverſ. cap. 15.

6 *Vinctum.*] *Victum* ſcriptus liber & Longolii. *Schott.*

7 *Fuit nemo non qui agnoſceret Thyum, regique nunciaret.*] Sic Longolius & ſcriptus noſter. Ultraj. *Fuit non nemo qui agn. Thyum.* Savaro. *Fuit nemo qui agnoſceret Thyum regique nunciaret: primo non accredidit.* Schott. *Regique nuntiaret.*] Concurſus (quaſi dicat) factus eſt magnus ob inſolitam ſpeciem adducti, & cum propius inſpexiſſent, plurimi agnoverunt, remque Regi nuntiarunt, quam ille primo non credidit. *Gebhardus.*

8 *Primo non accredidit.*] Ita veuſtius in melioribus, & Excerptis. Alii tamen codices invertunt ordinem lectionis:

accredidit. Itaque Pharnabazum miſit exploratum: à quo ut rem geſtam comperit, ſtatim admitti juſſit, magnopere delectatus, cum facto tum ornatu: in primis quod [1] nobilis rex in poteſtatem inopinanti venerat. Itaque magnifice Datamen donatum ad exercitum miſit, [2] qui tum contrahebatur, duce Pharnabazo & Tithrauſte ad bellum Ægyptium, parique eum atque illos imperio eſſe juſſit. Poſtea vero quam Pharnabazum rex revocavit, illi ſumma imperii tradita eſt. Hic quum maximo ſtudio compararet exercitum, Ægyptumque proficiſci pararet, ſubito à rege literæ ſunt ei miſſæ, ut Aſpim aggrederetur, qui Cataoniam tenebat, quæ gens jacet ſupra Ciliciam, confinis Cappadociæ. Namque Aſpis ſaltuoſam regionem caſtelliſque munitam incolens, non ſolum imperio regis non parebat, ſed etiam [3] finitimas regiones vexabat, & quæ

4

nis: *Ac primo non credidit.* Sed *accredidit* magis probabunt, qui Latine ſcient. Quomodo *adjubere* dixit Catullus ad Iſithillam; *adjurare* Livius lib. XLIII. *adopinari* Lucretius, & alia. *Keuchen.*

1 *Nobilis Rex.*] Sic legendum potius, quam quo modo habent alii libri, *non vilis Rex.* Erat enim à Pylæmene illo Homerico progenitus. *Lambin.*

2 *Qui tum contrahebatur.*] Quæritur, ubi contraheretur hic exercitus, in Phrygiane, an in Cilicia, an in Syria? Namque hoc ſcire intereſt ad ea, quæ ſequuntur. In Cilicia non: Nam primum ſtatim dicit Probus, Datamen longe ab iis locis, ubi exercitum comparabat, evocatum eſſe in Cataoniam, ſupra Ciliciam, & juxta Cappadociam: deinde navem conſcendiſſe, ut eo perveniret, & in Ciliciam delatum eſſe. At, ſi in Cilicia fuiſſet, non longe à Cataonia afuiſſet; neque navigare, neque omnino iter facere ei neceſſe fuiſſet. Relinquitur, ut aut in Syria, aut in Phrygia, propterea, quod Pharnabazus Phrygiæ præfectus erat: ex quo probabile eſt, eum ibi exercitum contrahere inſtituiſſe: in Syria: quia Phrygiæ præfectura eo uſque pertinebat. Ex Syria autem in Ægyptum; adverſus quam bellum parabat, brevior erat trajectio. Cataonia autem, ut docet Plinius libro VI. capite 3. Cappadociæ pars eſt, qua Comagenam attingit. *Idem.*

3 *Finitimas regiones vexabat.*] Devaſtabat atque infeſtabat incurſionibus ac direptionibus. Eodem modo loquitur paullo inferius hac vita & Timoleont. *Siciliam multos annos bello vexatam.* Curt. lib. III. cap. 29. *Tantæ enim multitudini, utique cum jam hiems inſtaret, in regione vaſtâ, & invicem à ſuis atque hoſte vexatâ, non ſuffectura alimenta.* Cæſar lib. I. de Bello Gall. cap. 14. *Quod Æduos, quod Ambarros, quod Allobroges vexaſſent.* Ibid. libro II. cap. 4. *Qui Patrum noſtrorum memoriâ omni Galliâ vexata Teutonos, Cimbroſque intra fines ſuos ingredi prohibuerint.* lib. IV. cap. 15. *Illi ſupplicia cruciatuſque Gallorum veriti, quorum agros vexaverant.* lib. VI. cap. 43. *Cæſar ad vexandos rurſus hoſtes profectus.* Ubi Græcus interpres verbum *vexare* reddidit per δεινῶς κακῶν, modo per δῃῶν, modo per λυμαίνεσθαι. Cicero in Catilinam.

[1]quæ regi portarentur, abripiebat.[2] Datames, etſi longe aberat

tilinam. *Cum bello vaſtabitur Italia, ve xabuntur urbes, tecta ardebunt.* Et in Verrem. *Agros vectigales vexatos atque exinanitos à Verre; populatam vexatamque provinciam.* Gebhard.

1 *Quæ regi portarentur, abripiebat.*] Portoria, ac reditus Regis intercipiebat. Et hanc interpretationem adjuvat Polyænus lib. VII. in Mithridat. Κώμας κατίσκαψε, κατέπρησε, φόρους ἥρπαζε, λείαν ἤλαζεν. Vel, quæ ad regios uſus mittebantur, involabat: τὰς κομιστὰς τὰ χήμαλα συνήλασε. Cicero in Verrem: *Frumentum averſum à Republica, abreptum ab aratoribus.* Idem.

2 *Datames, etſi longe aberat ab his regionibus, & à majore re abſtrahebatur: tamen regis voluntati morem gerendum putavit.*] Quæritur hcic, an Dux, qui magnam habet ſpem provinciæ bene adminiſtrandæ, revocanti recte pareat? Diſtinguendum eſt inter Duces ſeu præfectos Exercituum à populo, dein à Rege, tum ab optimatibus præpoſitos. Populo revocanti, utpote mobili & ab invidis concitato ſuiſque affectibus, publicam utilitatem poſthabenti bonus Civis & Patriæ amans non auſcultat. De Fabio Ennius.

Non ponebat enim rumores ante ſalutem.

De Epaminonda Nepos: *Hic*, inquit, *cum criminibus adverſariorum omnes in invidiam veniſſent, atque in eorum locum alii prætores ſucceſiſſent: Epaminondas plebiſcito non paruit, idemque ut facerent, perſuaſit collegis, & bellum, quod ſupererat, geſſit: namque animadvertebat, ubi feciſſent, totum exercitum propter imprudentiam inſcitiamque belli periturum.* Rationem addo illam, quod res proſpere geſtæ facile turbas in animis vulgi à concionatoribus commotas diſcutiant atque componant, Populuſque ad ſe reverſus ſua ſcita & placita damnet, & periculum auctori intentum remittat. Documento eſt idem Epaminondas, qui cum riſu à judicio capitis maxima diſceſſit gloria. Quare non recte fecit Alcibiades, qui nuncio ad cauſam dicendam domum citanti, cum eſſet in magna expectatione res magnas gerendi, non parere noluit. A regibus revocatio cum non parentibus exitium propoſitum ſit, ſine mora obediendum eſt, etiam ſi interrumpantur præclari conatus, & damni dedecus ſequatur jubentem. Tacit. lib. XI. cap. 20. *Ideo Claudius adeo novam in Germanias vim prohibuit, ut referri præſidia cis Rhenum juberet. Jam caſtra in hoſtili ſolo molienti Corbuloni hæ literæ redduntur. Ille re ſubitâ, quamquam multa ſimul offunderentur, metus ex Imperatore, contemptio ex barbaris, ludibrium apud ſocios, nihil aliud prolocutus, quam beatos quondam duces Romanos; ſignum receptui dedit.* Claudianus lib. II. in Ruffin. *vſ.* 192.

Illa dies potuit noſtris imponere finem
Cladibus, & ſceleris cauſſas auferre futuri.
Invida proh! quantum rapuit Fortuna triumphum.
Inter equos interque tubas mandata ferunturs
Regis, & armati veniunt ductoris ad aures.
Obſtupuit; ſimul ira virum; ſimul obruit ingens
Mœror, & ignavo tantum licuiſſe nocenti
Miratur, dubios anceps ſententia volvit
Eventus; peragat pugnas, an fortia cœpta
Deſerat. Illyricis ardet ſuccurrere damnis:
Præceptis obſtare timet. reverentia fraenat
Virtutis ſtimulos: hinc publica commoda ſuadent
Hinc metus invidia: tandem indignatus.

Tacit. lib. IV. Annal. cap. 23. *Nec proconſul ejus anni P. Dolabella retinere au-*

ſus

rat ab his regionibus, [1]& à majore re abſtrahebatur: tamen regis voluntati morem gerendum putavit. Itaque cum paucis, ſed viris fortibus, navem conſcendit, exiſtimans, id quod accidit, facilius ſe [2] imprudentem & imparatum parva manu oppreſſurum, quam paratum, quamvis magno exercitu. Hac delatus, in Ciliciam egreſſus, inde dies noctesque iter faciens, Taurum tranſiit, eoque, quo ſtuduerat, venit. Quærit quibus locis ſit Aſpis: cognoſcit haud longe abeſſe: profectumque eum venatum. Quem dum ſpeculatur, adventus ejus cauſa cognoſcitur. Piſidas cum iis quos ſecum habebat, ad reſiſtendum Aſpis comparat. Id Datames ubi audivit, [3] arma capit, ſuos ſequi jubet: ipſe equo concitato ad hoſtem vehitur: quem procul Aſpis conſpiciens ad ſe ferentem, pertimeſcit, atque à conatu reſiſtendi deterritus, ſeſe dedit. Hunc Datames vinctum ad regem ducendum tradit [4] Mithridati. Hæc dum geruntur, Artaxerxes reminiſcens à quanto bello ad quam parvam rem principem ducum miſiſſet, [5] ſeipſum reprehendit, & nuncium [6] ad exercitum Acen miſit, quod nondum

ſus erat, juſſa Principis magis, quam incerta belli metuens. At optimatibus non ſua libidine, ſed legibus Res Patriæ adminiſtrantibus, illicò parendum eſſe præit Ageſilaus: quo exemplo optat Nepos Julium Cæſarem ſubmiſiſſe ſemet quoque legibus Patriis. *Gebhard.*

1 *Et à majore re abſtrahebatur.*]A bello Ægyptio. *Lambin.* Mendoſe *à minore re*; Edit. Longoliana.

2 *Imprudentem & imparatum.*] A Mss. abeſt *& imparatum*.in Eumene.*Et quoniam imprudentem adoriri non poſſet.* ibid. *ſperabat ſe imprudentem hoſtem oppreſſurum.* Vulgata lectio probari poteſt.in Ageſ. *Quo factum eſt ut omnes imparatos imprudenteſque offenderet.* Savaro.

3 *Arma capit.*]Habuit Danielis Codex; *arma ſumit.* Sic *ſumere* etiam auctoribus frequentatum. Sed utrumque ſane dicitur, nec in unius gratiam alterum ejiciendum. *Keuchen.*

4 *Mithridati.*] Ariobarzanis filio, à quo poſtea per dolum & perfidiam interfectus eſt, ut infra cognoſcemus. In nummis antiquis apud Eric. Memmium & Clem. Teveninum legitur Mithradates, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΩΡΟΣ. *Lambinus.* Quod non probo: Μιθραδάτης enim Græcum eſt, Mithridates, Latinum, *a* in *i*. ut Μασσαλία Maſſilia, Κατάνη Catina, Νόμαδες Numidæ, Ἀγρίγας Agrigentum, & alia. *Bongarſ.*

5 *Seipſum reprehendit.*] Ita melius, quam in aliis, *deprehendit.* Appulejus Metamorph. VIII. *Suaque reprehenſa negligentia*; ad quem Nepotis locum contendit doctiſſ. Pricæus. *Keuchen.*

6 *Ad exercitum Acen.*] *Acænum* Lambinus, ſibi tamen ut non ſatisfaceret, edendum curavit. Cæteri fere *acrem* propius à vera ſcriptura, quam eſſe *Acen* nullus dubito, monuitque & Jacob. Bongarſius ad Juſtin. & Rob. Titius lib. 1. Loc. Cont. cap. 7. Eſt autem Ace

dum Datamen profectum putabat, qui ei diceret, ne ab exercitu discederet. Hic priusquam perveniret, quo erat profectus, in itinere convenit, qui Aspim ducebant. Qua celeritate quum magnam benevolentiam regis Datames consequutus esset, non minorem invidiam aulicorum excepit, quod illum unum pluris, quam se omnes fieri videbant. Quo facto, cuncti ad eum opprimendum consenserunt. Hæc [1] Pandates, [2] gazæ custos regiæ, amicus Datami, perscripta ei mittit, in quibus docet, eum magno fore periculo, si quid illo imperante in Ægypto adversi accidisset. [3] Namque eam esse consuetudinem regum, ut casus adversos hominibus tribuant, secundos fortunæ suæ. Quo

Ace Phœniciæ civitas, Ptolemaïs postea dicta. Stephanus: Ἄκη πόλις Φοινίκης. αὕτη Πτολεμαὶς ἐκαλεῖτο. Strabo lib. XVI. Μετὰ τὴν Τύρον ἡ Παλαίτυρος ἐν τετρακοσίοις σταδίοις. ἐνθ' ἡ Πτολεμαὶς ἐστὶ μεγάλη πόλις, ὧν Ἄκλω ὠνόμαζον πρότερον, ἢ ἐχρῶντο ὁρμητηρίῳ πρὸς τὸν Αἰγυπτιον οἱ Πέρσαι. Meminit & Harpocration. Suidas & Plinius. Infra eadem corrupta vox, rescribendumque, *cum jam ad exercitum Acen venisset*. Accho in sacris literis vocatur, Judic. I. 13. & Joseph. lib. II. bell. Jud. cap. 17. rescribendum itaque in Hieron. epistola ad Eustochium XXVII. *Pervenit ad Ace, quæ nunc Ptolemais dicitur.* ubi vulgo *Coth* vitiose editur. *Schott.*

1 *Pandates.*] Cod. P. Dan. *Pandantes.*

2 *Gazæ custos regiæ.*] Habebant Persarum Reges in singulis provinciis ærarium, ærariique præfectos. Et ita Curtius Bagophanem arcis & regiæ pecuniæ custodem memorat lib. V. Exstat Darii epistola apud Josephum lib. XI. 4. qua sumptus ad templi Hierosolymitani constructionem ἐκ τῆς βασιλικῆς Γαζοφυλακίας τῆς φόρων τῆς Σαμαρείας suppeditari mandat. Apud eundem Josephum, ejusdem libri cap. 5. Xerxes Esdræ præberi jubet sacrorum sumptus ἐκ βασιλικῆς Γαζοφυλακίας: eaque de re scripsisse se Præfectis ærarii Syriam & Phœnicem. Strabo lib. XV. Persarum Reges, licet Susa valde ornassent, nihilominus etiam coluisse Persepolin, & Pasargada scribens, addit, illic gazam & Thesaurum Regum fuisse. Pasargadis quoque Cyri prioris thesauros, Arrianus III. scribit. Pecuniæ ergo, quæ thesauris inferebantur, Custodes habebant, qui Γαζοφύλακες vocantur à Josepho XI. & Γαζοφυλακῖται à Diodoro Siculo lib. XVII. *Brisson.*

3 *Namque eam esse consuetudinem Regum.*] Id volunt quoque verba Julii Classiciani apud Tacit. lib. XIV. Annal. cap. 38. *Simul in urbem mandabat, nullum prælionum finem exspectarent nisi succederetur Suetonio: cujus adversa prævitati ipsius, prospera ad fortunam Reipubl. referebat.* Similiter ferè Sallustius l. II. Hist. *Adhoc rumoribus adversa in prævitatem; secunda in casum; fortunam in temeritatem declinando corrumpebant.* Ita propemodum Populus, & de Carthaginensi Val. II. cap. VII. *Quod bene gesserant, Deorum Immortalium adjutorio; quod male commiserant, ipsorum culpæ imputantes.* Gebh. Locum explicat Justus Lipsius in Not. ad lib. III. Polit. c. II. *Eam esse consuetudinem regum.*] In optimis Excerpt. *regiam.* Ut Miltiade & Themist. *cum classiariis regiis*, ubi tamen *regis* in iisdem schedis. Kench.

Quo facile fieri, ut impellantur ad eorum perniciem, quorum ductu res male geſtæ nuncientur. Illum hoc majore fore diſcrimine,[1] quod quibus rex maxime obediat, eos habeat inimiciſſimos. Talibus ille literis cognitis, quum jam ad exercitum Acœum veniſſet, quod non ignorabat ea vere ſcripta, deſciſcere à rege conſtituit. Neque tamen quicquam fecit, quod fide ſua eſſet indignum. Nam[2] Mandroclem Magnetem exercitui præfecit: ipſe cum ſuis in Cappa-

[1] *Quod quibus rex maxime obediat.*] Non cepit hunc locum Lambinus, utpote qui in monumentis veterum attendebat potius verba, quam rerum majeſtatem. Exponit enim *obedire* hoc loco videri idem valere, quod πείθεσθαι, credere & fidem habere, ſequi alicujus conſilium & fidem. Nugæ. Ingenium & conditionem regum ἀκροαλίπλις) inque ſcenam producit Pandates, qui inane tantum nomen poſſident, reipſa autem ſunt ſubjecti atque obediunt vel uxoribus, vel ſpadonibus, vel alii cuidam nebuloni, qui Principem ceu αὐτόματον, quo volunt, impellunt. De eadem re in eundem modum loquitur Diodor. lib. xvii. Ἀ'γεῖλις ὃ Βαγώας ἢ τὰς ἀδελφὰς Ariſis, ὄνλας νέας παντελῶς, ὅπως μονωθεὶς ὁ νεανίσκος μᾶλλον ὑπήκοος αὐτῶ γένηται. De ejuſdem Bagoæ Eunuchi potentia idem lib. xvi.' Ὁ δὲ Βαγώας ἐν ταῖς ἄνω σατραπείαις ἅπανλα τῶ βασιλεῖ διῳκηκὼς, τοσοῦτον ἰσχυσε λέγ τῶν πρὸς τ Μίντορα κοινωνίαν τῶν πραγμάτων, ὥστε τ βασιλείας κύριος εἶναι, ἢ μηδὲν πράτλειν τ Ἀρταξέρξου ἄνευ τ ἐκείνε γνώμης, ἢ μιᾶ τῶν ἐκείνε τελευτῶν τὰς λαδύχας ἀεὶ βασιλείας ἔτος ἀπεδείκνυε, ἢ πάντα βασιλέως εἶχε πλὴν τ πορνηρείας. Quid autem eſt aliud μηδὲν πράτλειν ἄνευ γνώμης hujus vel illius, quam obedire? quam eſſe mancipium viliſſimi tenebrionis, quem rex ipſe ex infimis ſordibus produxit? aut ut Juſtinus loquitur lib. xii. cap. 2. *ſub perſona regis indignorum ſubjici imperio?* Apud Tacitum Claudius obtemperabat Agrippinæ lib. xii. Annal. c. 59. Item libertis. Juvenalis Sat. xiv.

Indulſit Cæſar cui Claudius omnia, cujus
Paruit imperiis uxorem occidere juſſus.

Nero eidem Agrippinæ lib. xiii. Ann. cap. 6. apud Nepotem Philippus Aridæus Eurydicæ uxori, in Phocione. Vid. Juſtin. lib. xiii. cap. 2. Apud Tacit. iterum aula Parthica & novo rege potiebatur Abdageſes lib. vi. Annal. c. 43. Galba obnoxius erat T. Vinio, Laconi & Icelo lib. i. Hiſtor. cap. 13. quos ideò nunquam non adhærentes *pædagogos* vulgo appellabant. Suet. cap. 14. Ptolomæus Jubæ Filius libertis lib. iv. Ann. cap. 23. m. Apud Zonaram Tom. iii. Nicephoro Botoniatæ imperatori imperant pro libidine miſcentes omnia Borilus & Germanus ſervi. Audiamus Plinium, qui huic loco luculentam accendit facem Panegyr. cap. 88. *Plerique Principes cum eſſent civium domini, libertorum erant ſervi: horum conſiliis, horum nutu regebantur; per hos audiebant; per hos loquebantur; per hos præturæ etiam & ſacerdotia & conſulatus, imo & ab ipſis petebantur.* Dein Tacit. lib. xii. Annal. cap. 3. f. *Sed nihil arduum videbatur in animo principis, cui non judicium, non odium erat, niſi indita & juſſa.* Gebh.

[2] *Mandroclem.*] Legendum potius *Androclem*; quam *Androdem*, aut *Mandrodem*, aut *Mandroclem*, quæ reperiuntur in aliis editionibus. *Lambin.* *Nam Mandroclem.*] Multis locis *d* pro *cl* ſcriptum invenio in editionibus. Nam *Mandrodem* exhibet Longoliana pro *Mandroclem*. Ut apud Agellium lib. v. cap. 14. *Androdus* vulgo pro *Androclus*.

Cappadociam diſcedit, conjunctamque huic [1] Paphlagoniam occupat, celans qua voluntate eſſet in regem: clam cum [2] Ariobarzane facit amicitiam, manum comparat, urbes munitas ſuis tuendas tradit. Sed hæc propter hyemale 6
tempus minus proſpere ſuccedebant. Audit [3] Piſidas quaſdam copias adverſus ſe parare: [4] filium eo Arſidæum cum exercitu mittit. Cadit in prælio adoleſcens: proficiſcitur eo pater non ita cum magna manu, [5] celans quantum vulnus accepiſſet, quod priùs ad hoſtem pervenire cupiebat, quam de male re geſta fama ad ſuos perveniret, ne cognita filii morte animi debilitarentur militum. Quo contenderat, pervenit, hiſque locis caſtra ponit, ut neque circumveniri multitudine adverſariorum poſſet, neque impediri quo minus ipſe ad dimicandum manum haberet expeditam. Erat cum eo Mithrobarzanes ſocer ejus, præfectus equitum. Is deſperatis generi rebus [6] ad hoſtes transfugit.

Id

clus. Sic *Menedides* pro *Meneclides*, cum Plutarcho ſit & Græcis Μενεκλείδης; in Epaminonda. *Keuchen.*

1 *Paphlagoniam.*] Cujus Regem Thyum ceperat, & ad Regem Artaxerxem captivum duxerat. *Lambin.*

2 *Ariobarzane.*] Qui à Rege multo ante defecerat. *Diod.*

3 *Piſidas.*] Diſcrepat à Probo Diodorus lib. XV. Tradit enim ille, Perſas duce Artabazo, in Cappadociam, quam tenebat Datames, invaſiſſe: Datamen vero magno cum exercitu ei obviam veniſſe: Ἀρταβάζου γὰρ τὴν βασιλέως στρατηγὸν μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἐμβαλόντος εἰς τὴν Καππαδοκίαν, ὁ μὲν τούτης τῆς χώρας σατράπης Δατάμης ἀντεστρατοπέδευσεν αὐτῷ, πολλὰς μὲν ἱππικὰς ἀθροίσας, δισμυρίους δὲ πεζοὺς μισθοφόρους ἔχων αὐτῷ συστρατεύοντας. *Lambin.*

4 *Filium ejus Arſidæum.*] Sic Savaro, & ſcripti Codices *Arſidæum.* Quod nomen etiam inter Alexandri Magni aſſeclas reperias. Long. *Arridæum*, Schott. & Lamb. *Aridæum.* Iuſtin. cum duplici *d* ſcribit, ut ſit *Arriddæus.*

5 *Celans quantum vulnus accepiſſet, &c.*] Veriſſime: nam clades ſuorum animos affligit, ac tardiorem exercitum reddit. Idcirco prudentes duces clades & adverſitates ſemper texerunt, ne animi conciderent militibus, & augerentur adverſariis, pœna quandoque mortis dicta, qui acta vulgaſſet. Curt. lib. VII. cap. 51. *Cecidere en prælio pedestium duo millia, trecenti equites; quam cladem Alexander ſollerti conſilio texit, morte denunciata iis, qui ex prælio venerant, ſi acta vulgaſſent.* Cæſar lib. II. Civil. cap. 31. *Uti corporis vulnera, ita Exercitus incommoda ſunt tegenda, ne ſpem adverſariis augeamus.* Contra Varro auxit rerum ſuarum ſuique contemptum nimis detegendo cladem denudandoque. Vide Liv. lib. XXIII. cap. 4. Front. lib. II. cap. VII. Cæterum eo modo loquitur Cicero: *Quid eſt, quod animum meum frangere aut debilitare poſſit?* in Antonium: *Utrum hoc eſt confirmare militum animos, an debilitare virtutem?* Gebh.

6 *Ad hoſtes tranſfugit.*] Ἀ πρὸς τοὺς πολεμίους. Diodor. XV.

Id Datames ut audivit, ſenſit,[1] ſi in turbam exiſſet, ab homine tam neceſſario [2] ſe relictum, futurum ut cæteri conſilium ſequerentur: [3] in vulgus edit, ſuo juſſu Mithrobarzanem profectum pro perfuga, quo facilius receptus, interficeret hoſtes. Quare relinqui eum non par eſſe, ſed omnes confeſtim ſequi: quod ſi animo ſtrenuo feciſſent, futurum ut adverſarii non poſſent reſiſtere, quum & intra vallum & foris cæderentur. [4] Hac re probata, exercitum educit: Mithrobarzanem perſequitur, [5] qui dum ad hoſtes pervenerat, Datames ſigna inferri jubet. Piſidæ, nova re commoti, in opinionem adducuntur, perfugas mala fide, [6] compoſitoque feciſſe, ut recepti, eſſent majori calamitati: primum

1 *Si in turbam exiſſet.*] Si pervulgatum eſſet. Sueton. Galba cap. 20. *Quod ante paucos dies exierat in vulgus.* Sic in Nerone c. 53. *Exiit opinio* pro pervulgata eſt. *Gebh.*

2 *Se relictum eſſe.*] *Iri* Longol. utramque vocem *iri* & *eſſe* ſcriptus liber & Ultraj. omittunt. *Schott.* Cæterum verbum *relinquere* hic ſic ſurpat pro deſerere. Ita Tacit. lib. XIV. Annal. cap. 56. *Non tua moderatio, ſi reddideris pecuniam; nec quies, ſi reliqueris Principem: ſed mea avaritia, meæ crudelitatis metus in ore omnium verſabitur.* Idem lib. IV. Hiſtor. cap. 77. *Ite, nunciate Veſpaſiano, vel quod propius eſt Civili & Claſſico, relictum à vobis in aciem ducem.* Front. lib. II. cap. VII. *Annibalem venientem in Italiam tria millia Carpetanorum reliquerunt.* Juſtin. lib. XXII. cap. 8. in. *Bis ſe à rege ſuo in mediis hoſtibus relictos proclamantes.* Paterculus lib. II. cap. 84. *Multa, inquit Coponius, me hercules fecit Antonius pridie quam tu illum relinqueres.* Curtius lib. VII. *Poſtquam adventare Alexandrum compertum eſt, in ſuos quiſque vicos dilapſi Beſſum reliquerunt.* Reſpondet Græcorum καταλείπειν. Polyæn. lib. I. Polydor. αὐτόμολον ἵππαρχον ἀγγέλοντες ὅτι σπεύδουσι δὴ καταλείψειν ἀλλήλους. Verum & antiquiſſimi ita loquebantur. Ennius Creſphontes:

— *Sin eſt probus,*
Cur talem invitum invitam cogis linquere?

3 *In vulgus edit, ſuo juſſu.*] Frontinus lib. II. cap. 6. longe diverſa de hoc ſtrategemate habet: *Datames*, inquit, *dux Perſarum adverſus Autophradaten in Cappadocia, cum partem equitum ſuorum tranſfugere comperiſſet, cæteros omnes venire ſecum juſſit, aſſecutuſque tranſfugas, laudavit, quod eum acriter præceſiſſent, hortatuſque eſt eos, ut fortiter hoſtem adorirentur. Pudor tranſfugis attulit pœnitentiam, & conſilium ſuum, quia non putabant deprehenſum, mutaverunt.* Hactenus Frontinus. *Mag.* Geminum eſt ſtrategema Tulli Hoſtilii cum Metio Fufetio in Livio lib. I. Scriptor de Vir. illuſt. cap. IV. Val. Maxim. 8. 4. Frontinus lib. 2. cap. v. 1. *Schott.*

4 *Hac re probata exercitum educit.*] Locum hunc emendavit ad Livium ſuum Eruditiſſimus *Gronovius.*

5 *Qui dum ad hoſtes.*] Sic Schottus. Lambinus nimis audaciter duas voces intruſit *tantum quod.* Magius *qui tum.* alii *qui vixdum* faciunt. Ultraj. *qui tantum non.* Schott.

6 *Compoſitoque feciſſe.*] Compoſita & comparata prius inter ſe fraude. Sic *componere* Tacit. III. Annal. cap. 40. *Ii ſecretis colloquiis, ferociſſimo quoque adjumpto,*

primum eos adoriuntur. Illi, quum quid ageretur, aut quare fieret, ignorarent: coacti ſunt cum eis pugnare ad quos tranſierant, ab hiſque ſtare quos reliquerant. Quibus cum neutri parcerent, celeriter ſunt conciſi. Reliquos Piſidas reſiſtentes Datames invadit. Primo impetu pellit, fugientes perſequitur, multos interficit, caſtra hoſtium capit. Tali conſilio uno tempore & proditores perculit, & hoſtes profligavit, & quod ad ſuam perniciem fuerat cogitatum, id ad ſalutem convertit. Quo neque acutius ullius imperatoris cogitatum, neque celerius factum uſquam legimus. Ab hoc tamen viro [1] Schiſmas [2] maximus natu filius deſciit, adque regem tranſiit, & de defectione patris detulit. Quo nuncio Artaxerxes commotus, quod intelligebat ſibi cum viro [3] forti ac ſtrenuo negotium eſſe, qui quum cogitaſſet, facere auderet, & prius cogitare quam conari conſueſſet: Autophradatem in Cappadociam mittit. Hic ne intrare poſſet ſaltum, [4] in quo Ciliciæ portæ ſunt ſitæ, Datames præoccupare ſtuduit: ſed tam ſubito copias contrahere non potuit. A qua re depulſus; cum ea manu quam contraxerat, locum delegit talem, ut neque circumiretur ab hoſtibus, neque præteriret adverſarius, [5] quin ancipitibus locis premeretur: & ſi dimicare 7

ſumpto, aut quibus ob egeſtatem ac metum ex flagitiis maxima peccandi neceſſitudo componunt. Florus Belgas, Sacrovir propiores Gallias concire. Vide noſtra ad Tacitum. Accius Agamemnone:

Sic quorum animus atraci junctus militia eſt,
Compoſita dicta è pectore evolvunt ſuo;
Quæ cum componas, dicta factis diſcrepant.

Gebhard.

1 *Schiſmas.*] Credo potius membranis nominantibus *Siſynas.* Nam Perſicis nominibus hoc propius eſt. *Gebh.*

2 *Maximus natu.*] In Ageſil. *primum ratio habebatur, qui maximus natu eſſet ex liberis ejus.* Mss. *Maximo natu.* quæ lectio temere rejicienda non eſt. *Sauaro.*

3 *Forti ac ſtrenuo.*] Horatius epiſtola 7. lib. 1. *ſtrenuus ac fortis.* Lambinus. Conjungit quoque Epaminonda: *Pelopidas vir fortis ac ſtrenuus.* Gebhard.

4 *In quo Ciliciæ portæ.*] Cilicia tres memorabiles anguſtias habet. Quarum prima adeo arcta, ut fornam portarum referat, unde Græcorum πύλαι. Secunda non procul diſtat ab Iſſo, qua per Amani montis portas, unde Amanicæ dictæ, aditur in Syriam. Tertia circa ſinum Iſſicum eſt. *Geographi.* Vide Plin. lib. v. cap 27. Euſtath. ad Dionyſ. verſ. 585. Polyb. XII. 8. Cicer. Epiſt. Fam. XV. 4. Curt. III. 4.

5 *Quin ancipitibus locis premeretur.*] Supra Themiſtocle: *Ancipiti premerentur periculo.*

micare eo vellet, non multum obeſſe multitudo hoſtium
8 ſuæ paucitati poſſet. Hæc etſi Autophradates videbat,[1] tamen ſtatuit congredi, quam cum tantis copiis refugere, aut tam diu uno loco ſedere. Habebat barbarorum equitum viginti, peditum centum millia,[2] quos illi Cardaces appellant, ejuſdemque generis[3] tria funditorum. Præterea [4] Cappadocum octo,[5] Armeniorum decem, [6] Paphlagonum quinque, [7] Phrygum decem, [8] Lydorum quinque, [9] Aſpendiorum & [10] Piſidarum circiter tria,[11] Cilicum duo, Cap-

1 *Tamen ſtatuit congredi.*] Lambin. *ſtatim* de ſuo addidiſſe ait, Græcorum exemplo (qui μᾶλλον) Latini *potius* vel *magis* exaudire ſolent, ut hoc loco membranæ noſtræ & Giſanii fidem faciunt omnesque editiones extra Lambinianam, obſervat Muretus ad Eunuchi prolog. è Nonio Marcello exemplisque illuſtrat comici illud,

Si quiſquam eſt qui placere ſe ſtudeat bonis
Quam plurimis ——

Plura congeſſit Antonius Auguſtin. libro VI. emendat. cap. 8. *Schott.*

2 *Quos illi Cardaces appellant.*] *Gardatas* noſter, editique omnes vitioſe. Rectius *Gardacas* Giſanii Codex, reſcribendumque *Cardaces* veterum auctoritate Græcorum. Heſych. obſcure: Κάρδακες. οἱ τοξοτεύσαντες βάρβαροι ὑπὸ Περσῶν εἰς Ἄτλαν. ὅτου καλοῦσι τὰς τοξοτίδας, ὑπὸ ἔθνους ἢ τόπου. Strabo lib. XV. Καλεῖται δ' ἔτι Κάρδακες ὑπὸ κλοπίας τρεφόμενοι. Κάρδα γὰρ τὸ ἀνδρῶδες καὶ πολεμικὸν λέγεσθαι. Meminit & Arrianus lib. II. de geſtis Alexandri, & Pauſanias. Ammonius item ſive Philoponus is eſt περὶ διαφόρων λέξεων. Κάρδακες δὲ τινες ἐκαλεῖτο τοξοτίδες. Plura Euſtathius ex Ælio Dionyſio, ac Theopompo, itemque Cæl. Rhodiginus lib. XVIII. cap. 1. *Schottus.* Scripſit Nepos, niſi me animus fallit, non *Gardates*, ſed *Cardaces*. Briſſon. l. III. de Regno Perſarum.

3 *Tria funditorum.*] Tria funditorum millia. *Lambin.*

4 *Cappadocum octo.*] Cappadocia Aſiæ minoris regio, quam Strabo in duas ſatrapias à Perſis diviſam tradit; in eam quippe, quæ Magna dicitur & Cappadocia ad Taurum: & alteram, quæ Pontica vocatur & Pontus, quam Arias Montanus ex Onkelo eſſe docet Hebræorum Caphthorim. Ab occaſu minorem Armeniam claudit: à ſeptentrione longo littore in Euxinum expanditur: à meridie anguſto excurſu Ciliciam attingit; ut ab occaſu rurſus Galatiam & reliquam Paphlagoniam finit: ab Oriente magnam habet Armeniam juxta Euphratem. *Geographi.*

5 *Armeniorum decem.*] Quæ gens fuit admodum populoſa. Nomen acceſſiſſe creduntur ab *Aram*, filio Sem. Vel à montibus, qui regionem circumquaque cingunt. Etenim הר Hebræis *mons* eſt.

6 *Paphlagonum quinque.*] Quorum regio Aſiæ minoris, olim etiam *Palæmenia* dicta, Homero incognita.

7 *Phrygum decem.*] Ex majore nimirum Phrygia, inter Galatiam & Lydiam ſita.

8 *Lydorum quinque.*] Lydia Aſiæ minoris regio antiquis Geographis. Vide Ortelium.

9 *Aſpendiorum.*] Pamphiliæ populi Aſpendii, ab Aſpendo ejus provinciæ oppido, ad fluvium Eurymedonta ſita. *Gebhard.*

10 *Piſidarum.*] Vide Plinium lib. V. cap. 32.

11 *Cilicum.*] Cilicia Aſiæ minoris regio,

[1] Captianorum totidem, ex Græcia conductorum tria millia: levis armaturæ maximum numerum. Has adversus copias, spes omnis consistebat Datami in se locique natura. [2] namque hujus partem non habebat vigesimam militum: [3] Quibus fretus conflixit, adversariorumque multa millia concidit, quum de ipsius exercitu non amplius hominum mille cecidissent. [4] Quam ob causam postero die tropæum posuit, quo loco pridie pugnatum. Hic quum castra movisset, inferior copiis, superior omnibus præliis discedebat, quod nunquam manum consereret, nisi adversarios locorum angustiis clausisset: quod perito regionum callideque cogitanti sæpe accidebat. Autophradates quum bellum duci majore regis calamitate, quam adversariorum videret, ad pacem atque amicitiam hortatus est, ut cum rege in gratiam rediret. Quam ille etsi non fidam fore putabat, tamen conditionem accepit, seque ad Artaxerxem legatos missurum dixit. Sic bellum quod rex adversus Datamen susceperat, sedatum: Autophradates in Phrygiam se recepit. [5] At rex, quod implacabile odium 9 in

gio, Josepho *Tharsus*, Hebræis *Chalab*, teste Ar. Montano. Hodie *Turcomania* & *Finichia*, ut refert Marius Niger. Isidoro videtur dicta à Cilice quodam, quem ortum Phœnice, Jove ipso antiquiorem fuisse tradunt.

1 *Captianorum.*] *Caspianorum* vereor ne sit reponendum, (ignoti enim hi) de quibus Strabo l. XI. ἔστι δὲ καὶ Ἀλβανῶν χώρας, καὶ ἡ Κασπιανὴ καὶ Κασπίοις ἔθνος ὁμώνυμον. Stephanus in voce Κασπία. Sed hoc non probat Ortelius, hanc ob causam, quod cæteri populi, quos Nepos illo loco recenset, omnes in Asia minore sint. *Gebh.*

2 *Namque hujus partem non habebat vigesimam militum.*] Locum explicat ad Vegetium Stewechius, lib. III. cap. 9.

3 *Quibus fretus conflixit.*] Duo ipsius strategemata commemorat Polyænus lib. VII.

4 *Quam ob causam postero die tropæum posuit, quo loco pridie pugnatum.*] De Græcorum tropæis res est notissima. Testatur autem Diod. lib XIII. Veteres Græcos nonnisi ἀφ' τῶν τυχόντων ξύλων voluisse erigi tropæa, ne essent odia immortalia. Plutarchus quoque ait, parum apud Græcos probatum fuisse eorum factum, qui primi è lapide aut ære tropæum erexerunt. Vide etiam quæ scribit Cicero II. de Invent. de tropæo æneo, quod Thebani victis Lacedæmoniis in finibus suis statuerunt. *Casaub.* Vide Alexand. ab Alexand. lib. I. c. 22.

5 *At rex, quod implacabile odium.*] Hoc Diodorus valde breviter retulit, quod Probus multis verbis persecutus est. Diodorus: Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀρταξέρξης πυθόμενος τὴν σφαγὴν τοῦ Δατάμου καὶ σπένδων ἄφεσιν τοῦτον, δι' ἐπιβουλὴν αὐτὸν ἀδικοφόνησεν. Sic autem Cicero dixit, *implacabiles iracundias*, epist. ad Quint. Frat. I. & Probus *im-*

in Datamen ſuſceperat, poſtquam bello eum opprimi non poſſe animadvertit, [1] inſidiis interficere ſtuduit, quas ille pleraſque vitavit. ſicut quum nunciatum eſſet, quoſdam ſibi inſidiari, qui in amicorum erant numero: [2] de quibus quod inimici detulerant, neque credendum, neque negligendum putavit: experiri voluit verum falſumne ſibi eſſet relatum. Itaque eo profectus eſt, in quo itinere [3] futuras inſidias illi dixerant. Sed elegit corpore & ſtatura ſimillimum ſui, eique veſtitum ſuum dedit, atque eo loci ire, quo ipſe conſueverat, juſſit. Ipſe autem [4] ornatus

placabile odium. Et idem Probus, *ſuſcipere odium*, ut Cicero, *ſuſcipere inimicitias.* Lambin.

1 *Inſidiis interficere.*] Δολοφονεῖν. Diodor. *Lambin.* Solenne hoc regibus ſceleris artificium eſt, eos, quorum copiam aperta vi deſperant, immiſſis percuſſoribus trucidandi. Diodor. lib. xv. Γαῶς ὁ ναυαρχήσας τῶν Περσῶν ἐν τῷ Κυπριακῷ πολέμῳ, ὑποστὰς ὢν τὴν βασιλέως, καὶ τὰς τε Λακεδαιμονίας καὶ τὴν Ἀγησιλάου βασιλέα θαυμαστῶς εἰς τὸν πρὸς Πέρσας πόλεμον, δολοφονηθεὶς ὑπό τινων ἐπιστολαῖσι τοῦ θεραπεύοντος. *Gebhard.*

2 *De quibus quod inimici detulerant neque credendum neque negligendum putavit.*] Nempe amicorum Datamis inimici, Poterat enim cogitare eos tantum id agere, ut in ſuſpicionem ac periculum ab obtrectatoribus adducerentur, ſicque ſe vindicta explerent. Val. Maxim. libro III. cap. VIII. Ext. 1. *Enim vero tunc ille proclamet, ſi in conſpectu Ducis adverſus eum ſolicitari: quod quia & incredibile videbatur, & ad unius tantum aures penetraverat, & dictabatur ab inimico, veritas fide caruit.* Hieronymus adverſus Ruffinum: *Profeſſæ inimicitiæ ſuſpicionem habent mendacii.* Inſidiarum autem indicium à qualibuſcunque delatum, ſpernendum non eſſe monent Prudentiæ conſulti. Curt. libro VI. cap. 49. *In ſuo quemque periculo magnum animum habere, cum de ſalute regis timeretur, credulos eſſe debere; vana quoque deferentes admittere.* Tacit. lib. II. Annal. cap. 40. *Cum Tiberium anceps cura diſtraheret, vine militum ſervum ſuum coërceret, an inanem credulitatem tempore ipſo vanescere ſineret. Modo nihil ſpernendum; modo non omnia metuenda, ambiguus pudoris ac metus reputabat.* lib. XV. Annal. cap. 51. *Sed Epicharis in cuſtodia retenta eſt, ſuſpectante Nerone, haut falſa eſſe etiam, quæ vera non probabantur.* Ideo qui comparatarum in caput principis inſidiarum indicia ſupprimebant, rei capitis erant, tanquam ſilentio ſaluti Principis nocuiſſent. Curt. lib. VI. cap. 47. *Cebalinus ultimum ſupplicium meritus, ſi in caput meum præparatas inſidias biduo texit.* Polyæn. lib. V. in Dionyſio Comm. 4. Διονύσιος ὁ πρῶτος Ανδρώνα τεθνάναι ἐκέλευσεν, ὅτι δύθις τῷ καταλύσαντι μὴ τὸν τύραννον. *Idem.*

3 *Futuras inſidias illi dixerant.*] P. Daniel teſtatur libris veteribus abeſſe verbum *evenire* poſt *inſidias.* At Schottus membranis ſuis agnoſci profitetur. Utrumque & *futuras* & *evenire* ſuppoſititium cenſeo. Nam cum exſcriptorum quidam aliquid abeſſe ſuſpicarentur; hi *futuras*, illi *evenire*, iſti utrumque vocabulum intruſerunt. *Idem.*

4 *Ornatus veſtitu militari.*] Magna hoc loco varietas in libris ſcriptis. Mihi non abſurda videtur, quam ſcripturam excerpta P. Danieli atteſtantur: *Ipſe autem*

tus veſtitu militari, inter [1] corporis cuſtodes iter facere cœpit. At inſidiatores, poſtquam in eum locum agmen pervenit, [2] decepti ordine atque veſtitu, in eum faciunt impetum, [3] qui ſuppoſitus erat. Prædixerat autem his Datames, cum quibus iter faciebat, ut parati eſſent facere quod ipſum vidiſſent. Ipſe ut concurrentes inſidiatores animadvertit, tela in eos conjecit. Hoc idem quum univerſi feciſſent, prius quam pervenirent ad eum, quem aggredi volebant, [4] confixi ceciderunt. Hic tamen tam callidus vir extremo tempore captus eſt, Mithridatis Ariobarzanis filii dolo. [5] Namque is pollicitus eſt regi, ſe eum interfecturum, ſi rex promitteret, ut quodcunque vellet, liceret impune facere, [6] fidemque de ea re more Perſa-

tem ornatu veſtituque militari. Nam neque inſignibus, neque veſtitu Imperatorio uſus eſt. *Gebh.* Liber Schott. abſque copula *que*. editi quatuor *ornatus veſtitu militari.* Ultr. *ipſe autem ornatu militari.* Schott.

1 *Corporis cuſtodes.*] Σωματοφύλακας. Vide quæ de his ſupra ad Pauſaniam notavimus. Hujuſmodi cohortes Regem circumquaque ſequebantur, quibus ſtipatus ab incurrentibus periculis liberabatur.

2 *Decepti ordine atque veſtitu.*] Hanc hiſtoriam refert & Polyæn. lib. VII. his verbis: Δατάμης μαθὼν ὡς ἐπιβουλεύοιτο ὑπὸ σωματοφυλάκων ἰδίων ὑπ' Ἀσσανδίῳ πεδίῳ μελλων συμβάλλειν πολεμίοις, ἄλλον διεσκεύασε τῇ αὐτῇ πανοπλίᾳ, ὑπ' ἄλλῃ δὲ αὐτὸς ἐνεδυσιώθυσεν· οἱ δὲ ἐπιθέμενοι ἐγνώδησαν ὑπὸ φ ἡμάτῳ ἐξεπατηθέντες. *Lambinus.*

3 *Qui ſuppoſitus erat.*] Legi etiam poſſet, *ſuppoſititius*, ὑποβολιμαῖος. *Schot.* Fruſtra. M. Tullius in Verrem: *Ut ille ſuppoſitus facile, & libenter ſe illum, qui non erat, eſſe ſimularet.* Gebh.

4 *Confixi ceciderunt.*] Malo hoc quam Schotti *conciderunt*, ut vitetur alliteratio. *Idem.*

5 *Namque is pollicitus eſt regi.*] Polyænus tradit, Mithridatem hoc juſſu Regis feciſſe, l. VII. Μιθραδάτης βασιλεῖ φροσέταξεν ὑποστάντα Δατάμην κλεῖναι, ἢ ἄγαδῃ. Vide ſequentia.

6 *Fidemque de ea re more Perſarum dextra dediſſet.*] Supra in Themiſtocle: *Inde non prius egreſſus eſt, quam rex eum data dextra in fidem reciperet.* Curt. l. 8. *Latus ſimplicitate Barbari dextram fidei ſuæ pignus dedit.* De hoc ritu doctiſſimus Briſſonius in Perſicis. *Schottus.* In toto pene orbe ἔθος ἐπὶ πίστῃ καὶ συνθήκαις βεβαίαις τὰς δεξιὰς διδόναι ἀλλήλοις, inquit auctor Scholiorum in Ariſtoph. Nub. At apud Perſas fides dextra data omni juramento ſanctior ducebatur atque obſervabatur. Diodor. lib. XVI. Εἰπόντος δὲ τοῦ Θετταλίωνος ὡς καὶ δεξιὰν λαβεῖν ὁ Μίνδωρ κέλευσεν, ἐπὶ τούτοις ὁ μὲ βασιλεὺς ὀργισθεὶς ὡς ἐπιορκοῦντος παρέδωκε τὸν Θετταλίωνα τοῖς ὑπηρέταις, καὶ φροσέταξεν ἀφελεῖν τὴν κεφαλήν. Ἐπεὶ δὲ ἀπαγόμενος ὁ Θετταλίων ἐπὶ τὴν τιμωρίαν τοιοῦτο εἶπεν, ὅτι σὺ μὲ ὦ βασιλεῦ, φροδέξεις ὃ θέλεις, ὁ μὲ τοι Μίνδωρ διωμόμενος ἀπάτα κατεφρόνησε λέγ τὸ μὴ δόναι τὴν πίστιν, ἀδὲν μὲ σωτηλάσῃ φ ἐπαγγελμάτων. Πάλιν ἀκούσας τούτων μεταγνώς, καὶ μετανεκαλέσαμενος τοὺς ὑπηρέτας ἀφεῖναι φροσέταξε, καὶ τὴν δεξιὰν ἔδωκε τοῦ Θετταλίωνι. Ἔτι δ' ἡ πίστις αὕτη βεβαιο-

Persarum dextra dedisset. [1] Hanc ut accepit, simulat se suscepisse cum rege inimicitiam, copias parat, & absens [2] amicitiam cum Datame facit: regis provinciam vexat, castella expugnat, [3] magnas prædas capit: quarum partem suis dispertit, partem ad Datamen mittit. Pari modo complura castella ei tradit. Hæc diu faciendo, persuasit homini [4] se infinitum adversus regem suscepisse bellum, quum nihilo magis, ne quam suspicionem illi præberet insidiarum, [5] neque colloquium ejus petivit, neque in conspectum

τάτη δὲ καὶ τοῖς Πέρσαις. Curt. lib. VI. cap. 20. *Nec dubitabat Alexander fidem, quo Persæ modo accipiebant, dare: inviolatum, si venisset, fore.* Illud autem non satis assequor, an Reges præsentibus, quibus fidem suam obstrictum ibant, dextram dextra jungerent, an verius dextræ simulacrum donarent, sic in eum usum more gentis fabrefactum. Junxisse dextras dextris præsentibus colligo ex loco Josephi, Ὁ δή, inquit, Ἀλέξανδρος τότε παλαιούς θεοὺς ἐπώμνυτο, μυδὲν κακὸν δράσειν αὐτὸς, μὴ πλὴν δεξιὰν ἐδίδου, ὅπερ μέγιστον ὅρκον πᾶσι τοῖς ἐκείνη βαρβάροις ὀμόσασιν ἢ θεραπεῖαι γένεσθαι τοῖς ὁμιλοῦσι. Quomodo vero absentibus fidem dextra dabant? Num per eos, qui ad eam accipiendam missi? Stabilire hoc videtur Xenophon lib. VI. Cyropæd. μόνον μὴ σὺ ἡμῖν θεῶνται πίστεα πρίασθαι, δεξιάντε δ' ὡς ἵνα φέρωμεν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῦτα, ἅπερ ἂν αὐτοὶ λάβωμεν παρὰ σοῦ. Polyæn. lib. VII. Δεξιὰν αὐτοῖς ἔπεμψε νόμῳ Περσικῷ. Clarius Justin. lib. XI. cap. 15. *In quam rem unicum pignus fidei regiæ dexteram se ferendam Alexandro dare.* Gebh.

1 *Hanc ut accepit.*] Malim legere ceteris jugulatis: *Hanc ut accepit, copias parat & absens amicitiam cum Datame facit.* Sed Cl. Barthius Adv. lib. XII. cap. 14. Aldi lectionem probat; *Hanc ut recepit à Rege missam.* Gebh. *Accepit.*] Mss. meus & Gifanii, *recepit.* Col. Paris. Ven. & Ald. *Hanc ut recepit à rege missam.* Savaro.

2 *Amicitiam cum Datame facit.*] In Alcib. *Lacedæmonii cum Perse rege amicitiam fecerunt.* Supr. in Datam. *Clam cum Ariobarzane facit amicitiam.* Savaro.

3 *Magnas prædas capit.*] Lambinus, *agit.* Sed *capit* retineo, veteribus libris, editisque omnibus abstipulantibus invito Lambino. Auctores dabo. Plautus Truculento: *prædam de prædonibus capere.* Et M. Tullius pro Domo sua: *Capta crudelissime ex fortunis præda.* Schottus.

4 *Se infinitum adversus Regem suscepisse bellum.*] Irreconciliabile, & alterutrius exitio terminandum, ἀδιάλυτον, vel δῆριν ἀπειρεσίλιον Homero. *Gebhard.* Atqui nondum bellum susceperat, ut apparet ex iis, quæ paucis post versibus sequuntur. Ibi: *Certiorem facit Datamen, tempus esse majores exercitus parari, & bellum cum Rege suscipi.* Quare legendum hic arbitror, *persuasit homini* (id est Datami) *se infinitum adversus regem suscepisse odium:* quomodo supra locutus est, *quod implacabile odium in Datamen susceperat.* & infra non longe: *sed odio communi, quod erga Regem susceperat.* Lambin.

5 *Neq; colloquium ejus petivit.*] Ut se suspectum, & Datamen tentando cautiorem faceret. Colloquio autem & pacis faciendæ imagine plurimos decipi, nosse poterat vel modico rerum usu instructus. Notus est Cornel. Asina ex Flor. lib. II. cap. 2. Polyæni lib. VI. Hirt. lib. VIII. cap. 23. *Comtum Cæsar, quia non arbitrabatur vocatum in castra venturum, ne tentando cautiorem faceret;*

C. Ne-

ſpectum venire ſtuduit. Sic abſens amicitiam gerebat, ut non beneficiis mutuis, ſed odio communi, quod erga regem ſuſceperant, contineri viderentur. Id quum ſatis ſe confirmaſſe arbitratus eſt, certiorem facit Datamen, tempus eſſe majores exercitus parari, & bellum cum rege ſuſcipi: [1] de qua re, ſi ei videretur, quo vellet in colloquium veniret. Probata re, colloquendi tempus ſumitur, locuſque quo conveniretur. Huc Mithridates cum uno cui maximam habebat fidem, ante aliquot dies venit, compluribuſque locis ſeparatim gladios obruit, eaque loca diligenter notat. Ipſo autem [2] colloquendi die utrique locum, [3] qui explorarent atque ipſos ſcrutarentur mittunt: deinde

C. Voluſenum Quadratum miſit, qui eum per ſimulationem colloquii curaret interficiendum. De Coty per Rheſcuporim, fraude petiti colloquii, oppreſſo, locus eſt memorabilis apud Tacit. lib. II. Annal. cap. 65. Val. Maxim. lib. IX. c. 6. *Cn. Domitius Bituitum Arvernorum regem per colloquii ſimulationem arceſſitum vinxit, & Romam navi deportandum curavit.* Sic triginta Tyranni Athenis ejecti, jamque molem belli cientes, cum magno demum labore, & ancipiti periculo palam ac vi aperta compeſci vix poſſe viderentur; *ad colloquium, veluti dominationem recepturi, progreſſi per inſidias comprehenſi, ut pacis victimæ, trucidantur.* Iuſtin. lib. V. cap. 10. Hermeas Atarnenſium tyrannus defecerat ab Artaxerxe, ac plurima munita caſtella atque opida invaſerat. Huic pollicitus Mentor, ſe regem adducturum, ut veniam præteritorum daret, ad colloquium pertrahit, ac deceptum comprehendi jubet. Cæterum potitus annulo & ſcriptis ad civitates literis, quibus Hermeæ nomine denuntiat, reconciliatum eſſe opera Mentoris regem, ſignum ejus impreſſit, una miſſis, qui munimenta reciperent. Qui in urbibus præſidia agitabant, de literis nil dubitantes prompto animo pacem amplexi ſunt, illicoque munimenta atque urbes tradiderunt. Diodor. lib. XVI. Senſit hanc fraudem Nehemias cap. VI. verſ. 2. Καὶ ἀπέστειλε Σαναβαλλὰς, καὶ Γησμὰν πρὸς με λέγοντες δεῦρο καὶ συναχθῶμεν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν ταῖς κώμαις ἐν πεδίῳ Ωνό· καὶ αὐτοὶ λογιζόμενοι μοὶ ποιῆσαι πονηρίαν. *Gebhard.*

1 *De qua re.*] Præfert Schottus, *deque ea re ſi ei videretur, quo loco vellet, in colloquium veniret.* Idem.

2 *Colloquendi die.*] *Colloquii* Gifanii Codex. *Schott.*

3 *Qui explorarent atque ipſos ſcrutarentur mittunt.*] Nullum colloquium unquam commiſſum ſine excuſſione, ſeu ſcrutatione, antiquitus fuit, ne quis ſicam aliudve telum occulto abditum loco ſtringeret. Quod Latini *ſcrutari, prætentare atque excutere*, Græci ἐξερεύνᾶν, ἐκσείειν & ἐκλινδᾶσειν appellant. Vide Sueton. Claudio cap. 35. Scrutatio autem iſta fiebat per delectos invicem utriuſque partis; verbi gratia: Datami delectus excutiebat Mithridatem; & contra hujus explorator Datamen. Iſti officio deſtinatos Polyænus vocat ἀγχιστᾶς, qui non ſolum veſtes pertrectabant, ſed penitus detrahebant. Docet me hoc Polyæn. lib. III. in Iphicrate Comment. 40. Ἰφικράτης ἐν Θεσσαλίᾳ, καὶ Ἰάσων ὁ Τύραννος πλησίων πολλαὶ ἀπεστασιάζῃ βουλόμενοι, δι' ἀγγέλων ἱκέτ-

νασαν

deinde ipſi ſunt congreſſi. Hic quum aliquandiu in colloquio fuiſſent, & diverſi diſceſſiſſent, jamque procul Datames abeſſet, Mithridates, priuſquam ad ſuos perveniret, ne quam ſuſpicionem pararet, in eundem locum revertitur, atque ibi, [1] ubi telum erat poſitum, reſedit, ut ſi à laſſitudine cuperet acquieſcere, Datamenque revocavit, [2] ſimulans ſe quiddam in colloquio eſſe oblitum: interim telum, quod latebat, protulit, nudatumque vagina, veſte texit, ac Datami venienti ait, digredientem ſe animadvertiſſe locum quendam, qui erat in conſpectu, ad caſtra ponenda eſſe idoneum. [3] Quem quum digito monſtraret, & ille conſpiceret, averſum ferro transfixit: & prius quam quiſquam poſſet ſuccurrere, interfecit. Ita ille vir qui multos conſilio, neminem perfidia ceperat, ſimulata captus eſt amicitia.

ησαν ἀλλήλους, καὶ τὰ σώματα ἐγύμνωσαν. Et l. VII. in Mithridate Comm. 1. Ἄμφω δὴ τότε συνηλθέτην γυμνὼ πλὴν λεπτοῦ μίτου περὶ ὤν χέν. Juſtin. l. XXXVIII. cap. 1. *Solicitato juvene ad colloquium, cum ferrum occultatum inter faſcias geeret, ſcrutatori ab Ariarathe regio more miſſo, curioſius imum ventrem pertractanti ait cavere, ne aliud telum inveniret, quàm quæreret.* Sic Pædagogus Sarpedon Catonem ad Sullam ſemper excuſſum adduxit. Val. III. 1, 2. Imo ex perpetuo metu Alexander Phereus, non prius ſe lecto uxoris Thiſbes committebat, quam à ſtipatoribus diligenter eſſet ſcrutatus. Item Dionyſius ſuperior neutrius unquam ſive Ariſtomaches Syracuſanæ ſive Chlotidis Locrenſis, niſi excuſſæ complexum petiit, ut refert idem lib. IX. cap. 13. *Gebh.*

1 *Ubi telum erat poſitum.*] Quod Lambinus hic Nepotem, male vocabulo *teli* uſum arguit, non intelligo, quid velit. Ait; *Gladii non ſunt tela: neque gladiorum appellatione tela continentur.* Certe gladios tela eſſe, id eſt, contineri ſub telorum vocabulo, notius quam ut hic oſtendi debeat, quidni igitur *gladius, telum* appellaretur? Cum & pugio, & quod genus armorum non? ſub *telis* comptehendatur. *Bvecler. Ubi telum erat poſitum.*] Melius *impoſitum*; unde *impoſtum* quidam veterum. Et ſic in Excerptis. Nam *poſtum, impoſtum, repoſtum* crebra ſunt tam hiſtoricis quam Poëtis. *Telum* autem pro gladio dixit. Quæ vox παιδικὴ apud JCtos. Et ſic Homerus ὅπλα Iliad. IV. ἀντὶ τ' ἀκαλκυπτῶν ἱμαλείων. *Keuch.*

2 *Simulans ſe quiddam.*] In al. *quoddam*, legitur. Longol. *cujuſdam*, legit. Venet. exemplar, *quædam* habet. *Mag.*

3 *Quem quum digito monſtraret.*] Totam hanc narrationem habet Polyænus lib. VII. ſed aliis quibuſdam circumſtantiis.

EPA-

EPAMINONDAS.

XV.

[1] EPAMINONDAS [2] Polymni filius Thebanus. De hoc priuſquam ſcribamus, hæc [3] præcipienda videntur lectoribus, [4] ne alienos mores ad ſuos referant, neve ea, quæ ipſis leviora ſunt pari modo apud cæteros fuiſſe arbitrentur. Scimus enim [5] muſicen noſtris moribus abeſſe à principis perſona: [6] ſaltare etiam in vitiis poni. Quæ omnia 1

1 EPaminondas.] *Epaminundas* per quintam vocalem in Mss. conſtanter ſcribi equidem miror. Græci enim per ω. *Schottus.* EPAMINONDAM memorat *Plutarchus in Pelopida* & paſſim. *Diod. Sic.* 15. *Xenophon* 6. & 7. *hiſt. Græc. Pauſanias in Arcadicis. Ælian. var. hiſt. & Cicero* ſæpius. *Polyæn.* 2. *Frontinus* ſæpe. *Juſtinus* 6, 4. Item 6, 7. & 8. *Val. Max.* 3. 2. *ext.* 5. 3, 7. Boecl. Adde Suidam in voce ἐπαμινώνδας, & ibid. Notas Æmilii Porti. *Ernſt.* Nummus penes me eſt elegantiſſimus, in cujus antica parte caput Epaminondæ cum literis: ΕΠΑΜΙΝΩΝΔΑΣ ΘΗΒΑΙΟΣ. In poſtica, Figura militaris ad arma ſedens, ac ſiniſtra lauream tenens: ante eam columna, cui galea impoſita & ſerpens circumvolvitur, cum armis: ſubtus ΚΑΤΑ ΔΑΚΕΔΑΙΜΟΝ. *Boſius.*

2 *Polymni filius.*] Ælianus lib. XI. Var. Hiſt. *Polymnidis.* Lamb. libro 11. ejus pater vocatur Πολύμαλις. lib. vero XI. cap. 9. Πόλυμνις. Adeo ut mihi ſuboleſcat Nepotem Latina terminatione formaſſe Græcum, ſicut ſupra in *Neoclus* pro *Neocles*, & infra *Proclus* pro *Proclis*. Item *Periclus* pro *Periclis*. Gebh.

3 *Præcipienda videntur lectoribus.*] Arguit μνημονικῶ ἁμαρτήματι Nepotem H. Magius; quoniam eadem in Præfatione ſcripta reliquerit. At in mentem ipſi venire debuerat, Præfationem demum Nepoti abſolutis omnibus Illuſtrium Virorum vitis fuiſſe elaboratam. *Gebhard.*

4 *Ne alienos mores ad ſuos referant.*] Ne mores alienos ſive alienæ gentis metiantur atque æſtiment ex ſuæ civitatis aut gentis moribus. *Gebhard.* Sed conſiderent, omnia majorum inſtitutis & patriis moribus judicari, & alia aliis populis eſſe honeſta ac turpia, ut dictum eſt in Procemio. *Lambin.*

5 *Muſicen noſtris moribus.*] Romanorum moribus, olim cantare, etiam, ingenuis licet privatis hominibus, indignum viſum eſt, teſte Macrobio Saturn. 2, 10. quidni Principibus? De Principe Nerone Tacitus A. 4, 14, 1. *Nec minus fœdum* (illi) *ſtudium, cithara ludicrum in modum canere, cum cæneret.* Non ab omnibus tamen Romanis inter turpia habitum fuiſſe Macrobius d. l. in aliquot exemplis oſtendit. *Lucc.* Quibus adde Romanos principes Antoninum Philoſophum, & Alexandrum Severum, quos muſica imbutos fuiſſe atque cantaſſe optime, ex ipſorum vitis cognoſcimus. De Nerone Sueton. c. 20. & Lipſ. ad d. l. Taciti. Ceterum muſicen principi moderate tractandam eſſe, docent Lipſius not. ad polit. 1, 10, 17. Fr. Patritius de regis & regni inſt. 2, 15. alii. *Boſius.*

6 *Saltare etiam in vitiis poni.*] Vide quæ ad Præfationem notavimus. Saltationem Romanis indecoram fuiſſe, pluribus locis innuit Cicero; pro Murena,

pro

[1] omnia apud Græcos & gratia & laude digna ducuntur. Quum autem exprimere imaginem conſuetudinis atque vitæ velimus Epaminondæ, nihil videmur debere prætermittere, quod pertineat ad eam declarandam. Quare dicemus primum de genere ejus, deinde quibus diſciplinis, & à quibus ſit eruditus: tum de moribus ingeniique facultatibus, & ſi qua alia digna memoria erunt. poſtremo de rebus geſtis, [2] quæ à plurimis omnium anteponun-
2 tur virtutibus. Natus igitur [3] patre, quo diximus, honeſto genere: pauper jam à majoribus relictus. [4] Eruditus autem ſic, ut nemo Thebanus magis. nam & citharizare & cantare ad chordarum ſonum [5] doctus eſt à Dionyſio, qui non minore fuit in muſicis gloria, [6] quam Damon aut

pro Plancio, & aliis. Quod de quibuſdam ejus generibus, non de omnibus accipiendum. Nam Pyrrhicen aut virilem infamem fuiſſe negat Quintilianus lib. 1. cap. 11. *Keuchen.*

1 *Quæ omnia apud Græcos.*] Ariſtotelem adi 8. Polit. 2. 5. 6. & 7. & Meurſium lib. de orcheſtra Græcorum.

2 *Quæ plurimis omnium anteponuntur virtutibus.*] Immittenda præpoſitio *à*, ut ſententiæ ambiguitas evitetur. Notarunt quoque P. Daniel, Savaro & Schottus. Diodor. lib. xv. Εἰκότως ἂν προέξειε ἁπάντων σωφρόνων. *Gebhardus.*

3 *Patre, honeſto genere.*] Mediocri & humili. Nam Latini, quorum parentes obſcuros dicere nolunt ac viles, vocant *honeſtos*, gratia quadam ſermonis. Ælianus Polymnim ſcribit exſtitiſſe ἀφανῆ lib. xii. Var. cap. 23. Καὶ Ἐπαμινώνδας ὁ παῖς ὢν ἀφανὴς. Cicero Tuſcul. Quæſtionib. *Qui quum eſſet bonis parentibus, atque honeſto loco natus.* Gebhard.

4 *Eruditus autem ſic.*] Diod. lib. xv. Μετέχει γὰρ ἐπὶ πολὺ πάσης παιδείας. Juſtinus lib. vi. cap. 8. *Jam literarum ſtudium, jam philoſophiæ doctrina tanta, ut mirabile videretur, unde tam inſignis militiæ ſcientia homini inter literas nato.* Gebhard. Vide Cicer. iii. de Orat. i. Offic. Plutarch. in Pelopida. Oroſ. iii. 12. Diog. Laërt. Pythag.

5 *Doctus eſt à Dionyſio.*] Fuit hic Lyriſtes Thebanus excellens. Auctor Plutarchus in libro qui inſcribitur de Muſica. *Mag. Lambin.* Vid. Cicer. 1. Tuſc. Quæſt. *Long.*

6 *Quam Damon aut Lamprus.*] Damon hic fuit Athenienſis, qui teſte Plutarcho libro citato, Lydiam harmoniam remiſſam excogitaſſe fertur. Ejuſdem Damonis meminerunt Plato dialogo de republ. iv. & Athen. lib. xiv. cap. 11. *Lamprus* à Plutarcho eodem libro, inter eos, qui Lyricorum pulſaminum præſtantes habiti ſunt, refertur. Plato tamen hunc imperitum fuiſſe muſicum demonſtrat in Menexeno. *Lampri* item meminit Athen. lib. 1. cap. 16. & 11. 2. ſcribens in hanc ſententiam ultimo loco: *Abſtemius fuit etiam Lamprus Muſicus, de quo Phrynicus Laros conqueſtos eſſe dicit iis diebus, quibus mortuus eſt Lamprus, vir aquæ potator, ſomorus, & valde ſapiens.* Magius. Solebat autem Damon ebrios ac petulantes juvenes harmonia ſua ad modeſtiam reducere, quemadmodum ferocientes animos mollire Pythagoras, ſeditiones accenſas inhibere Aſclepiades, lymphaticos morbo liberare Xenocrates. De

quibus

aut Lamprus, quorum pervulgata ſunt nomina; [1] Carmina cantare tibiis, ab Olympiodoro: [2] ſaltare, à Calliphrone. [3] At philoſophiæ præceptorem habuit [4] Lyſim Tarentinum Pythagoræum; cui quidem ſic fuit deditus, ut adoleſcens [5] triſtem & ſeverum ſenem omnibus æqualibus ſuis in familiaritate antepoſuerit, neque prius eum à ſe dimiſerit,

quibus vide Capellam Saturæ lib. x. Ac Pythagoræis quidem moris fuit, cum ſomnum peterent, ad lyram prius lenire mentes, ut ſi quid fuiſſet turbatarum cogitationum, componerent. *Quintilian.* xx. 4.

1 *Carmina cantare tibiis, ab Olympiodoro.*] Ab Orthagora etiam. Athenæus lib. IV. cap. ultimo: *Scribit*, inquit, *Ariſtoxenus, Epaminondam Thebanum ab Olympiodoro & Orthagora tibiæ cantum didiciſſe.* Mag. Suſpectum merito illud *carmina*, quod abeſſe veteri ſuo libro teſtatur P. Daniel. *Gebhard.*

2 *Saltare, à Calliphrone.*] De quo nihil me legere memini.

3 *At Philoſophiæ præceptorem.*] Ex Democriti diſciplina Protagoras prodiit, qui primus relicto ſincero & ingenuo philoſophandi more, ad σοφίσματα & λεπτολογίας animum adjecit. Ad hanc claſſem & ipſum Epaminondam Thebanum referimus: quem Juſtin. VII. *ſummum & Philoſophum, & Imperatorem* vocat. Hæc fere *G. Hornius* lib. III. cap. 12. Hiſtor. Philoſoph. Certum eſt, Epaminondam philoſophatum fuiſſe, ſed ἄνευ μαλακίας, ut Thucydides loquitur & approbat, *ſine mollitie aut deſidia.* Et ſane Pythagoricis dogmatibus addictum maxime, & Phyſicæ ſcientiæ fuiſſe, Diodorus monet. *Lipſ.*

4 *Lyſim Tarentinum.*] Sic recte Lambinus è tertio M. Tullii de Oratore. Adde lib. I. de Offic. ubi & male quoque *Lyſias* olim excudebatur. Lyſias vero Athenienſis unus eſt in x. Græciæ Oratoribus, de quo Plutarchus & Halicarnaſſæus. Habuit autem Epaminondas *Lyſim* Philoſophiæ præceptorem una cum Philippo Amyntæ filio, ut in vitis comparatis Olymp. cv. anno I. pluribus notare memini. *Schott.* Laërtius in vita Pythagoræ non *Lyſiam* hunc, ſed *Lyſiden* dictum adſerit: τόδε φερόμενον (de libro qui Pythagoræ nomine vendebatur, loquitur) Λύσιδι ἐγὼ τὰ Τεραντίνε Πυθαγορικὰ φυρόντι εἰς θύλας, ἡ Ἐπαμινώνδα καθηγησαμένε. Ad hunc quoque modum Pauſanias in Bœoticis: Διδάγματά τε αὐτοῖς τότε ἐπιχώρια ἔμαθεν ἐς τὸ ἀκριβέστερον, καὶ ὡς ἤδη μειρακίσκον, ἐφοίτησεν ὡς Λύσιν, ἄνδρα γένους μὲν Ταραντίνον, ἐπιτήδευσιν δὲ τὰ Πυθαγόρε τὰ Σαμίε λόγες. *Longol.*

5 *Triſtem & ſeverum ſenem.*] Ex tota phraſi indies magis ac magis deprehendo Ciceroni ætate proximum hunc auctorem extitiſſe, eumque ipſum eſſe *Cornelium* NEPOTEM. Nam & ille *triſtis* eodem ſignificatu frequentat & *ſeverus* adjungit. De Claris Oratoribus: *Triſte & ſeverum dicendi genus.* De Oratore: *Severus ac triſtis vultus.* De Aruſpicum Reſponſis: *Triſtitia autem & in omni re ſeveritas abſit.* De Claris Oratoribus: *Homo ipſa triſtitia & ſeveritate popularis.* Tacit. lib. XVI. cap. 22. *Et habet ſectatores, vel potius ſatellites, qui nondum contumaciam ſententiarum, ſed habitum vultumque ejus ſectantur rigidi & triſtes, qui tibi laſciviam exprobrent.* Capitolinus Antonino Pio: *Aurelius Fulvus, qui & ipſe fuit conſul, homo triſtis & integer.* Vulgo talem *melancholicum* appellitamus. Graeci σκυθρωπόν. Diog. Laërt. Ξενοκράτης καὶ σκυθρωπὸς ἀεὶ, ὥς τε αὐτῷ συμπεφυκὼς λέγειν τὰ Πλάτωνα, Ξενοκράτες θύε χάριτι. *Gebhard.*

1 Quam

miſerit, [1] quam doctrinis tanto anteceſſit condiſcipulos, ut facile intelligi poſſet, pari modo ſuperaturum omnes in cæteris artibus. Atque hæc ad noſtram conſuetudinem ſunt levia, & potius contemnenda: at in Græcia utique olim [2] magnæ laudi erant. Poſtquam ephebus factus eſt, [3] & palæſtræ dare operam cœpit: [4] non tam magnitudini virium ſervivit [5] quam velocitati: illam enim ad athletarum uſum; hanc, ad belli exiſtimabat utilitatem pertinere. Itaque exercebatur plurimum [6] currendo & luctando ad eum finem, quoad ſtans [7] complecti poſſet, atque contendere,

1 *Quam doctrinis.*] Editio Pariſienſis, *quam in doctrinis.*

2 *Magnæ laudi erant.*] *Laudi* à noſtris Membranis aberat, & diphthongo æ ſuprascriptum *i* repperi, ut *magni erant* legiſſe videatur, ut alibi *Opera ejus magni fuit.* Vide Savar. in Cononem. *Schot.*

3 *Et palæſtræ dare operam cœpit.*] More Græcorum, qui gymnaſticas artes & palæſtram miris ſtudiis exercebant. De quibus lege unum Fabrum in Agonoſtico. & Voſſium de quatuor artibus popularibus.

4 *Non tam magnitudini virium ſervivit, quam velocitati.*] Utrumque tamen requirebatur ad γυμναστικὴν, ac neceſſarium erat iis, qui palæſtræ operam dabant. Quod vel ex Iſidoro Hiſpalenſi certum eſt, qui gymnicum ludum propterea non male velocitatis ac virium gloriam ſcripſerit, cujus locum gymnaſium dici, ubi exercentur athletæ & curſorum velocitas probatur. Καὶ γὰρ ὁ παγκρατὴς ἰσχυρός ἐστιν, ut ait Ariſtoteles 1. Rhet. 5. Poëta non abludit, lib. v. Æneidos:

Quique pedum curſu valet, & qui viribus audax,
Aut jacuto incedit melior levibuſque ſagittis.

Keuchen.

5 *Quam velocitati.*] Qua deſtituuntur obeſa & Athletica corpora. Neque alio ſpectat iſtud convicium Macedonum in Dioxippum apud Curt. lib. IX. cap. 39. *Invidi malignique increpabant perſeria & ludum, ſeginati corporis ſequi inutilem bellum.* Gebh.

6 *Currendo & luctando ad eum finem.*] Mss. *currendo* (omiſſa voce *luctando*) *ad eum finem, quod ſtans complecti poſſet atq; contendere.* Ampliſſimus D. Freinſhemius olim ita legendum exiſtimabat: *ad eum finem quod adſtans complecti poſſet atque contendere. Adſtans*, inquit, *eſſet coram factus, igitur non modo currere diſcebat: id enim nihil aliud, quam in periculum eum perduxiſſet, deinde deſeruiſſet. Sed etiam luctari, quo adſtans & prope hoſtem poſitus eum complecti atque cum eo contendere poſſet.* Quomodo Lambinus exponat, apud ipſum vide. Gebhardi notæ non attigerunt hunc locum. *Boeclerus.*

7 *Complecti poſſet.*] Proprie de luctantibus. Vide Hieron. Mercurialem de arte Gymnaſtica lib. II. cap. 8. *Idem. Quoad ſtans compl. poſſ.*] Cl. Dn. Boeclerus ad h. l. notat, Cl. Freinshemium legendum exiſtimare: *quo adſtans.* Verum ita ante multos annos emendavit Schoppius lib. III. Veriſim. cap. 4. & ego in MS. meo reperio, qui cum Schoppii veteribus codicib. in pleriſque conſentit. *Ernſt.* Ceterum *adſtans* Ampliſſ. Freinshemius exponebat *coram factus, prope hoſtem poſitus*; ut ſenſus ſit, non modo currere didiciſſe Epaminondam; ſed etiam luctari, quo adſtans & prope hoſtem poſitus eum complecti atque cum

tendere. In armis plurimum ſtudii conſumebat. Ad hanc 3
corporis firmitatem [1] plura etiam animi bona acceſſerant. Erat enim [2] modeſtus, prudens, gravis, temporibus ſapienter utens, peritus belli, fortis manu, animo maximo; adeo veritatis diligens, [3] ut ne joco quidem mentiretur.

Item

cum eo contendere poſſet. Schoppii vero ſententia *adſtans* idem eſt quod ſtans, ut in Priapæis: *Auctumnus ſterilis duobus adſtans.* & apud Plautum Aulul. 1,1,17. *Iſtic adſtato.* Jacentes enim, inquit, & ſtantes luctari ſolebant; de quo P. Faber Agoniſt. 1, 10. In MS. Boecleri fuit: *currendo* (omiſſa voce *luctando*) *ad eum finem, quod ſtans co. p. a.c.* Vir Ampliſſ. & de literis humanioribus, ſi quis alius, præclare meritus *Jo. Fred. Gronovius* nil mutandum exiſtimabat. Apponam verba ejus ex epiſtola ad Cl. Boeclerum: Duplex, inquit, erat lucta; *erecta*, quæ peragebatur à ſtantibus, & *voluntaria* jacentium. Quin etiam vulgo acrius & vehementius agentes videntur non cum caſu feciſſe finem repugnandi, ſed tum quoque laboraſſe, ut ſecum detractum adverſarium, ſi forte, ſuccumbere cogerent. Quo alludens Juſtinus lib. XXXI. *cum Romano, ſeu occupaveris prior aliqua, ſeu vicerís, tum etiam cum victo & jacente luctandum eſſe.* Ab illo igitur ſive altero genere, ſive nimio conatu luctandi abſtinuiſſe Epaminondam, uſumque lucta hactenus, ſeu certamen eo uſque produxiſſe, quouſque ſtans & erectus nondum jacens aut genibus nixus adverſarium complecti & nodis ſtringere & parem illi præſtare poſſet. Jacentis enim illam contentionem ad ſtudium & ſpectaculum pertinere judicavit, & illorum eſſe, qui in luctando nihil præter præſentem victoriam & athletæ nomen ſpectarent: ipſa autem palæſtra ſe caſtigabat, non propter campum; nec ut ſecum comparatum omnino vinceret, ſed ut exerceretur in præſens, in poſterum melior agiliorque miles eſſet. De compacto igitur cum luctatore ſeu palæſtrita egit, ut, ſi alteruter ſupplantatus collaberetur, ambo certaminis deſinerent. *Uſque ad eum finem*, non eſt ea de cauſa, ſed hucuſque, ut Cicero in act. 1. in Verr. *Manſit in conditione atque pacto, uſque ad eum finem, dum judices rejecti eſſent.* Quæ verba perperam ſollicitantur à viris doctis. Lib. 1. de Nat. Deor. *Quid dicam, quantus amor poſtiarum ſit in educandis cuſtodiendiſque iis, quæ procreaverunt, usque ad eum finem, dum poſſint ſe ipſa defendere.* Hactenus *Gronovius.* Qui tamen addit, ſi plures MSS. *quod ſtans* adſirmarent, forſan rejiciendum non eſſe: cum Terentio, Ciceroni & ſimilibus ſæpe τὸ *quod* pro *quoad* vel *quantum ad* ponatur. Quod Nepos heic dixit *uſque in eum finem*, pro eo cap. 9. 3. *uſque eo* poſuit: *uſque eo retinuit, quoad renunciatum eſt vicisſe Bœotios.* Qui locus receptam lectionem, meo quidem judicio, mire confirmat. *Boſius.*

1 *Plura etiam animi bona.*] Φυσικῆς προτερήμασι κεχορηγημένος. Diodor. lib. XV. *Gebhard.*

2 *Modeſtus.*] Vid. Juſtin. 6. 8,7. & 8. Val. Max. 3. 7. ext. 5. Ælian. Var. 5. 5. Plut. in Lycurgo, & in Apophth. &c. Modeſtia vero neque ſummis mortalium ſpernenda eſt, ut ait Vologeſes ap. Tacit. 15. 2. 4. Adde not. Buchneri ad 1. 1. 1.

3 *Ut ne joco quidem mentiretur.*] Vita Attici: *Mendacium neque dicebat, neque pati poterat.* Iſtud vero mentiendi odium præter naturam inſtillatum utrique fuit præceptis atque inſtitutis Philoſophiæ. Ælian. lib. III. Hiſt. Animal. cap. 23. Ἄλλως τε καὶ ἀνὴρ ἔπρεπεν ἀνδρὶ σωφρονοῦντι πρὸς τὴν ἀλήθειαν πεπαιδεῦσθαι τὸ ψεύδεσθαι, καὶ ἐπὶ κέρδει μεγίστῳ. *Gebh.* Sic laudatur Plutarcho Ariſtidis φύσεις ἰδιωμάτων ἐν ἤθει βεβαίῳ καὶ πρὸς τὸ δίκαιον ἀτενεῖς, ψεύδεσθαι δ' οὐδ' ἐν παιδιᾷ πώποτε

Item continens, clemens, patienſque admirandum in modum; non ſolum populi ſed etiam amicorum ferens injurias, in primiſque [1] commiſſa celans: quod interdum non minus prodeſt quam diſerte dicere. [2] Studioſus audiendi; ex hoc enim facillime diſci arbitrabatur. Itaque [3] quum in circulum veniſſet, in quo aut de republica diſputaretur, aut de philoſophia ſermo haberetur, nunquam inde prius diſceſſit, [4] quam ad finem ſermo eſſet deductus. [5] Pauperta-

ωρροσιμίαν. Hinc apud Arrianum Alexander: Οὐ χείλιαι ἢ βασιλέα ἄλλο τι ἢ ἀληθεύειν πρὸς τὰς ὑπηκόους. Simile quid idem Arrianus de Ptolemæo, & de Juliano Mamertinus. Lege *Grotium* de Jure Belli ac Pacis lib. III. cap. 1.

1 *Commiſſa celans.*] Nullam rem natura homini voluiteſſe faciliorem quam *tacere.* Diogenes Laërt. l. VII. in Cleanthe: Ἐρωτήσαί τινος τι ὑποτίθεσθαι δεῖ τῷ ἰῷ, τὸ ἐκ τῆ Ηλέκτρας, ἔφη, Σίγα σίγα λεπτὸν ἴχνος. Curt. lib. IV. cap. 50. *Linguæ gravius caſtigatur, quam ullum probrum, nec magnam rem Magi ſuſtineri poſſe credunt ab eo, cui tacere græve ſit, quod homini facillimum vulneri eſſe natura.* Hoc quoque ex diſciplina Pythagorica habuit, qui religioſiſſime ſilentium ac fidem colebant. Diogen. Laërt. lib. VIII. Ἔλεγόντε καὶ οἱ ἄλλοι Πυθαγόρειοι μὴ εἶναι πρὸς πάντας πάντα ῥητά, ὡς φύσιν Αρχιτέξαντος ἐν ἀνθρώπῳ παιδευτικὸν λόγον. Interim difficilem, rem natura facillimam, reddit imbecillitas humani judicii, vel etiam affectuum impotentia. *Gebh.* Inter tria difficilia à Chilone lib. I. apud Laërtium refertur, *commiſſa tacere.* Juvat verba arceſſere: Τί δύσκολον; rogatur, τὸ τὰ δοθέντα σιωπῆσαι reſpondit, καὶ φωλιὸ δ' λαθέσθαι, καὶ ἀδικεύμενον δύνασθαι φέρειν. Quæ tria δύσκολα & Epaminondas laudabiliter peregit. Ingenium Epaminondæ ſive ἦθος σιώπιλον καὶ πρὸς τὰς λόγας δύλαβὲς laudat Plutarchus in Socratis Genio. *Gebh.*

2 *Studioſus audiendi; ex hoc enim.*] Plinius lib. 8. epiſt. 21. de Junio Avito. *Semper ille aut de ſtudiis aliquid aut de officiis vitæ conſulebat: ſemper ita recedebat, ut melior factus: & factus erat vel eo quod audierat, vel quod omnino quæſierat.*

3 *Quum in circulum veniſſet.*] *Circulus* cœtus vulgo coëuntium ac fabulantium, qui collatis capitibus videntur veluti orbem facere, ait *Lipſius.* Notandus hic mos, *in circulis philoſophandi diſſerendique* Sophiſtis uſitatus, hi enim ubi ſcirent convenire frequenter homines, in foro, in circulis, diſputationes & ἐπιδείξεις ſuas recitabant. Hoc Senecæ epiſt. 40. & 52. eſt *circulari*, ſcilicet circulis ſe venditare; aut, ut Lipſius recte explicat, circulos quærere aut facere: accipitur enim *circulandi* vox de erronibus, vagantibuſque Sophiſtis, qui eloquentiam ſuam per urbem circumferebant. De quibus vide Creſoll. theatr. Rhet. lib. III. cap. 3. quem loca Senecæ diſtinxiſſe accuratius mallem. Non enim ſtatim ſunt περιδεδρομότες, qui *circulantur*; ſed & genius dictionis & conſuetudo diſſerendi magis, quam genus vitæ exprimuntur interdum notione *circulantium.* Boecl.

4 *Quam ad finem ſermo eſſet deductus.*] Lambinus *perductus* repoſiturus, à Schotto rejicitur. Libri ſcripti *adductus.* Plutarchus in Socratis genio ait fuiſſe Epaminondam ἁπλοῦν καὶ μαθεῖν καὶ ἀκροᾶσθαι. *Gebhard.*

5 *Paupertatem adeo facile perpeſſus eſt.*] Juſtinus lib. VI. cap. 8. *Nam & imperium non ſibi ſemper, ſed patriæ quæſivit; & pecuniæ adeo parcus fuit, ut ſumptus*

pertatem adeo facile perpeſſus eſt, ut de republica nihil præter gloriam ceperit. Amicorum in ſe tuendo [1]caruit facultatibus; fide ad alios ſublevandos ſæpe ſic uſus eſt, ut poſſit judicari omnia ei cum amicis fuiſſe communia. Nam quum aut civium ſuorum aliquis ab hoſtibus fuiſſet captus, aut virgo amici nubilis propter paupertatem [2]collocari non poſſet, amicorum concilium habebat, & quantum quiſque daret, pro facultatibus imperabat: eamque ſummam quum faceret, priuſquam acciperet pecuniam, adducebat eum, qui quærebat, ad eos qui conferebant, eique ut ipſi numerarent, faciebat: ut ille, ad quem ea res perveniebat, ſciret, quantum cuique deberet. Tentata 4 autem ejus eſt abſtinentia [3]à Diomedonte Cyziceno. namque is, rogatu Artaxerxis, Epaminondam pecunia corrumpendum ſuſceperat. [4]Hic magno cum pondere auri Thebas venit, & [5]Micythum adoleſcentulum quinque talentis ad ſuam perduxit voluntatem, quem tum Epaminondas plurimum diligebat. Micythus Epaminondam convenit, & cauſam adventus Diomedontis oſtendit. At ille Diomedonte coram, Nihil, inquit, opus pecunia eſt. Nam ſi ea rex vult, quæ Thebanis ſunt utilia, gratis facere

ſumptus funeri defuerit. Lege Athenæum lib. I. Admirandæ abſtinentiæ exemplum eſt, quod Iul. Frontinus lib. IV. cap. 3. illum in ſupellectile ſua, præter ahenum & veru unum non habuiſſe refert. *Longol. Mag. Lambin. Thyſ.*

1 *Caruit.*] *Carnerit* noſter & Gifanii codex. placetque ut cum ſuperiore concinnius hæreat, alitèque interpungatur. *Schott.*

2 *Collocari.*] In Ariſt. *& de communi ærario dotibus datis collocarentur.* In Attic. *nata eſt autem Attico neptis ex Agrippa, cui virginem filiam collocarat.* Savaro.

3 *A Diomedonte Cyziceno.*] Refert hoc Plutarchus Ἀποφθ. βασιλ. Idem tradit etiam à Iaſone Theſſalorum tyranno Epaminondæ abſtinentiam tentatam eſſe, miſſis ad ipſum acri paupertate laborantem duobus aureorum millibus; Sed Epaminondam aurum accipere noluiſſe; ſed conjectis in eum oculis dixiſſe: *injuria me laceſſis, vel manus mihi infers nulla laceſſatus injuria,* ἄρχεις χρῶν ἀδίκων. Lege etiam Ælianum Var. Hiſt. lib. XI.

4 *Hic magno cum pondere auri.*] Tribus Daricorum millibus. Plutarch. in Apophth.

5 *Micythum adoleſcentulum.*] *Michitum* habent vetuſtiores Codices: Aldinis in exemplaribus *Micytum* invenio: in Longolianis vero *Mythicum.* Magius. Athenæus lib. XIII. ex Theopompo, adoleſcentem quendam Epaminondæ delicias, Aſopicum nomine commemorat; ſive ſit alius, ſive idem, diverſis nominibus appellatus. *Lamb. Longol. Mag.*

cere ſum paratus: ſin autem contraria, non habet auri atque argenti ſatis. namque orbis terrarum divitias accipere nolo [1] pro patriæ charitate. [2] Te, qui me incognitum tentaſti, tuique ſimilem exiſtimaſti, non miror: tibi ignoſco. Sed egredere propere, ne alios corrumpas, quum me non potueris. Tu Micythe, argentum huic redde, aut, niſi id confeſtim facis, [3] ego te tradam magiſtratui. Hunc Diomedon quum rogaret, ut tuto exire, ſuaque quæ attuliſſet, liceret efferre: Iſtud, inquit, faciam; neque tua cauſa, ſed mea: ne, ſi tibi ſit pecunia adempta, aliquis dicat ad me ereptum perveniſſe, quod delatum accipere noluiſſem. A quo quum quæſiiſſet, quo ſe duci vellet; & ille Athenas diceret; præſidium dedit, ut eo tuto perveniret. Neque vero id ſatis habuit, ſed etiam ut inviolatus [4] in navem aſcenderet, per Chabriam Athenienſem, (de quo ſupra mentionem fecimus) [5] effecit. [6] Abſtinentiæ erit hoc ſatis teſtimonium. Plurima quidem proferre

1 *Pro patriæ charitate.*] Puteanus & Schottus legunt *præ*: Sed *pro* non videtur mutandum, expreſſum ex ἀντὶ. Sic ἀντὶ χρυσέων χαλκέα pro aureis ænea. Xenophon Ageſilao: μᾶλλον ἐκόσμησεν ποιῶν, ὡς ὑπὲρ πάντων τιμῶν χλιὼ δέξασθαι ἀντὶ παλεμίδος. Curtius lib. v. *Quaſcunque fides elegeris, pro patria & domeſticis rebus perituri.* Gebhard.

2 *Te, qui me incognitum tentaſti.*] Hæc pars Orationis Diomedontem reſpicit: illa quæ ſequitur, *Tu argentum huic redde*, ad Micythum. *Boeclet.*

3 *Ego te tradam magiſtratui.*] *Tradere magiſtratui*, nimirum ad pœnam, eſt Ariſtidi, δικαστῇ παραδιδόναι. Apulejus III. Metam. *Quod ſcelus ni ſi tandem deſinis, magiſtratui te conſtanter ob jiciam.* Nam *objicere, efferre magiſtratui* idem ſunt, quod noſtro *tradere*; pro quo Plautus in Truculento: *Apud omnes magiſtratus ſaxo erit nomen tuum.* Keuchenius.

4 *In navem aſcenderet.*] Vetus Liber, *eſcenderet.* Gebhard.

5 *Effecit.*] Sic ſchedæ noſtræ & Giſanii, quam lectionem & Savaro eſt amplexus. Lambin. *curavit.* Neutra vox in Ultraj. *Schett.*

6 *Abſtinentiæ erit hoc ſatis teſtimonium.*] Miſerum Lambinum! qui ſtatim, quæ ipſius captio non eſt, aut delet aut ſupplet peſſimo Latinæ Linguæ. Exiſtimabat heic aliquid deſiderari, quare liberaliter ſuppeditat lectionem *abſtinentiæ erit hoc ſatis magnum teſtimonium.* Vel ordinat: *Hoc teſtimonium abſtinentiæ, quod expoſuimus, ſatis erit.* Denique dictat corrigendum eſſe, *Abſtinentiæ erit hoc ſatis teſtimonii.* Nugæ! Solemne antiquioribus ſcriptoribus apponere nomen eo caſu quem verbum flagitat, neglecto eo, quem vocabulum *ſatis* exigebat, cum regulariter dicendum fuiſſet ſatis teſtimonii, probe extulit Nepos, *abſtinentiæ erit hoc ſatis teſtimonium.* Ovidius:

Fortunamque dies habuit ſatis.

Quod ex vetuſtis codicibus recte, nequicquam relatrantibus indoctis, reſtituit

ferre poſſemus, ſed modus adhibendus eſt, quoniam uno hoc volumine vitam excellentium virorum complurium concludere conſtituimus, quorum ſeparatim [1] multis millibus verſuum complures ſcriptores ante nos explicarunt. Fuit & diſertus, ne nemo Thebanus ei par eſſet eloquentia: neque minus [2] concinnus in brevitate reſpondendi, quam in perpetua oratione ornatus. [3] Habuit obtrectatorem Meneclidem quendam, [4] indidem Thebis, [5] adverſarium in adminiſtranda republica, ſatis exercitatum in dicendo, ut Thebanum ſcilicet. Namque [6] illi genti plus ineſt virium, quam ingenii. Is, quod in re militari ſtorere Epa-

tuit Raphaël Regius. Cic. lib. XII. ad Atticum: *Si ſatis conſilium quæ de re haberem.* Cajus lib. 19. ff. de Oper. Libert. *Satis tempus ad quæſtum faciendum, unde ali poſſit, habeat.* Tacit. lib. XII. 56. m. Annalium: *Sat tamen ſpatium amplexus ad vim remigii.* Ut ibi reſtitui. *Gebhard.* Adde Gruterum ad Plauti Menæch. Prol. 16.

1 *Multis millibus verſuum.*] Vide quæ Lambinus ex Duareno huc notavit. Sunt autem *verſus* lineæ, quas vocamus. Vide Iſidorum l. 6. 14. Horum numero metiri libros ſolebant, eumque in ultima cera adſcribebant. Qui mos & Hebræis Criticis. Vide Caſaubonum ad Athen. VI. 10. & Salmaſ. Prolegom. in Solinum v. *Boecler.*

2 *Concinnus.*] Cujus brevis reſponſio aptiſſime congrueret. M. Tullius de Finibus: *Ariſto concinnus & elegans.* Gebhard.

3 *Habuit obtrectatorem Meneclidem.*] Alii Codices corrupte *Menedidem.* Quod ex conjunctione literarum introductum. Apud Plutarchum eſt Μενεκλείδης in præcept. politicis: Unde legendum *Meneclides.* Idem error in multis aliis ex injuria librariorum irrepſit. *Keuchenius.* Hunc Plutarchus commemorat in Pelopida, eumque dicit fuiſſe δεινότατον μὲν λέγειν, ἀκολάστου δὲ καὶ κακοήθη τρόπου: quod & Probus dicit infra non longe. *Lambin.*

4 *Indidem Thebis.*] Sic Cicero pro Roſcio Amerino: *Indidemne Ameria, an hoſce ex urbe ſicarios? Indidem Thebis.*] *Euclides Socraticus, qui indidem Megaris erat.* Agellius lib. VI. cap. 10. *Keuchenius.*

5 *Adverſarium in adminiſtranda republica.*] *Adverſarius* hoc loco ἀντίτυχος, vel ἀντιλογικός. Plutarchus in Ariſtide. Ἀντιπολιτεία eſt apud Plutarch. in Cæſ. Ἀντιπολιτεύεσθαι in Amat. narrat. *Boecler.*

6 *Illi genti plus ineſt virium.*] Ob craſſum, ut volunt, aërem. Quod notus Horatii verſus docet:

Bœotum in craſſo jurares aëre natum.

Et illud Tullii in L. de Fato: *Athenis tenue cælum, ex quo etiam acutiores putantur Attici: craſſum Thebis; itaque pingues Thebani & valentes.* Tertullianus de anima: *Thebis hebetes & bi utor nati relatum eſt.* Pindarus apud Strab. lib 7. p. m. 321. olim *porcos* inde dictos notat. Attamen Epaminondas, Pelopidas, Ismenias, Cebes, Pindarus, omnes Thebani, ſatis ingenioſi fuerunt. Unde liquet, præter cœlum & patriæ indolem, ſingulis naturam adhuc proprium aliquod ſuumque ingenium & affectus dare: ita ut ſint craſſæ aliquæ in tenui cœlo mentes, & tenues in opaco: quod docte exquirunt Barclaius Icon. anim. c. 10. Salmaſ. de ann. Climact. p. 722. Sed & educatio multum hic poteſt. *Locc.*

Epaminondam videbat, hortari ſolebat Thebanos, ut pacem bello anteferrent, ne illius imperatoris opera deſideraretur. Huic ille, Fallis, inquit, verbo cives tuos, [1]quod hos à bello avocas. [2] Otii enim nomine ſervitutem concilias. [3] nam paritur pax bello. Itaque qui ea diutina volunt frui, bello exercitati eſſe debent. [4] Quare ſi principes Græciæ eſſe vultis, caſtris eſt vobis utendum, non palæſtra. Idem ille Meneclides quum huic objiceret, quod liberos non haberet, [5] neque uxorem duxiſſet: maximeque inſolentiam,

1 *Quod hos à bello avocas.*] Editio Pariſienſis & ſcripti, *evocas.* non ſequor. *Schott.*

2 *Otii nomine ſervitutem concilias.*] Pacis falſo nomine cives tuos alieno jugo ac dominationi ſubjicis. Cicero in Ant. *Cum his facta pax, non erit pax, ſed pactio ſervitutis.* Infra Timoleonte: *Maximo bello tantum otium toti inſulæ conciliavit.* Hamilcare: *Tota Africa tantum otium reddidit.* Cæſar lib. 1. Civil. cap. 5. *Si qua hominum æquitate res ad otium deduci poſſet.* lib. 11. Civil. cap. 36. p. *Erat in opido multitudo inſolens belli diuturnitate otii.* Val. Maxim. lib. VII. cap. 7. *Poſtquam deinde Dionyſium inimica Syracuſanorum libertati capitibuſque inſontium infeſta fortuna cæleſti cuſtodia liberatum, velut fulmen aliquod otio ac tranquillitati injecit.* Tacit. lib. XV. Annal. cap. 6. *Cur deſerta per otium, quæ bello defenderant?* Juſtin. lib. VI. cap. 9. *Inter otia Græcorum ſordidum & obſcurum ante Macedonum nomen emerſit.* Cicero Bruto: *Eloquentia pacis eſt comes, otiique ſocia.* Gebhardus.

3 *Nam paritur pax bello.*] Corinthii apud *Thucyd.* lib. 1. Ἐκ πολέμου δὲ καὶ εἰρήνη μᾶλλον βεβαία ἐστὶ, ἀφ' ἡσυχίας δὲ μὴ πολεμοῦσι, οὐχ ὁμοίως ἀκίνδυνον. *Boeclerus.* Ariſtoteles lib. VII. Polit. cap. 14. Πόλεμον μὲν εἰρήνης χάριν. Cicero de Officiis: *Bellum ita ſuſcipiatur, ut nihil aliud, niſi pax quæſita videatur.* Gebhard.

4 *Quare ſi Principes Græciæ eſſe vultis, caſtris eſt vobis utendum, non palæſtra.*] Non alienum à diſciplina militari, quod apud Tacitum Sejanus produxit, ut nimirum vallum ſtatueretur procul urbis illecebris. Et hæc ratio, cur antiquitus milites ad matrimonia non fuerunt admiſſi, quemadmodum athletæ apud Tertullianum. Lege eundem XIV. Annal. & Galgaci verba in Agricola. Rem elucidavit in commentario Juſtus Lipſius. Vide ſis Galenum etiam, Platonem, Plinium & Iſidorum IX. Originum. *Keuchen.* Tiridates apud Tacitum 15. 1. *Non ignavia magna imperia continentur, virorum armorumque faciendum certamen.* Cæſar apud Lucanum lib. 7. de Græcis militibus,

Grajis delecta juventus
Gymnaſiis aderit ſtudioque ignara paleſtræ,
Et vix arma ferens. Locc.

5 *Neque uxorem duxiſſet.*] Atqui filium habuit Teſibrotum nomine, quanquam eum pater, quod in bello adverſus Lacedæmonios ſuſcepto, ſe abſente ſuoque injuſſu, atque adeo contra imperium ſuum prælium commiſiſſet, interfici juſſit. Auctor Plutarchus περὶ φιλαδελφίας. Et Polyæn. lib. II. Strategem. perſpicue indicat, Epaminondam uxorem habuiſſe, ubi refert à Phœbida Lacedæmonio Epaminondæ uxorem amatam fuiſſe. Sic ille: Ἐπαμινώνδᾳ τῆς γυναικὸς ἠράσθη Φοιβίδας φρουρῶν τὴν Καδμείαν. *Lambin.*

1 *Quod*

lentiam,[1] quod ſibi Agamemnonis[2] belli gloriam videretur conſequutus: at ille, Deſine, inquit, Meneclide, de uxore mihi exprobrare. nam nullius in iſta re minus uti conſilio volo. ([3] habebat enim Meneclides ſuſpicionem adulterii.) Quod autem me Agamemnonem æmulari putas,[4] fallis.[5] namque ille cum univerſa Græcia vix decem annis unam cepit urbem, ego contra ea ex una urbe noſtra, dieque uno, totam Græciam, Lacedæmoniis fugatis, liberavi. Idem[6] quum in conventum veniſſet Arcadum, petens, ut[7] ſocietatem cum Thebanis & Argivis facerent, contraque[8] Calliſtratus Athenienſium legatus, qui elo- 6

1 *Quod ſibi Agamemnonis.*] Oratio implicata, quæ ſic explicanda eſt; quod ſibi Epaminondas Agamemnonis gloriam bello videretur conſecutus. *Lambin.*

2 *Belli.*] Alii *bello.*

3 *Habebat enim Meneclides ſuſpicionem adulterii.*] Erat apud cives ſuos ſuſpectus adulterii: adulterii ſuſpicione in civitate laborabat. Et eſt reſponſio acutiſſima, contra quam putat Monſtrolienſis. Nam qui conſilio adulterorum in ducenda uxore utuntur, iis metuendum eſſe videtur, ne illos etiam ad torum ſuum violandum alliciant: ſive ne ipſis talis iſtorum opera concilietur, cujus illicita conſuetudine ante uſi ſint, aut adhuc uſuros eſſe ſe ſperent. Videtur non abludere Lactant. lib. 1. Inſtit. cap. 9. Ubi non mirum eſſe ait, orbem terræ ab Hercule ſtupris, libidinibus, adulteriis inquinatum, quum eſſet adulterio genitus Alcmenæ. *Gebhard.*

4 *Fallis.*] Lege, *falleris*, id eſt, erras.

5 *Namque ille cum univerſa Græcia.*] Hæc cum ex aliis Poëtis, tum ex Homero nota ſunt. Longum eſſet, Homeri & aliorum Poëtarum verſus referre ad hanc rem pertinentes. Satis ſit nobis Chalcantis augurium protuliſſe: quem ex paſſerum numero, belli Trojani annos auguratum eſſe, canit Homerus Iliad. β. Noti ſunt verſus: eoſque Latine vertit M. Tullius lib. 11. de Divinatione. Ex quibus hos tantum adſcribam:

Nam quod aveis tetro mactatas dente videtis,
Tot nos ad Trojam bellum exantlabimus annos:
Quæ decimo cadit, & pœna ſatiabit Achivos.
Edidit hæc Chalcas, quæ jam matura videtis.

Lambin.

6 *Quum in conventum veniſſet Arcadum.*] Εἰς τὰς μυρίους. Sic enim dicebatur Arcadum conventus. Harpocrat. Μύριοι ἐν μεγάλῃ πόλει. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. συνιόντων ἐστὶ κοινὸν Ἀρκάδων ἀπάντων, ἃ πολλάκις μνημονεύουσιν οἱ ῥήτορες. Vide Xenophontem lib. VI. de reb. Græc. *Lambinus.* Rem clarius commemorat Plutarchus in Apophthegm.

7 *Societatem facerent.*] In Eumene: *perſuadere Eumeni ſtuduit, ut Perdiccam deſereret ac ſecum faceret ſocietatem.* Savaro.

8 *Calliſtratus.*] De quo Xenophon lib. VI. de reb. Græc. cujuſque exſtat Oratio apud Lacedæmonios habita, eodem libro. Commemorat eum & Æſchines Oratione περὶ παραπρεσβ. *Lamb.* Cognomento dictus fuit *Aphydnæus*, Καλλίστρατος Ἀφιδναῖος.

eloquentia omnes eo præſtabat tempore, poſtularet, ut potius amicitiam ſequerentur Atticorum, & in oratione ſua [1] multa invectus eſſet in Thebanos & Argivos, in eiſque hoc poſuiſſet, [2] Animadvertere debere Arcades, quales utraque civitas cives procreaſſet, ex quibus de cæteris poſſent judicare. Argivos enim fuiſſe Oreſtem & Alcmæonem, matricidas; Thebis Oedipum natum, [3] qui quum patrem ſuum interfeciſſet, ex matre liberos procreaſſet. Hic in reſpondendo Epaminondas, quum de cæteris peroraſſet, poſtquam ad illa duo opprobria pervenit, admirari ſe dixit ſtultitiam rhetoris Attici, qui non animadverteret, innocentes illos natos, domi ſcelere admiſſo [4] quum patria eſſent pulſi, receptos eſſe ab Athenienſibus. Sed maxime ejus eloquentia eluxit Spartæ [5] legati ante pugnam Leuctricam; quo quum omnium ſociorum conveniſſent legati, coram frequentiſſimo [6] legationum conventu ſic Lacedæmoniorum tyrannidem coarguit, ut non minus illa oratione opes eorum concuſſerit, [7] quam Leuctrica pugna. Tum

1 *Multa invectus eſſet in Thebanos.*] Loquitur infra pari modo: *Nonnulla inveherentur in Timotheum.*

2 *Animadvertere debere Arcades.*] Refert hoc Plutarchus Ἀποφθ. βασιλ. & πολιτ. ἀνδρικ. De Oreſte & Clytemneſtra, ejus matre; Oedipo & Laio patre, notæ fabulæ: Legendus *Sophoclis* Oedip. tyrannus, & *Euripidis* Oreſtes.

3 *Qui cum patrem ſuum interfeciſſet, ex matre liberos procreaſſit.*] Pater erat Laius, mater Jocaſta, Creontis Thebanorum Regis filia.

4 *Quum patria eſſent pulſi.*] Sic Plutarchus: Ἡμεῖς μὲν ἐξελαθέντες, Ἀθηναῖοι δὲ ὑπεδέξαντο. *Lambin.*

5 *Legati ante pugnam Leuctricam.*] Hæc omnia omittunt Longol. Magius & Lambinus, erant tamen in noſtris & Gifanii Membranis. Sed ne quid diſſimulem, intruſum videtur ab ora. *Schott.*

6 *Legationum.*] *Legionum* integre in ſcriptis, fortaſſe non male, itaque Longol. edendum curavit, à quo Lambinus cæterique diſcedunt. *Schott.*

7 *Quam Leuctrica pugna.*] De qua *Diodorus* lib. XV. *Xenophon* VI. de reb. Græc. *Plutarch.* in Pelopida, *Pauſanias* Bœoticis. Occiderunt in ea Lacedæmoniorum, ut narrat Diodorus & alii, quatuor millia & regem eorum Cleombrotum. Exponunt autem Xenophon, Diodorus, Cicero, prodigia & oſtenta, quæ cladem illam anteceſſerunt, & præſignificarunt. *Lambin.* Quo tempore etiam Lacedæmonii ἡγεμονίαν Græciæ amiſerunt, quam per annos D. obtinuerant; ἡγεμονίαν autem hic accipe κυρίως, de ducatu ſolo, non vera dominatione. Quare Plutarchus rectè dixit eos πρωτεῦσαι τῆς Ἑλλάδος, principem inter Græcos locum obtinuiſſe, non ἀρχῆς. De hoc autem ſpatio annor. D. cujus caput eſt νομοθεσία Lycurgi, vide quæ ſcribit decus ſæculi λαμπρὸς τῷ περὶ αἰώνων Joſephus Scaliger ad numerum Euſebianum MCXXXII. *Caſaubonus.*

1 *Quod*

Tum enim perfecit, quod poſt apparuit, ut auxilio ſociorum Lacedæmonii privarentur. Fuiſſe patientem, ſuo- 7
rumque injurias ferentem civium, [1] quod ſe patriæ iraſci nefas eſſe duceret, [2] hæc ſunt teſtimonia. Quum eum propter invidiam cives præficere exercitui nōluiſſent, duxque eſſet delectus belli imperitus, cujus errore eo eſſet deducta [3] illa multitudo militum, ut omnes de ſalute pertimeſcerent, [4] quod locorum anguſtiis clauſi, ab hoſtibus obſidebantur: deſiderari cœpta eſt Epaminondæ diligentia. [5] erat enim ibi privatus numero militum. A quo quum peterent opem, [6] nullam adhibuit memoriam contumeliæ; & exer-

1 *Quod ſi patriæ iraſci nefas eſſe duceret.*] Divinæ indolis hæc ſunt teſtimonia: nam quot ſunt, qui injurias unius atque alterius civis ruina univerſæ patriæ ulti non ſint? Liv. lib. XXVII. Ut *Parentum ſævitiam; ſic patriæ injurias patiendo ac ferendo leniendas eſſe.* Tacit. lib. I. Annal. cap. 10. *Quamquam fas ſit privatæ odia publicis utilitatibus remittere.* Gebh. Exemplum patientiæ injuriarum à civibus acceptarum ſuppeditat Valer. lib. III. cap. 7. ext. 5. *Epaminondas; quum ei cives irati ſternendarum in oppido viarum contumeliæ cauſſa curam mandarent (erat enim illud miniſterium apud eos ſordidiſſimum) ſine ulla cunctatione id recepit.* Apud eundem lib. eod. c. VIII. 2. Q. Fabius Maximus quoque nunquam *ſibi Reip. iraſci permiſit: tam perſeverans in amore civium fuit.* Elegans admodum ſententia illa eſt, quam profert de P. Scipione Africano libro V. cap. III. 2. *Igitur hanc unam Scipionis vindictam ingrati animi urbs Roma ſenſit: majorem me hercule Coriolani violentia. Ille enim metu patriam pulſavit, hic verecundia: de qua ne queri quidem tanta veræ pietatis conſtantia niſi poſt fata ſuſtinuit.* Ejuſdem oris locutio eſt Attico; ut qui ſemel curſim hujus, & cæterorum Excellentium Imperatorum Vitas legerit, diverſoſque & hujus & illarum auctores ſtatuat, eum nihil in Lingua Latina, & uſu puriorum Scriptorum ſapere judicem. *Hunc*, inquit, *ea fuiſſe in ſuos indulgentia, ut quos amare deberet, iraſci eis nefas duceret.* Gebhard.

2 *Hæc ſunt teſtimonia.*] Legendum fortaſſe eſt, *hæc ſunt teſtimonio:* Quanquam nihil muto. *Lambin.*

3 *Illa militum multitudo.*] Sic fere cod. Gif. probante Gebhardo. Ms. Leid. *illa multitudinem militum.* Ms. Boecl. & & Vulgati: *res illa militum.* quid ſi legas: *eo eſſet ded. res, illa multitudine militum?* h. e. in tanta militum multitudine. nam mox ait, locorum anguſtiis clauſos atque ab hoſtibus obſeſſos fuiſſe. Hoc igitur videtur innuere, in his anguſtiis multitudinem ſibi ipſi fuiſſe impedimento, ne tota hoſti reſiſtere, aut etiam commode recedere poſſet.

4 *Quod locorum anguſtiis.*] Hoc narrat Diodorus lib. XV. Bibl.

5 *Erat enim ibi privatus.*] Cauſam adjungit ibidem Diodorus, quare cum iis, qui in Theſſaliam miſſi erant, privatus militabat: ἐπιθυμήσας δὲ τῆς αἰτίας πῶς ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ ἰδιώτης ὢν ἐστρατεύετο μετὰ τῶν εἰς Θετταλίαν ἀποσταλέντων, ἀποδοτέον ἡ οἰκείου λόγου ἡ ἀπολογίας. Vide ſequentia.

6 *Nullam adhib. mem. contumeliæ.*] Ita Liv. 5. de Camillo: *Maluit hic tantus vir patriæ quam injuriæ ſuæ memor eſſe.* Tullius de ſe 1. ep. 9. *Craſſi omnes graviſſimas injurias, communis concordiæ cauſſa, voluntaria quadam oblivione contexerunt.*

& exercitum obſidione liberatum, domum reduxit incolumem. Neque vero hoc ſemel fecit, ſed ſæpius. Maxime autem fuit illuſtre, quum in Peloponneſum exercitum duxiſſet adverſus Lacedæmonios, haberetque collegas duos, quorum alter erat [1] Pelopidas, vir fortis ac ſtrenuus. Hìc cum criminibus adverſariorum, omnes in invidiam veniſſent, [2] ob eamque rem imperium his eſſet abrogatum, atque in eorum locum alii prætores ſucceſſiſſent: Epaminondas [3] plebiſcito non paruit, idemque ut facerent, perſuaſit collegis, & bellum quod ſuſceperat, geſſit. Namque animadvertebat, ubi id feciſſet, totum exercitum propter prætorum imprudentiam inſcitiamque belli periturum. [4] Lex erat Thebis, quæ morte mulctabat, ſi quis imperium diutius

1 *Pelopidas.*] Cujus vitam etiam Plutarchus ſcripſit; ibique, unde nata ſit Epaminondæ & Pelopidæ amicitia, multis verbis expoſuit. Hic, ut ibidem Plutarchus tradit, in pugna Leuctrica non habebat imperium, neque erat Bœotarches, ſed ſacræ cohorti tantum præerat. Conſtabat autem ſacra cohors ex amantibus, & iis, qui amarentur. Secutus ſum autem paullo ante exempla Baſil. Colon. & omnium antiquiſſima Argentor. in quibus impreſſum eſt; *haberetque collegas duos, &c.* Nam cætera habent: *haberetque collegas ſuos.* Sic autem legendum eſſe, declarat id, quod ſequitur; *quorum alter erat, &c.* Ita ex auctoritate Probi tres erant imperatores. Neque obſtat, quod dicunt alii, ſex fuiſſe. Nam non ſemper inter ſe congruunt hiſtorici, ut apparet. *Lamb.*

2 *Ob eamque rem imperium his eſſet abrogatum.*] Plutarchus in Pelopida, hoc non ſcribit, ſed ſolum elapſum fuiſſe dicit tempus imperii à lege præfinitum: *Supererant*, inquit, *haud multi dies menſi, qui magiſtratui terminus aderat: munuſque primo menſe futuro, deſignati imperatores inituri erant. Quare illis qui exercitui præerant, vel imperium deponendum, vel capitis pœna ſubeunda erat.* Et paullo inferius de Epaminonda & Pelopida: *Ambo enim cum rediiſſent, capitis accerſiti ſunt, quoniam non depoſito magiſtratu primo futuro menſe quo lex jubebat, quem βουάρχιον appellant, quatuor item totos menſes, præter legem eo functi eſſent; quibus & in Meſſenia, & Arcadia, & Laconica commorati ſunt.* Hæc Plutarchus. Hujus rei mentionem quoque facit in Politic. & Apophth. *Magius.*

3 *Plebiſcito.*] Malim *populiſcito.* Gebhard. Quod etiam obſervat ad Alcibiadem Schottus.

4 *Lex erat Thebis.*] Ælianus de Var. hiſtor. lib. XIII. Ἐπαμινώνδας ἔθετο δίκλιν θανάτου ἐπιτιμηθὲν ἐν τῷ Λακωνικῇ, ὡς ἐπὶ πολὺν τὴν βοιωταρχίαν τέτταρας μηνὰς ἄρξας ὁ νόμος. Sic Plutarchus ἐπιφθ. βασιλ. & Cicero lib. 1. de Inventione. Meminit iſtius legis Alexander ab Alexandro lib. IV. cap. 6. Genialium dierum. Aliter fiebat apud Romanos, quorum Prætor exacto anno domum redire, claſſemque ſucceſſori tradere cogebatur, niſi cum imperium ei extra ordinem eſſet prorogatum. Status ſcripti & ſententiæ. Meminerunt plurimi veterum, Cicero 1. de Invent. Plutarch. præc. polit. Ælianus XIII. Var. cap. 42. Hermogeni eſt ἡ κατὰ νόμον καὶ ἀλόγιστον ζήτησις, *quæſtio dicta*

diutius retinuiſſet, quam lege præfinitum foret. Hanc Epaminondas quum Reipublicæ conſervandæ cauſa latam videret, ad perniciem civitatis conferre noluit; & quatuor menſibus diutius, quam populus juſſerat, geſſit imperium. Poſtquam domum reditum eſt, [1] collegæ ejus & hoc crimine accuſabantur. Quibus ille permiſit [2] omnem ut cauſam in ſe transferrent, ſuaque opera factum contenderent, ut legi non obedirent. Qua defenſione illis periculo liberatis, nemo Epaminondam reſponſurum putabat, quod quid diceret, non haberet. At ille in judicium venit; nihil eorum negavit, quæ adverſarii crimini dabant, omniaque quæ collegæ dixerant, confeſſus eſt: neque recuſavit, quo minus legis pœnam ſubiret: ſed unum ab iis petivit, [3] ut in periculo ſuo conſcriberent: EPAMINONDAS

dicti & ſententiæ, nam ῥητὸν ponitur ἀντὶ τῆ ἐξεσέφυ, quo actores urgebant. Epaminondas autem defenſus eſt τῇ ἀληθείᾳ. Similia exempla adfert Hottomannus lib. VI. Obſ. Jur. cap. 21. *Keuch.*

1 *Collegæ ejus.*] Plutarchus in Pelopida, reliquos duces præter Pelopidam & Epaminondam legi paruiſſe dicit, ſoloſque Pelopidam & Epaminondam capitis fuiſſe accerſitos. In apopht. tamen Probo adſtipulatur, inquiens: *Epaminondam coactum fuiſſe cauſam capitis cum collegis dicere.* Magius.

2 *Omnem ut cauſam in ſe transferrent.*] Ad verbum Plutarchus: εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρειν τὴν αἰτίαν. Simili propemodum pacto evaſit ſive M. Nævii, ſive Petiliorum judicium P. Scipio apud Valer. Maximum lib. III. cap. 7. 1. *Gebhard.*

3 *Ut in periculo ſuo conſcriberent.*] Tuentur hanc lectionem Cujacius Obſervat. v. cap. 25. & paratit. in tit. Codicis 44. de ſent. ex periculo recitandis. & Schoppius lib. IV. Veriſimil. cap. 18. niſi quod hic etiam corrigat *inſcriberent.* Lambinus conjectabat *in cippo* ſeu *cippulo ſuo*: Memnius in *ſcapulo ſuo*: Magius *breviculo*: Longolius *peryſtilio*: (eſt autem *Peryſtilium* ſtructura quæ columnas conjungit eaſque ambit. ponitur pro ipſis columnis. accedit ad illam ſententiam Plutarchus) Aldus *ſepulcro.* Savaro. Gebh. Hugo Grotius mallet *periculum* in ſparſione florum ad Jus Juſtinianæum. *Boecl.* Plutarchus & Ælianus τύμβῳ vocant, & intelligunt cippum vel titulum ſepulchri, ut apud Juvenalem:

—— *titulo res digna ſepulchri.*

Plutarchus in Epaminonda: Ἀξίαν εἶ λοιπὸν εἰνοῦν αὐτὸν ἐπιγράψαι τῷ τύμβῳ καταδίκῃ. Proprie *periculum* eſt qui Græcis ἐλεγχος, titulus vel index ad aliquid declarandum. Hinc *periculum alicujus rei facere*, eſt ἐλέγχειν ποιεῖν; ἐλέγχειν. Callimachus in Epigrammate ἀνεκδότῳ de Oreſte:

Οὐδ' ἔλαθ' ἐξέτασιν τῆ Φοκέος, ἅ πε ἐλέγχῃ
Τὸν φίλον, ἀλλὰ καὶ ἓν δρεμὶ ἐδέξατο μόνον.

Unde *periclitari*, pro explorare & cognoſcere, etiam apud Ciceronem. Et *periclitari naturas locorum*, Solino. Ab antiquo verbo *perior*, cujus compoſitum *experior.* Inde & *periculamagiſtratuum*, apud Cicer. in Verrem l. 3. tabellæ ex quibus ſententiam recitabant. *Salmaſ.* Magno in libr. Notarum D. P. de ge-

DAS A THEBANIS MORTE MULCTATUS EST, QUOD EOS COEGIT [1] APUD LEUCTRA SUPERARE LACEDÆMONIOS, QUOS ANTE SE IMPERATOREM NEMO BOEOTIORUM [2] AUSUS FUIT ASPICERE IN ACIE: [3] QUODQUE UNO PRÆLIO NON SOLUM THEBAS AB INTERITU RETRAXIT, SED ETIAM UNIVERSAM GRÆCIAM [4] IN LIBERTATEM VINDICAVIT: EOQUE RES UTRORUMQUE PERDUXIT UT THEBANI SPARTAM OPPUGNARENT, LACEDÆMONII [5] SATIS HABERENT

de periculo. Collatio Carthaginenſis 11. c. 68. *memores periculi.* Savaro. Videtur autem hoc mihi ſentire Nepos, Epaminondam ſe quidem obtuliſſe pœnæ; ſed petiiſſe, ut in actis illis, in quibus ſuum periculum, uſitato omnibus civitatibus more, ad memoriam notaretur, talia inſcriberent, quæ ſubjungit. Habent quippe civitates bene conſtitutæ tabulas publicas, in quas relata nomina & cauſſæ ſupplicio affectorum. Hinc intelligendus Val. Max. lib. IX. cap. 11. de L. Sulla: *Quatuor millia & ſeptingentos diræ proſcriptionis edicto jugulatos in tabulas publicas retulit, videlicet ne memoria tam præclaræ rei diluceretur.* Gebh.

1 APUD LEUCTRA.] Alii videntur velle ac ſignificare, Epaminondam cum ſuis collegis adverſus legem commiſiſſe poſt pugnam Leuctricam. *Lambin.*

2 AUSUS FUIT ASPICERE.] Ἐτόλμησεν ἀντοφθαλμεῖν, vel ἀντοφθαλμεῖν, hoc eſt, ὀρθοῖς ὄμμασι προσβλέπειν, *rectis & irretortis oculis intueri.* Proverbium olet. Notavimus in Comment. Horatianis ad illum locum Od. 2. l. 11.

Quiſquis ingentes oculo irretorto
Spectat acervos. Lamb.

Ergo ſolo ante Imperatorem Epaminondam adſpectu Bœotios debellabant Lacedæmonii. Id terroris habebant & Romani. Tacit. lib. III. Annal. c. 45. m. *Viderent modo adverſos & adſpicerentur, id ſatis ad victoriam.* Iterum lib. III. Hiſtor. cap. 24. *Fruſtra minis & verbis provocatos intelligunt, ſi manus eorum oculoſque non tolerent.* Cæſar lib. I. de Bello Gallico: *Sæpenumero cum iis congreſſis, ne vultum quidem atque aciem oculorum ferre potuiſſe.* Liv. lib. VII. cap. 33. *Samnites cum quærerentur, quænam prima cauſa tam obſtinatos moviſſet in fugam? Oculos ſibi Romanorum ardere viſos ajebant, profanos vultus & furentia ora.* Polybius dixit ἐδεῖς ἐτόλμα μεῖναι πρόσωπον. Item lib. III. ὧν οὐδεὶς ἐτόλμα ἐν τοῖς ὅπλοις πολεμεῖν πρὸς αὐτὸς ἀντοφθαλμεῖν ἐτόλμα. Diodor. extulit τόλμα ὑπερτάξαι. lib. XV. Οἱ μὲν Θηβαῖοι, inquit, δυσωπείας τινὰς ἑτέρας καταλαμβανόμενοι διεκώλυον μὲ τὸς πολεμίους λεηλατεῖν τὴν χώραν, καὶ τόλμα δὲ πρὸς ἅπασαν τὴν δύναμιν ἐν τοῖς πεδίοις ἀντόλμων ὑπερτάξαι. Florus lib. II. cap. 18. *Mancinum aſſiduis cædibus vita ſubegerunt, ut ne oculos quidem, aut vocem Numantini viri quiſquam ſuſtineret.* Gebhard.

3 QUODQUE UNO PRÆLIO.] *Quoque*, Edit. Pariſ.

4 IN LIBERTATEM VINDICAVIT.] Lacedæmonii clade Leuctrica & Mantineenſi accepta, principatum Græciæ amiſerunt. Vide *Diod.* XV. Quod etiam ante obſervatum eſt.

5 SATIS HABERENT.] Contenti eo ſolo erant, nihil amplius requirebant. *Satis habere* eſt Græcis ἀγαπᾶν. Ælian. lib. IV. Var. Hiſt. Ἠγάπα γὰ εἰ δωσθείη ἀφεῖναι αὐτὸν ἠνιμόνευ. Lib. XV. Ἀγαπητὸν ὑπάρχειν ἐδόκει τὰς πολλὰς ὁλίγας νικήσας. Polyæn. lib. IV. in Philippo Com. 17. Ἀθλιῶτες δὲ ἠγάπησαν τὸν ἐν δίκῃ ἀγῶνα ἀφεῖναι. Loqui ſimilem in modum amant optimi Scriptores. Cæſar lib. III. Civil. cap. 46. *Noſtri vero, qui*

HABERENT [1] SI SALVI ESSE POSSENT: NEQUE PRIUS BELLARE DESTITIT, QUAM, [2] MESSENA CONSTITUTA, URBEM EORUM OBSIDIONE CLAUSIT. Hæc quum dixiſſet, [3] riſus omnium cum hilaritate coortus eſt, neque quiſquam judex auſus eſt ferre ſuffragium. Sic à judicio capitis maxima diſceſſit gloria. Hic extremo tempore imperator [4] apud Mantineam, quum acie inſtructa [5] audacius inſtaret 9

qui ſatis habebant ſine detrimento diſcedere. Hirt. lib. VIII. cap. 6. *Cæſar tempore anni difficillimo cum ſatis haberet convenientes manus diſſipare.* Curt. lib. IV. cap. 81. *Rex monere ut ſatis haberent, arma retinere, cæteraſque redditurum.* Tac. lib. II. Annal. cap. 37. *Satis habebam, ſi tenues res meæ nec mihi pudori, nec cuiquam oneriſorent.* lib. IV. Annal. cap. 37. *Ego me, P. C. mortalem eſſe & hominum officia fungi, ſatiſque habere, ſi locum principem impleam.* lib. XV. cap. 25. f. *Regreſſum Pœtum, cum graviora metueret, facetiis inſectari ſatis habuit.* Cæſar. Nepos Timoleonte: *Hoc ſuperato Timoleon maximas copias Carthaginienſium apud Crimeſſum fluvium fugavit, ac ſatis habere coëgit, ſi liceret Africam obtinere.* Eumene: *à cæteris tantum ſatis habeant ſe defendere.* Annibale eadem ferme repetit. Juſtinus lib. XXII. cap. 8. f. *Tunc reſpondit ſatis habere ſe, quod ſuperſtites eos eſſe Agathocliis liberis ſciat.* Salluſt. Jugurth. *Satis habebatis animum retinere.* Gebhard.

1 SI SALVI ESSE POSSINT.] Si urbem defendere poſſent. Diodor. l. XV. Spartam à Thebanis eſſe oppugnatam, & à Lacedæmoniis ægre illam quidem defenſam, ſed tamen non ſine Thebanorum incommodo ac detrimento, multis verbis refert. *Lambin.*

2 MESSENA CONSTITUTA.] RESTITUTA, Savaro & Giſanii Codex. *Schott.* Sic in antiquo nummo Tiberii: CIVITATIBUS ASIAE RESTITUTIS. *Keuch.* Ἔκτισε τὴν Μεσσήνην. *Diod.* Lege etiam Pauſaniam in Bœoticis, ubi refert Elegiam ſtatuæ ejus inſcriptam his verbis:

Ἡμετέρης βελαῖς Σπάρτη μ' ἐπιέσσατο δῖζυν,
Μεσσήνην δ' ἐσιδὼν τέκνα χεόντα λύκῃ.
Θῆβαι δ' ἐσωσίζιν μεγάλη πόλις ἐστεφάνωσ',
Αὐτόνομόν δ' Ἑλλὰς πᾶσ' ἐς ἐλευθερίην.

3 *Riſus omnium.*] Sic Plutarchus Ἀποφθ. βασιλ. Ἐξῆλθον ἂν οἱ δικασταὶ σὺν πολλῷ γέλωτι, μηδὲ τὰς ψῆφους ἐπ' αὐτὸν ἀναβαλόντες. *Lamb.*

4 *Apud Mantineam.*] Urbem Arcadiæ. Lege Diodor. XV. Xenoph. VII. ἑλλ.

5 *Audacius inſtaret hoſtibus.*] Ἀφειδῶς τῇ τολμῇ χρώμενος. Polybius lib. II. de Hamilcare: χρώμενος τολμηρῶς καὶ ἀφειδόλως ἑαυτοῦ καὶ τῶν κινδύνων καιρόν. Diodorus de hac re ipſa: προθυμότερον προσπαλαίειν τῷ δυμῷ. Cæterum perperam heic fecit Epaminondas, ac minus pro prioris vitæ ſapientia ac moderatione. Nihil enim minus prudenti Imperatori, quam audacia convenit, qua non ſolum ipſe, ſed qui ſalutem tali commiſerunt, ruunt. Licet hoc verbis Crateri intelligere apud Curt. lib. XI. cap. 32. *Sed quis Deorum hoc Macedoniæ lumen ac ſidus diuturnum polliceri poteſt; cum tam avide manifeſtis periculis offeras corpus, oblitus tot civium animas trahere te in caſum.* Nam ſi probe intuearis Ducem, ejus ſalute exercitus incolumitas continetur, & capite ablato reliquus truncus ſe non movere, nedum ſpirare poterit. Ἰφικράτης τ' στρατηγὸν εἰκάζε καφαλῇ. ὅταν δ' ὁ στρατηγὸς πόλληται, τὸ πᾶν ἄχρηστον οἶχε. Itaque quantum audacia Ducis temere ſe periculis offe-

rentis

inſtaret hoſtibus, cognitus à Lacedæmoniis, [1] quod in ejus unius pernicie patriæ ſitam putabant ſalutem, univerſi in unum impetum fecerunt: neque prius abſceſſerunt, quam magna cæde facta multiſque occiſis, fortiſſime ipſum Epaminondam pugnantem, [2] ſparo eminus percuſſum, concidere viderunt. Hujus caſu aliquantum retardati ſunt Bœotii; neque tamen prius pugna exceſſerunt, quam repugnantes profligarunt. At Epaminondas, quum animadverteret

rentis damni concitet, manifeſte appareret. Vidit id profecto Perdiccas apud Curt. lib. x. cap. 24. *Illud ſcire debetis militarem ſine duce turbam corpus eſſe ſine ſpiritu.* Avidum præcipitium Cyrum Juniorem monere non deſtitit Clearchus, ne corpore ſuo vellet periclitari, cum nihil aut parum emolumenti eo poſſet exercitui addere: exitio vero univerſos ipſum ſequentes traheret in perniciem. Lubet verba Polyæni advocare è libro II. Κλέαρχος, inquit, Κύρῳ μὲ συμβαλόντι αὐτὸν μὴ κινδυνεύειν, ἀλλ' ἐφορᾶν τὴν μάχην. μαχόμενον γὰρ μηδὲν μέγα συμπεραίνειν. Παθόντα δ' πάντας ἀπολέσαι τοὺς μετ' αὐτόν. Jul. Capitol. in Maximinis judicat, Imperatorem uti manu & ferro, eſſe barbaricam temeritatem cap. XII. *Habuit*, inquit, *hoc barbaricæ temeritatis, ut putaret Imperatorem manu etiam ſua ſemper uti debere.* Quippe in bello pleraque *auſpiciis & conſiliis, quam telis ac manibus geruntur.* Tacit. XIII. Annal. cap. 6. *Gebhardus.*

1 *Quod in ejus unius pernicie patriæ ſitam putabant ſalutem, univerſi in unum impetum fecerunt.*] Infra Eumene: (ne quis diverſos exiſtimet ſcriptores) *Cujus in pernicie poſitam ſpem habuiſſent victoriæ.* Cæterum prudentiſſimum hoc conſilium nunquam non eventu felix fuit. Nam occiſo duce reliquorum militum virtus cæca, manca atque inutilis. Qui negotium cum ſerpente incepiſſet, is impetu in caput facto, eoque obtrito, nihil à reliquo corpore noxæ metuat. Hujus ſimulacri ipſe Epaminondas auctor eſt apud Polyæn. lib. II. Μέγιστον ἔχειν συλλαβὼν εὐεξίᾳ Θηβαίοις, καὶ πάντων ἐναντίον τὴν κεφαλὴν ἢ ὄψιν σωτηρίας, ὁρᾶτε, ἔφη, ὅτι τὸ λοιπὸν σῶμα ἄχρηστον ἄνευ κεφαλῆς ἐγκρυφίης. Quod Lacedæmoniis conſtitutum fuerat, id à Romanis crebrius factitatum. Cæſar lib. v. de Bello Gallico cap. 58. *Præcipit atque interdicit Labienus, omnes unum peterent Indutiomarum, ne quis quemquam prius vulneraret, quam illum interfectum videret.* Annal. cap. 73. *Dat negotium Blæſo, cæteros quidem ad ſpem proliceret arma ſine noxa ponendi; ipſius autem ducis quoque modo potiretur.* Idem lib. IV. Annal. cap. 25. *Differtur per manipulos Tacfarinatem omnes notum tot præliis confectentur: non niſi duce interfecto requiem belli fore.* Idem.

2 *Sparo eminus percuſſum.*] *Sparus eſt* (inquit Servius) *ruſticum telum, in modum pedis recurvum.* Vide Feſtum, Nonium, Varronem, Siſennam, & alios. Vetus Gloſſarium: *Sparus: εἶδος ἀκοντίου, genus teli.* Quo Græci frequentiſſime utebantur. Cæterum non conſentiunt de percuſſore Scriptorum opiniones, quemadmodum gentium, quas conjungit Pauſanias in Arcadicis: *Epaminondam autem occiſum eſſe Mantineenſes quidem à Machærione quodam Mantineenſi dicunt: Lacedæmonii vero ſimiliter à Lacedæmonio quodam, & ei homini Machærionis nomen fuiſſe volunt. Sed fama eſt apud Athenienſes, cum qua conſentiunt Thebani, vulneratum eſſe Epaminondam à Gryllo,* (Xenophontis filio.) Vide ſequentia.

1 *Mor-*

verteret [1] mortiferum ſe vulnus accepiſſe, ſimulque [2] ſi ferrum, quod ex haſtili in corpore remanſerat, extraxiſſet, [3] animam ſtatim amiſſurum: [4] uſque eo retinuit, quoad renunciatum eſt, viciſſe Bœotios. Id poſtquam audivit: Satis, inquit, vixi, invictus enim morior. Tum ferro extracto, [5] confeſtim exanimatus eſt. [6] Hic uxorem nunquam duxit: in quo quum reprehenderetur à Pelopida, [7] qui filium habebat infamem: maleque eum in eo patriæ conſulere

[1] *Mortiferum ſe vulnus accepiſſe.*] Mortale, lethale, θανάσιμον. ſic *Mortiferum bellum* Ennio Telamone. M. Tullius pro Sextio: *Plaga inſanabilis illa & mortifera.* Cicero pro Sylla: *Accepit Sylla vehemens & mortiferum vulnus.*

[2] *Si ferrum, quod ex haſtili in corpore remanſerat, extraxiſſet.*] Ferri ſpari extractum alii hiſtorici *ſpiculum* vocant, aut *haſtam.* Val. Max. lib. III. cap. 2. Interpretes Pauſaniæ in Arcadicis, & Rhodomannus Diodor. Siculi lib. XV. & Donatus Ponzanus notavit ex Ælian. *Haſtam* vocavit Cicero lib. V. Fam. & II. de Finibus. *Dempſterus* ad Roſinum lib. X. 10.

[3] *Animam ſtatim amiſſurum.*] *Emiſſurum* ex Mss. emendavi. ita *efflare animam* dixit in Pauſania. *emittere ſpiritum.* Marcian. in libr. 18. §. *in quibus, de reb. dubiis*, & non ſemel Damaſus de vita Pontificum. Jocoſe Plautus, *Cave ne quid emittat animæ.* Savaro. Non probo factum Savaronis *emiſſurum* ſubſtituentis. Sic Cicero pro S. Roſcio: *Per ſummum dedecus vitam amittere.* Auctor ad Herenn. *Decius amiſit vitam, at non perdidit: recepit patriam, amiſit animam.* Gebhard.

[4] *Uſque eo retinuit, quoad renuntiatum eſt, viciſſe Bœotios.*] Juſtin. lib. VI. 8. *Ut relatus in caſtra ſemianimis, vocem ſpiritumque collegit, id unum à circumſtantibus requiſivit, num cadenti ſibi ſcutum ademiſſet hoſtis. Quod ut ſervatum audivit, allatumque, velut laborum gloriæque ſocium oſculatus eſt. Iterum quæſivit, utri viciſſent. Ut audivit Thebanos, Bene habere ſe rem dixit: atque ita velut gratulabundus patriæ, exſpiravit.* Sic Oroſius III. 2. Diodorus. Ælian. XII. Var. Plutarchus ὑποφθ. βασιλ. Valer. Max. III. 2.

[5] *Confeſtim exanimatus eſt.*] Τῷ δὲ Ἐπαμινώνδᾳ ἐξαυρεθέντος ἀνὰ πάσης ταραχῆς ἐξέπνευσεν. Val. *E corpore deinde ſua haſtam educi juſſit, eoque vulnere exſpiravit.* Gebhard.

[6] *Hic uxorem nunquam duxit.*] Quis Nepotem contra Lambinum defendet? Arguit eum falſitatis manifeſtæ ex Plutarcho & Polyæno. Plutarchi locus jam non ſuccurrit. Polyæni verba non demunt fidem Cornelio noſtro. Aliud enim eſt *habere mulierem*, aliud γαμεῖν. Uxorem quidem non duxiſſe teſtantur omnes Epaminondam; aſt caput libenter cum ſcortis collimaſſe, apparet ex iſto Plutarchi loco in Ἀγησιλάῳ. Ἄρεσκε δ' ἀνθρώπων, inquit Philoſophus, ὁ Ἐπαμινώνδας, ἀρνησάμενος δηλῶσαι τῷ Πελοπίδᾳ τὴν κόπλον ἐν τῇ εἰρκτῇ ἀζεῖναι, καὶ μεῖζον, ἢ ἀναμεῖναι δηθείσης ἀφεῖς, τοιαῦτας ἔφη, χάριτας, ὦ Πελοπίδα, λαμβάνειν ἐπιεικέστατος ἐν στρατηγοῖς πρέπον ἐστίν. Valer. lib. III. cap. 2. verbis ultimis Epaminondæ: *Orbus*, inquit, *non tam ſine liberis murior: quoniam mirificas filias Leuctra & Mantineam relinquo.* Idem.

[7] *Qui filium habebat infamem.*] Fatale bonorum virorum habere degeneres liberos infortunium, quod felicitatem reliquam non leviter debilitat. Plin. Panegyr. cap. 83. *Multos illuſtres, ſoris*

claros

lere diceret, [1] quod liberos non relinqueret: Vide, inquit, ne tu pejus conſulas, qui talem ex te natum relicturus ſis. Neque vero ſtirps mihi poteſt deeſſe, namque ex me natam relinquo pugnam Leuctricam, quæ non modo mihi ſuperſtes, ſed etiam immortalis ſit, neceſſe eſt. Quo tempore, duce Pelopida, exules Thebas occupaverunt, & præſidium Lacedæmoniorum [2] ex arce expulerunt, Epaminondas, quamdiu facta eſt cædes civium, [3] domi ſe retinuit, quod neque malos defendere volebat, neque impugnare, ne manus ſuorum ſanguine cruentaret. Namque omnem civilem victoriam funeſtam putabat. Idemque poſtquam apud [4] Cadmeam pugnari cum Lacedæmoniis cœpit, [5] in primis ſtetit. Hujus de virtutibus vitaque ſatis erit dictum, ſi hoc unum adjunxero, quod nemo eat inficias: Thebas & ante Epaminondam natum, & [6] poſt ejuſdem interitum, perpetuo alieno paruiſſe imperio: [7] contra eas quamdiu ille præfuerit reipublicæ, caput fuiſſe

claros domeſtica deſtrubat infamia. Ideo perverſam prolem Auguſtus appellare ſolitus erat *vomicas* & *carcinomata* apud Sueton. lib. II. cap. 65. Comparantur quoque degeneres excrementis corporis, Pituitæ, Pediculis & cæteris. Diog. Laërt. lib. II. in Ariſtippo: Ἡπίστατό τις αὐτὸν ἢ ὑὸν ὀπορρίπτοντα, ὡσαυτῶς ἐκ ἐξ αὐτῆς γεγονότα· καὶ ὅς, καὶ φλέγμα, φησὶ, καὶ τὰς φθεῖρας ἐξ ἡμῶν ἴσμεν γεννωμένας, ἀλλ' ἀχεῖα ὄντα ὡς προσοίσεται φιλοῦμεν. *Gebhard.*

1 *Quod liberos non relinqueret.*] Græci talem perſonam δρυφόρημα vocant. Venuſte Julianus de Claudio, & Plutarchus de Aridæo in fine Alexandri. In proverbio, ἔστι γὰρ ἐκείνων δίκαια τῶν τραγῳδίας τὸ δορυφόρημα μικρῷ δέω φάναι καὶ ἄψυχον. *Kenchen.*

2 *Ex arce.*] Cadmea. *Lambin.*

3 *Domi ſe retinuit.*] Lambinum non imitor properum ad mutandum in *continuit.* Gebhard. Mss. Ven. *domum ſe retinuit.* Ald. Pariſ. Lamb. *domi ſe ret.* Col. *domoſ. r.* In Eumene, *tenuit autem ſe uno loco quamdiu fuit hiems.* In Hannib. *Hannibal enim uno loco ſe tenebat in caſtello.* pro vulgata lectione facit quod legitur in Cimone: *Cum à conventu remotum ſeſe Dion domi teneret.* Savaro.

4 *Cadmeam.*] Arx eſt Thebarum. Nos ex Plutarcho reſtituimus, cum in ſcriptis etiam legeretur *Academia.* Longolius. Κάδμεια, Θηβῶν ἀκρόπολις. Stephan. Utrum autem *Cadmia*, an *Cadmea* ſcribatur, nihil refert. *Lambin.* In Pelopida: *Arcem oppidi, quæ Cadmea nominatur, occupavit.*

5 *In primis ſtetit.*] Ἐν πρωμάχοις, in iis, qui in primis ordinibus pugnabant. *Lambin.*

6 *Poſt ejuſdem interitum.*] Lege Xenophontem Rerum Græcarum libro ultimo. *Mag.* Diod. XV.

7 *Contra eas.*] Vulgati *cum eo.* non ita conſone. Mss. *Contra ea.* ſic in præfat. *Contra ea pleraq; noſtris moribus.* Alcib. *Contra ea ſi quid adverſi accidiſſet.* Iphicr. in fine: *Contra ea mater Athenienſem*

fuiſſe totius Græciæ: ex quo intelligi poteſt, [1] unum hominem pluris quam civitatem fuiſſe.

nienſem. Ageſil. *contra ea Tiſſaphernes nihil aliud quam bellum comparavit.* Ibid. *contra ea plurima abſtinentia.* Sic Mss. *Savare.*

1 *Unum hominem pluris, quam civitatem fuiſſe.*] Salluſt. Catil. *Mihi multa agitanti conſtabat, paucorum civium egregiam virtutem cuncta patraſſe.* Præcipue autem videndus Polybius libro VI. de Thebanorum rep. loquens, cujus proſperis non forma reipub. ipſa, ſed eorum virtus, qui tum rebus præerant, cauſſam præbuerit: Καὶ γὰρ, inquit, συνηυξήθη καὶ συνήκμαζε, καὶ συνκατελύθη τὰ Θηβαίων ἔργα τοῦ τε Ἐπαμινώνδου καὶ τοῦ Πελοπίδου βίου φερομένων, ἐξ ὧν ἐ τὴν πολιτείαν αἰτίαν, ἀλλὰ τὰς ἀνδρας ἡγητέον ἐ τότε γενομένης ἐπὶ τὴν Θηβαίων πόλιν ἐπιφανείας. Vide reliqua. *Boecler.*

PELOPIDAS.

XVI.

1 PELOPIDAS Thebanus, [1] magis hiſtoriis quam vulgo notus. Cujus de virtutibus dubito quemadmodum exponam: quod vereor, ſi res explicare incipiam, non vitam ejus enarrare, ſed [2] hiſtoriam videar ſcribere: [3] ſi tantummodo ſummas attigero, ne [4] rudibus literarum Græcarum minus lucide appareat, quantus fuerit ille vir. Itaque utrique rei occurram, quantum potero: & medebor cum ſatietati tum ignorantiæ lectorum. [5] Phœbidas Lacedæmonius quum exercitum [6] Olynthum duceret, iterque per Thebas faceret, arcem oppidi, [7] quæ Cadmea nominatur,

1 *Magis hiſtoriis, quam vulgo notus.*] Secus atque Epaminondas, qui in ore pene omnium. Pelopidas autem tantum hiſtoricorum ſcriptis memoratus, in quæ vulgus non ita penetrat. Cæterum ſive *Hiſtoriis*, ſive *hiſtoricis* legas, res eodem recidit. *Gebhardus.* Mavult *Hiſtoricis* Schottus, quos vulgo opponas. ſic Cicero in Mureniana: *Tua nobilitas Ser. Sulpiti hominibus litteratis & hiſtoricis notior.* De hoc Pelopida Plutarch. Xenoph. libr. 5. Diodor. 15. Polyæn. lib. 2. Strateg. Frontin. lib. 3. cap. 8. & lib. 4. c. 7. ſupr. in Epamin. *Savaro.*

2 *Hiſtoriam videar ſcribere.*] Sidon. ep. 2. lib. 1. & ep. 3. lib. 3. vide Notas. *Idem.*

3 *Si tantummodo ſummas attigero.*] Τὰ κεφάλαια. *Lambin. faſtigia ſumma* vocat Poëta. Τὰ κορυφαιότατα. *Beaclerus.*

4 *Rudibus literarum Græcarum.*] Sic loquitur Cicero lib. 1. Offic. princip. *Ut non modo Græcarum literarum rudes, ſed etiam docti, &c.* Lambin.

5 *Phœbidas Lacedæmonius.*] Codex Dan. ſine diphthongo *Phebidas.* Corrupte. Omnino *Phœbidas* legendum, qui communiter Græcis Φοιβίδας. Diodor. lib. XV. Φοιβίδας ὁ Σπαρτιάτης, τὰ παρόντα ἐπὶ πόνος ἡγεμονίας, καὶ δυνάμεν ἄγων ἐπὶ Ὀλυνθίους, κατελάβετο τῆς Καδμείας. Lege Ariſtidem Sophiſtam Orat. 1. pro Thebanis, & Xenophontem v. ἁλλ. *Keuch.*

6 *Olynthum.*] Auxilio Amyntæ Macedonis, qui ſocietate cum Lacedæmoniis inita Olynthum cunctis viribus meditabatur oppugnare. *Gebhard.* Urbs illa à Mela deſcribitur inter Athon montem, & Pallenem urbem. Viginti ſtadiis à Meciberna, ut tradit Suidas. Plinius & Oroſius quoque meminerunt. Thraciæ urbem maximam vocant Xenophon, & Libanius. Eadem Sithonia, Σιθωνία appellatur, ut ſcribit Herodotus in Polymnia. Sed regionem potius ſic vocat, in qua Olynthos, & aliæ urbes ſitæ ſunt. *Oſtel.*

7 *Quæ Cadmea nominatur.*] A Cadmo filio Agenoris Regis Phœnicum, conditore Thebarum, ut vulgo quoque notum eſt. Huic arci appoſitum fuit præſidium cohortis Prætoriæ, quod à civitate *præſidium* vocabatur, quia *arces* proprie, qui tunc antiquis illis temporibus, Pelopidæque erant, *civitates* appellarent.

minatur, occupavit,[1] impulſu perpaucorum Thebanorum, qui [2]adverſariæ factioni quo facilius reſiſterent, Laconum rebus ſtudebant. [3] Idque ſuo privato, non publico, fecit conſilio. quo facto, eum Lacedæmonii [4] ab exercitu removerunt, [5] pecuniaque mulctarunt: neque eo magis arcem Thebanis reddiderunt, quod ſuſceptis inimicitiis, ſatius ducebant eos obſideri, quam liberari. [6] Nam poſt Peloponneſium bellum, Athenaſque devictas, cum Thebanis ſibi rem eſſe exiſtimabant, & eos eſſe ſolos, [7] qui adverſus reſiſtere auderent. Hac mente [8] amicis ſuis ſummas poteſtates dederant, [9] alterius factionis principes partim

pellarent. Auctor Plutarchus in Pelopida. *Mag.*

1 *Impulſu perpaucorum.*] Archiæ ſcilicet, Leontidæ, & Philippi. *Longol. Mag.* Erant hi (ut loquitur Plutarchus) ἄνδρες ὀλιγαρχικοὶ, καὶ πλέσιοι, καὶ μέτριον οὐδὲν φρονῦντες. Sed notandum, quod apud Xenophontem dicatur Λεοντιάδης, qui Plutarcho Λεοντίδας. *Keuch.*

2 *Adverſariæ factioni.*] Viris adverſariæ factionis, Iſmeniæ, Pelopidæ, Pherenico, Androclidæ, Epaminondæ, quamquam hic propter paupertatem, & philoſophiam minus timebatur. *Lambin.*

3 *Idque ſuo privato.*] Et Ageſilai, ut Plutarchus in Ageſilao teſtatum reliquit. *Mag.* Sed tamen Diodor. lib. xv. tradit, Ephoros clam mandaſſe præfectis & ducibus, ut Cadmeam occuparent: Διόπερ τοῖς ἡγεμόσιν οἱ Σπαρτιάται παρήγγειλον ἐν ἀπορρήτοις, ἵνα, ἐὰν πόλεμον καιρὸν λάβωσι, καταλάβωνται τὴν Καδμείαν. *Lamb.* Et adjungit ibidem tempus & cauſam obſidionis à Spartiatis initæ. Vide etiam Xenoph. eodem libro v.

4 *Ab exercitu removerunt.*] Ne viderentur factum probare ſcilicet. Sed ridicule atque abſurde: nam arcem retinentes, ratum ſe habere declarabant. Hoc igitur erat dicis cauſa Phœbidæ factum improbare. *Lamb.*

5 *Pecuniaque mulctarunt.*] Drachmarum decem myriadibus, ut auctor eſt Plutarchus. *Longol. Gebhard.* Καὶ δέκα δραχμῶν μυριάσιν ἐζημίωσαν. Meminit etiam Polybius lib. iv. Hiſtoriarum, ſed ſummam mulctæ non expreſſit.

6 *Nam poſt Peloponneſium bellum.*] Cujus & ſupra in Pauſania & Lyſandro mentio, geſtumque annis ſeptem & viginti, inchoatum Olympiad. lxxxvii. de quo Thucyd. ac Diodorus. *Schott.* Plinius lib. xxx. cap. i. tempus ejus refert ad Olympiad. lxxxi. annum iv. Aulus Gellius vero lib. xvii. cap. 21. ad i. Olympiad. lxxxix. Diodorus Siculus collocat id bellum in annum Urb. Cond. cccxiii. id eſt, in Olymp. lxxxvi i. annum tertium. *Chronolog.*

7 *Qui adverſus reſiſtere auderent.*] Nihil mutandum: quod Lambinus imperite conatur. *Gebhard.*

8 *Amicis ſuis.*] Potentiæ paucorum fautoribus. Quales erant Thebis Archias, Leontidas, Philippus. *Lambin.* Quorum impulſu, ut dictum eſt, arcem ceperant. *Longol.* Supra Lyſandr. *delegerat in unaquaque civitate quibus ſummum imperium, poteſtatem omnium rerum committeret. Horum in numero nemo admittebatur, niſi qui aut ejus hoſpitio contineretur.* Xenophon lib. v. ἅλλω. Τάτε γὰρ μὴν νόμιζε τὰς Θήβας παντάπασιν ὑπὸ τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ ἡμῖν τοῖς ὑμετέροις φίλοις ἔσεσθαι.

9 *Alterius factionis principes.*] Ismeniam

tim interfecerant, alios in exilium ejecerant: in quibus Pelopidas hic, de quo ſcribere exorſi ſumus, pulſus, pa-
2 tria carebat. Hi omnes fere Athenas ſe contulerant, non quo ſequerentur otium, ſed ut quemq; ex proximo locum fors obtuliſſet, eo patriam recuperare niterentur. Itaque quum tempus eſt viſum rei gerendæ [1] communiter cum his, qui Thebis idem ſentiebant, diem delegerunt ad inimicos opprimendos, civitatemque liberandam, [2] eum, quo maximi magiſtratus ſimul conſueverant epulari. Magnæ ſæpe res non ita magnis copiis ſunt geſtæ: ſed profecto nunquam ab tam tenui initio tantæ opes ſunt profligatæ. [3] Nam duodecim adoleſcentuli coierunt ex his, qui exilio erant mulctati, quum omnino non eſſent amplius centum, qui tanto ſe offerrent periculo. [4] qua paucitate percuſſa eſt Lacedæmoniorum potentia. Hi enim non magis adverſario-

niam capitis accuſatum damnarunt: Androclides, Pelopidas, Pherenicus, & multi alii, plus quadringenti Athenas profugerunt, ex quibus Androclidem Leontidas dolo interficiendum curavit, ut Xenophon & Plutarchus narrant. Epaminondas remanſit, neque relegatus eſt, eo quod propter paupertatem, & ſtudium doctrinæ contemnebatur, ut paullo ante diximus. *Lamb.*

1 *Communiter cum his.*] Xenophon lib. v. de reb. Græciæ tradit, Melonem unum ex Thebanis exulibus cum quodam Phyllida nomine, qui Archiæ polemarchi Thebani ſcriba erat, ac non ita pridem Athenas venerat, & Archiam, cæteroſque tyrannos oderat, eſſe de opprimendis adverſariis collocutum. *Idem.*

2 *Eum, quo maximi magiſtratus.*] Xenophon eodem libro ait, diem fuiſſe, quo magiſtratus, imperiumque deponi ſolebat. Polyænus Ἀφροδίσια fuiſſe tradit, & diem feſtum Veneris, quo mulieres quidem Deæ ludum ludebant: Viri autem circum eas verſabantur. Viſum eſt præſidii Præfecto πιᾶσαι τὸν Θεόν. Puellas evocavit: Pelopidas gladiolum occultum habens ingreditur, & interfecto præſidii Præfecto, ἀπολύθρωσι τὰς Θήβας. Hæc Polyænus 11. Strategematum. Vide ſis Plutarchum, qui eandem hanc hiſtoriam commemorat, ſed aliis circumſtantiis.

3 *Nam duodecim adoleſcentuli.*] Xenophon tradit, ſex duntaxat exules fuiſſe cum Melone, qui erat ſeptimus. Plutarchus cum Probo congruit: ἑπτὰ μόνοι οἱ σύμπαντες ὁπλῖται. *Lambin.* In his Damoclides & Theopompus ſummo loco nati. *Plut. Schott.*

4 *Qua paucitate percuſſa eſt Lacedæmoniorum potentia.*] Alii *perculſa eſt*, id eſt, everſa eſt: Quam ſcripturam æque probo. *Lambin.* Gemina his aut eadem potius & Plutarchus in Pelopida: ubi etiam ſcribit tantas ante Leuctricam pugnam vires Spartanorum fuiſſe, & tam firmis vinculis eorum potentiam fuiſſe adſtrictam, ut vulgo omnes exiſtimarent, ſolvere illam aut frangere neminem unquam valiturum. Sic ille: Ὁ καταλύσας τὸ τῶν Σπαρτῶν ἀξίωμα, καὶ παύσας ἄρχοντας αὐτοὺς γῆς τε καὶ θαλάσσης πάλαι τῷ, ἐξ ἐκείνης ἐχθὲς τῆς νυκτὸς, ἐν ᾗ Πελοπίδας, ὁ φρούριον, ὁ τεῖχος,

ſariorum factioni, quam Spartanis eo tempore bellum intulerunt, qui principes erant totius Græciæ: [1] quorum imperioſa majeſtas neque ita multo poſt Leuctrica pugna ab hoc initio perculſa, cecidit. Illi igitur duodecim, quorum erat dux Pelopidas, quum Athenis interdiu exiſſent, ut [2] veſperaſcente cœlo Thebas poſſent pervenire, [3] cum canibus venaticis exierunt, retia ferentes, veſtitu agreſti, quo minore ſuſpicione facerent iter. Qui quum tempore ipſo, quo ſtuduerant, perveniſſent, [4] domum Charonis deverterunt, à quo & tempus & dies erat datus. Hoc loco libet 3 inter-

τεῖχος, ἐκ ἀγρόπολιν καλαλαβεῖν, ἀλλ' εἰς οἰκίαν δωδέκατος καταλθών, εἰ δεῖ μεταφορᾷ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, ἴλυζε καὶ δίκοψε τὰς δίσμας ϑ Λακεδαιμονίων ἡγεμονίας, ἀλύτας καὶ ἀῤῥάκλας εἶναι δοκεῖν. *Caſaubon.*

1 *Quorum imperioſa majeſtas.*] Sic Lambinus reſtitutum locum putat, quod ex *imperio imperioſa* fecerit. Repræſentabo veterum ſcripturam, quam & Savaro ſecutus eſt: *Quorum imperii majeſtas neque ita multo poſt Leuctricam pugnam ab hoc initio perculſa concidit.* De pugna autem hac memorabili Diodorus lib. xv. Xenophon, Pauſanias in Bœoticis, Plutarchus in Pelopida & Comment. de genio Socratis. Strabo lib. ix. De Latinis Solinus cap. xiii. De recentioribus Joan. Brodæus lib. ii. Miſcell. cap. 11. & 12. *Schott. Quorum imperioſa majeſtas.*] Aliter ſcriptum erat in membranis & Excerpt. *imperii majeſtas.* Longe melius, quam in Vulgata Lambini, qui ex *imperio majeſtas*, intempeſtive conformavit *imperioſa.* Editio, quæ collata eſt cum optimo Pet. Dan. Cod. *imperio majeſtas*, habuit; ut ſit *majeſtas imperio*, pro *in imperio*, vel *imperii.* Sic *fulgor ab auro* apud Poëtam naturalium, pro *auri*; & alia apud auctores. *Keuch.*

2 *Veſperaſcente cœlo.*] Sic Xenophon, qui tradit eos ea hora ad urbis portas veniſſe, qua ab opere ruſtico in urbem ii redeunt, qui poſtremi & maxime ſero redeunt: Πρὸς τὰς πύλας ἦλθον, ὡς δὴ ἐξ ἀγροῦ ἀπιόντες, λύχνα πῃ οἱ πολῖται ἤρχων ἀμαίτιοι. Sic & Diodorus: Καὶ κατῆλθον εἰς παλαίδα νυκτός. Sed Plutarchus: Παρεσπλθον ἔτι ἡμέρας ὄσης. Idem tamen ſubjicit deinceps: ὧν δέ τι πτεῦμα, καὶ νιφετὸς ἀρχομένης τρίπτου ϑ αἰρ@, καὶ μᾶλλον ἔλαθον καταπεφυγότων ἤδη πλ ϑ χιόνα τὸ πλείστων εἰς τὰς οἰκίας. *Lambin. Veſperaſcente cœlo.*] Crebro ad id exemplum loquitur Tacit. lib. i. Annal. cap. 65. *Eniſæque legiones veſperaſcente die in aperta & ſolida.* lib. xvi. cap. 34. *Tum ad Thraſeam in hortis agentem Quæſtor Conſulis miſſus veſperaſcente* jam *die.* lib. ii. Hiſtor. cap. 49. *Veſperaſcente die ſitim hauſtu gelidæ aquæ ſedavit.* Forte ita corrigendus Salluſtius in Jugurthino: *Et jam dies veſperaverat.* vulgo editum, *Et jam die veſper erat.* Gebhard.

3 *Cum canibus venaticis exierunt.*] Plutarchus: *Procedebant brevibus chlamydibus amicti, catulos agentes venaticos, & perticas tenentes ad feras indagandas; ut ne quis eorum, qui in via occurrerent, ſuſpicaretur, eos aliquid novi moliri, ſed huc & illuc vagari & venari exiſtimaret.*

4 *Domum Charonis deverterunt.*] Xenoph. διενυκτέρευσαν πρὸς Χάρωνί τινι, καὶ τῷ ἐπιόσαν ἡμέραν διημέρευσαν. Sic *Plutarchus. Deverterunt.*] Ita legit Lambin. Lib. vet. *devenerunt.* Charon autem potens & dives fuit Thebis, qui domum conjuratis contulerat & ad Pla-

interponere, etſi [1] ſejunctum à re propoſita eſt, [2] *Nimia fiducia quantæ calamitati ſoleat eſſe.* Nam magiſtratuum Thebanorum ſtatim ad aures pervenit, [3] exules in urbem deveniſſe. Id illi, [4] vino epuliſque dediti, uſque eo deſpexerunt, ut ne quærere quidem de tanta re laborarint. Acceſſit etiam, quod magis aperiret eorum dementiam. allata eſt enim epiſtola Athenis [5] ab Archia hierophante Archiæ,

tæas feliciter pugnaverat. Auctor Plutarchus. *Schott.*

1 *Sejunctum à re propoſita.*] Οὐκ ἀνολλεῖτον τῇ πραξικοπίᾳ.

2 *Nimia fiducia quantæ calamitati ſoleat eſſe.*] Velleius Paterc. lib. II. c. 118. *Nemo celerius opprimitur, quam qui nihil timet; & frequentiſſimum initium eſt calamitatis,* SECURITAS. *Keuch. Nimia fiducia quantæ calamitati ſole[illegible]a eſt, ſecuritas ſemper oppreſſa & circumventa fuit.* Nam

Non perit ruinâ vir, qui ruinam timet.

teſte P. Syro: & iterum,

Qui metuit calamitatem, varius accipit. Et verſ. ſeq. *Qui timet inſidias omnes, nullas incidit.* At contra: *Quod eſt timendum, decipit, ſi negligas.* Et denique: *Citius venit periculum, cum contemnitur.* Flor. lib. II. cap. 14. *Prius jugum excutit Macedo aliquanto quam ante gravior, dum contemnitur.* Gebhard.

3 *Exules in urbem deveniſſe.*] Plutarchus: Οὕτω δὴ πάνυ πρόῤῥω μέθης ἦν αὐτοῖς, παρασπεισά τις ἡ ψυθὴς τοὺς, ἀδέησεν δὲ, καὶ πολλὰ ἀσπάσεσθαι ἔχειν, ἐπὶ τὰ φυγάδων, ὡς ἐν τῇ πόλει τυραννουμένων, μιαίνοις.

4 *Vino epuliſque dediti.*] Pari ratione ebrios piratas jugulavit Jul. Cæſar, recepta omni pecunia Mileſiisque reſtituta, quâ ſe redimere jubebatur. Exemplum feſtivum poſteritati reliquit Polyæn. lib. 2. Ἀριστομένης ὁ Μεσσηνίων, Λακεδαιμονίων τοῖς διοσκούροις πάνδημον θυσίαν ἐπιτελέντων, μεθὲ ἑνὸς φίλε, λευκῶν ἵππων ἐπίβησαν ἄμφω, καὶ ταῖς κεφαλαῖς ἐπέθηκαν σηκάπλω χρυσᾶς ἀστέρας, καὶ πυκλὸς ἦδη παρῳνύσης ἐπιφάνησαν μεθὲ σύμμισθον λάφυρα τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἔξω πόλεως μεθὲ γυναικῶν καὶ παίδων πανηγυρίζουσιν. Οἱ δὲ διοσκόροις ἐπιφάνεια οἰηθέντες γεγονέναι, παρίασιν ἐς μέθην καὶ ἡδονὴν πλείονα. Οἱ δὲ ὑπὸ τῶν ἵππων κεκλασμένοι τὰ ξίφη ἀπασάμβροι πλείστας καταφονεύσαντες αὐτῶν καὶ ἀφιππεύσαντες ἄχοντο. Quid mirum manipulum hominum ebrietatem in exitium præcipitaſſe, cum munitiſſimæ urbes Genio & Baccho operantes eo tempore libertatem & imperium ſuum amiſerint, quo illas Fortuna deſtruere cogitans tanta ſecuritate illigavit? De Tyro Curt. 4. 4. 5. Aliud exemplum præbent Syracuſæ captæ, cum Epicides præbuiſſet vini epularumque copiam, quod quia ex Livii 22. & Frontini 3. 3. 2. ſatis notum eſt, huc transferre ſupersedeo. Cranon Theſſaliæ urbs à Dinia quodam Pheræo Theleſippi F. ſordidiſſimi aucupii diurni quæſtu famem propulſante oppreſſa eſt, cum cives ſecuri vino & epulis ſe demerſiſſent. Vide Polyæn. l. II. & Diod. l. XVI. Ubi Nypſius Dionyſii Junioris Dux Syracuſanos ex victoria navali, ἐπινικίοις celebratis, ſomno ac vino ſepultos invadit atque opprimit. *Gebh.*

5 *Ab Archia hierophante Archiæ.*] Lapſus eſt Probus non Græcæ linguæ inſcitia, ſed incuria potius. Certum eſt enim Græcum hiſtoricum, unde hæc in Latinam linguam convertit, ſcripſiſſe: ἀπ' Ἀρχέω τινὸς τὴν Ἀρχίαν, hoc eſt, *ab Archia uno cuidam Archiæ.* Nam qui ſignificavit Athenienſis, nomen habuit Archias; & cui ſignificabatur, nempe cui ſumma Thebis poteſtas erat, Archias nuncupabatur, id ex Plutarcho ſcire licet, qui in vita Pelopidæ hac de re ſcri-

chiæ, qui tum maximum magiſtratum Thebis obtinebat, in qua omnia de profectione exulum perſcripta erant. [1] Quæ quum jam accubanti in convivio eſſet data, [2] ſicut erat ſignata, [3] in pulvinum ſubjiciens, [4] In craſtinum, inquit, differo res [5] ſeveras. At illi omnes, [6] quum jam nox proceſſiſſet, [7] vinolenti, ab exulibus, [8] duce Pelopida, ſunt interfecti. Quibus rebus confectis, [9] vulgo ad arma libertatem-

re ſcribit. *Longol.* Scripti quidam Codices vitioſe: *Ab Archino uno ex his Archia.* Alii: *Ab Archia uno Tinarchiæ.* Unde nonnulli eliciunt: *Ab Archia uno Tyſarchæ. Tinarchiæ* mendoſe legitur, quæ lectio ex compendio Græcarum literarum orta, quaſi ſcriptum eſſet, Τιναρχίᾳ uno vocabulo, cum eſſent duo, τιν' Ἀρχίᾳ, pro τινὶ Ἀρχίᾳ. Vide *Lambinum.* Primus Aldus Manutius è Plutarcho locum conſtituit, cujus hæc in Pelopida ſunt: τῷ Ἀρχίᾳ τῷ ἱεροφάντῃ τοῦς Ἀρχίαν ὁμώνυμον. *Schott.*

1 *Quæ quum jam accubanti.*] *Occubanti* ἀντὶ τοῦ *accubanti* poſitum ſuſpicor in Veteri libro. Sic *obire, objicere, occedere* dicebant, pro adire, adjicere, accedere, & alia infinita. Nam *ob* pro *ad* ſynonymiæ vitandæ veteres dixiſſe ex Feſto notum. *Kenchen.*

2 *Sicut erat ſignata in pulvinum ſubjiciens.*] Curt. lib. III. cap. 21. *Diu animo in diverſa verſato, nulli quid ſcriptum ſit enunciat, epiſtolamque ſigillo annuli ſui impreſſo, pulvino, cui incubabat, ſubjecit.* Quidam libri habent *ſibi pulvinum.* Porro vides quæ fato manent, vitari non poſſe. Cæſar apud Sueton. cap. 81. *Libellum inſidiarum indicem ab obvio quodam porrectum libellis cæteris, quos ſimiſtra manu tenebat, quaſi mox lecturus commiſcuit.* Vide Paterculum lib. II. c. 57. Ubi pulcre concludit: *Sed profecto ineluctabilis fatorum vis, cujus cum fortunam mutare conſtituit, conſilia corrumpit, &c.* Gebhard.

3 *In pulvinum ſubjiciens.*] Plutarchus idem inquit, ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον ὑπέθηκεν. Interpres inepte pro *pulvinar, lecſuli caput* vertit. Morem veterum hic Probus innuit, qui in diſcubitoriis & tricliniaribus lectis, cibum ſumere ſolebant: quanquam antiquiores ſedentes, non decumbentes id facere conſueverunt, ut ait Athen. lib. VIII. cap. 13. Qua de re latius in libello noſtro, *de Antiquorum prandiis & cœnis.* Dictum Archiæ hujus in proverbium abiiſſe, quod ad ſuam uſque ætatem in uſu fuerit, teſtatur Plutarchus in eodem Pelopida. *Magius.* Boeclerus edidit, *Sub pulvinum.*

4 *In craſtinum, inquit, differo res ſeveras.*] Meminit Eraſmus in Chiliadibus. *Longolius.* Mavult Schottus *ſerias.* Quod vero Lambinus verbum *differo* ejiciendum cenſet, quia Plutarchus: εἰς αὔριον τὰ σπουδαῖα, ſolemni ſuo facit. *Gebhard.*

5 *Severas.*] Non placet; melius editi *ſerias.* Schottus.

6 *Cum jam nox proceſſiſſet.*] Τῆς νυκτὸς προϊούσης. Salluſt. Jugurtha: *Sed ubi plerumque noctis proceſſit.* Gebh.

7 *Vinolenti ab exulibus.*] Excepto Leontida, qui ſolus omnium erat ſobrius. Vide ſis Hiſtoriam fuſe apud Plutarchum.

8 *Duce Pelopida.*] Supr. in Epamin. *quo tempore duce Pelopida exules Thebas occuparunt, & præſidium Lacedæmoniorum arce expulerunt.* Savaro.

9 *Vulgo ad arma libertatemque vocato.*] Quod faciebant vel voce, vel etiam propoſitis libellis, qui præſentem ſtatum ibant imminutum. Diod. lib. XV. Ἐπειτα τὰς πολίτας ἐπὶ πλὴν ἐλευθερίαν προκαλίσαντες, συνεργὸς ἔχον ἅπαντας τοὺς Θηβαίους. Tacit. lib. IV. Annal. c. 27. T. *Curtiſius* poſitis propalam libel-

tatemque vocato, non ſolum qui in urbe erant, ſed etiam undique ex agris concurrerunt, præſidium Lacedæmoniorum ex arce pepulerunt, patriam obſidione liberaverunt: [1] auctores Cadmeæ occupandæ partim occiderunt, 4 partim in exilium ejecerunt. Hoc tam turbido tempore (ſicut ſupra diximus) Epaminondas, quoad cum civibus dimicatum eſt, domi quietus fuit. [2] Itaque hæc liberandarum Thebarum propria laus eſt Pelopidæ: cæteræ fere omnes communes cum Epaminonda. Namque in Leuctrica pugna, imperatore Epaminonda, hic fuit dux [3] delectæ manus, quæ prima phalangem proſtravit Laconum. Omnibus præterea periculis adfuit: ſicut Spartam quum oppugnavit, alterum tenuit cornu: [4] quoque Meſſena celerius reſtitueretur, [5] legatus in Perſas eſt profectus. Denique [6] hæc fuit altera perſona Thebis, ſed tamen ſecun- 5 da, ita ut proxima eſſet Epaminondæ. Conflictatus autem eſt

lis ad libertatem vocabat agreſtia per longinquos ſaltus & ferocia ſervitia. Pacuvius Duſoreſte:

——— *Extemplo Æqiſthi fidem*
Nuncupantes conciebant populum.

Cicero pro Rabirio: *Cum ad arma conſules ex SCto vocaviſſent.* Gebhard.

1 *Auctores Cadmeæ occupandæ.*] De quibus ſuprâ. *Lambin.*

2 *Itaque hæc liberandarum Thebarum propria laus eſt Pelopidæ.*] Quam ei quoque adſcribit Diodorus lib. XV. Ἐν γὰρ τῇ τῶν φυγάδων κατελύσει, καθ' ἣν ἀνεκτήσαντο τὴν Καδμείαν, ὁμολογημένως ἅπαντες τέτῳ τὸ πρωτεῖον τῶν κατορθώματος νέμουσι. τὴν δ' ἀδημοσίαν ταύτην συνῳδὴν πάντων τῶν ὕστερον γενομένων ἀγαθῶν αἰτίαν γενέσθαι. *Gebhard.*

3 *Delectæ manus.*] Cohortis trecentorum militum, quæ ob amorem amicitiæ, quo plurimum valebat, pugnabatque in hoſtem acrius, *ſacra cohors* dicta eſt. Qua de re diſſerit Plutarchus. *Schottus.* Auctor iſtius fuit Gorgias, πρῶτος ἐν Θήβαις, ut tradit Polyænus lib. II. Cui haud diſſimiles fuerunt *Soldurii*, de quibus Cæſar libro III. Comm. cap. 22. de Bell. Gall. *Gebhard.*

4 *Quoque Meſſena celerius reſtitueretur.*] Diruta atque everſa inſtauraretur, atque incolis frequentaretur. *Reſtituere* hic eſt ἀνοικίσαι. Superius Epaminonda: *Neque prius debellare deſtitit, quam Meſſena reſtituta urbem eorum obſidione clauſit.* Ut ibidem docti è Mss. libris corrigunt. Diodor. lib. XV. Περὶ δὲ Περσῶν βασιλέα πρεσβεύσας, ἐν ταῖς κοιναῖς ὁμολογίαις τὴν Μεσσήνην κατ' ἰδίαν παρέλαβεν, ἣν ἀνάγκαλον ὄσαν ἔτη τετρακοσία Θηβαῖοι πάλιν κατεστήσαν. *Idem.* Corrigendus P. Danielis Codex, in quo corrupte *Eſſena* pro *Meſſena* legitur.

5 *Legatus in Perſas eſt profectus.*] Poſt miſſos ad Perſarum Regem Lacedæmoniorum & Athenienſium legatos de ſocietate ineunda. De hac legatione vide Plutarchum.

6 *Hæc fuit altera perſona Thebis.*] A ſcena ſumpta tranſlatio: habet & hoc proverbiale aliquid. *Longol.*

eſt cum adverſa fortuna. Nam & initio (ſicut oſtendimus) exul patria caruit: [1] &, quum Theſſaliam in poteſtatem Thebanorum cuperet redigere, [2] legationiſque jure ſatis tectum ſe arbitraretur, [3] quod apud omnes gentes ſanctum eſſe conſueſſet, [4] à Tyranno Alexandro Pheræo, ſimul cum Iſmenia comprehenſus, [5] in vincula conjectus eſt.

1 *Et quum Theſſaliam.*] Ad quam cum Iſmenia amico ſuo profectus eſt. Diodorus: Παραλαβὼν Γ' σμῆνίαν ἄνδρα φίλον ἑαυτῷ, ϑεωμαζόμενον ὑπ' ἀρετῆς, παρῆλθεν εἰς Θετταλίαν. xv. Plutarch. enumerat felices ejus ſucceſſus in oppugnandis urbibus Theſſalicis, & præcipue Lariſſa, quam brevi tempore in fidem ſuam recepit. *Keuch. In poteſtatem redigeret.*] Imperio Thebanorum adjiceret atque ſubjiceret. Curt. lib. IX. cap. 35. *Quas gentes redegit in poteſtatem.* Vellejus lib. II. cap. 37. *Et aliæ reſtitutæ populo Romano; aliæ tum primum in ejus poteſtatem redactæ, ut Syria, quæ tum primum facta eſt ſtipendiaria.* Idem cap. 94. *Cum legionibus ingreſſus Armeniam, redacta ea in poteſtatem populi Romani regnum ejus Artauaſdi tradidit.* Curt. lib. IV. cap. 4. *magnam partem Aſiæ in ditionem redegi meam.* Gebh.

2 *Legationiſque jure.*] Nulla legationis fit mentio neque apud Diodorum, neque Plutarchum. Diodorus hoc tantum ſcribit, Pelopidam & Iſmeniam, cum Alexandro Pheræum tyranno obviam facti eſſent, temere & ſine ulla probabili ratione ab eo comprehenſos eſſe, & in cuſtodiam datos. Verba Græca non adſcribam; ſunt autem lib. XV. *Lambin.*

3 *Quod apud omnes gentes ſanctum eſſe conſueſſet.*] De ſanctimonia Legatorum multa paſſim Joſephus lib. XV. Antiquæ hiſtoriæ, ubi ait, commune eſſe ipſis cum Angelis Dei nuntiis nomen. Varro lib. III. de Ling. Latina; *Sancta ſunt corpora Legatorum.* Diodorus Siculus in excerptis Peireſianis n. 249. πλὴν ἄδικίας vocat τὸ τῶν πρεσβευτῶν ἀσυλίας. Statius Papin. lib. II.

— *ſanctum populis per ſecula nomen Legatum.* —

Cicero Verrina III. *Legatorum jus divino humanoque vallatum præſidio, cujus tam ſanctum & venerabile nomen eſſe debet, ut non modo inter ſociorum jura, ſed & hoſtium tela incolume verſetur.* Plura congeſſit Grotius in Annot. ad cap. 18. lib. II. de Jur. Bell. ac Pac. Hinc apud Romanos per feciales cavebatur; ut, ſi legati à quovis populo aut gente violati eſſent, hi dederentur, qui jura gentium temere violaſſent. Vide Alexandrum Neapolitanum lib. V. cap. 3. Genial. dierum. *Keuchen.* Quales ſunt olim habiti populi quidam, ut Elei. Et apud Romanos Tribuni plebis libera republica; poſtea Imperatores, & etiam Κάρυκες. Dio Chryſoſtomus, πολὺ τῶν ἀσυνδετόρων καὶ τῶν κηρύκων ἱερώτερον. *Caſaubon.* Mendoſe Longol. & Magius *factum* ediderant. *Schott.*

4 *A tyranno Alexandro Pheræo.*] Editio, quam Pariſii dederunt, omittit præpoſitionem. *Alexander Pheræus*, lib. VI. Prologorum ad hiſtorias Philippicas Pompeji Trogi vocatur *Epirus.* Sed emendandum *Pheræus*, qui Plutarcho in Pelopida Ἀλέξανδρος Φεραῖος. Quod & apud Diodorum retinendum libro XV. 67. Ubi mendoſe legitur, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, pro Φεραίου. Et confirmant tempora ſub annum videlicet IV. Olymp. CII. *Keuch.*

5 *In vincula conjectus eſt.*] Vide ſupr. in Miltiade. Scævola in lib. 4. §. item qui ad Jul. Majeſt. Qui confeſſum in Judicio reum & propter hoc in vincula conjectum emiſerit. Ulpian. lib. 5. de Cuſt. & exhibit. reor. *Non eſſe in vincula conjiciendum enm.* Savaro.

est. Hunc Epaminondas recuperavit, [1] bello persequens Alexandrum. Post id factum nunquam is animo placari potuit in eum, à quo erat violatus. Itaque persuasit Thebanis, ut subsidio Thessaliæ proficiscerentur, tyrannosque ejus expellerent. Cujus belli quum ei summa esset data, eoque cum exercitu profectus esset, non dubitavit, [2] simul ac conspexit hostem, confligere. In quo prælio Alexandrum ut animadvertit, [3] incensus ira, equum in eum concitavit, proculque digressus à suis, [4] conjectu telorum confossus cecidit. Atque hoc [5] secunda Victoria accidit: nam jam inclinatæ erant tyrannorum copiæ. Quo facto [6] omnes Thessaliæ civitates interfectum Pelopidam [7] coronis aureis & statuis æneis, liberosque ejus multo agro donaverunt.

1 *Bello persequens Alexandrum.*] Cujus gerendi ratio adhibita fuit, ut tyrannus impetratis XXX. dierum induciis Pelopidam liberaret. *Plutarch.*

2 *Simul ac conspexit hostem, confligere.*] Sic & Plutarchus: Ὡς δὲν εἰς Φάρσαλον ἀλθὼν ἤθροιζε τὴν δύναμιν, δι-ὃν ἐδέδιζεν ἐπὶ τ Ἀλέξανδρον. *Lamb.* Habebat autem Alexander militum amplius XX. millia; ut tradit Diodorus Siculus.

3 *Incensus ira, equum in eum concitavit.*] Plutarchus ob id factum, Pelopidæ temeritatis notam inurit. *Mag.*

4 *Conjectu telorum confossus, cecidit.*] Plutarchus: Οἱ δὲ πολλοὶ τῆς δόρατι πόῤῥωθεν ἀλλ ἅπλων τύπλοντες αὐτὸν, κατέτρωμάτιζον. *Lambin.*

5 *Secunda Victoria.*] Ita edunt omnes; notat tamen Lambinus placere magis *secunda pugna.* Sed legendum *secunda Victoria*; propitia Victoria, cum jam se inclinasset ad Thessalos victoria. Rombertus Titius lib. IV. Controv. loc. cap. 8. conjecerat *Secuta Victoria.* Curtius lib. IV. *Aristander in candida veste præibat preces regi Jovem, Minervam Victoriamque propitianti.* Justinus lib. V. 4. *Hunc quasi de cœlo missum, & ut ipsam Victoriam contuentur.* Gebh. Schot.

6 *Omnes Thessaliæ civitates.*] Quibus honoribus & studiis prosecuti sint Pelopidæ funus & mortem, docet Plutarchus in vita, non minus eleganter quam copiose. *Longol.*

7 *Coronis aureis.*] Quæ mortuis imponi solitæ, ut è Cicerone pro L. Flacco & Aristophane Comico docet Pet. Victorius lib. II. Var. Lect. c. 7. *Schott.* Στεφάνους ἐπινικίους intelligit Passchalius de Coronis lib. VII. cap. 5. Alias etiam in coronis mortuorum aureæ memorantur. Sic honoris ergo, auream coronam Castricio mortuo imponendam Pergamenos decreviſſe, auctor est Cicero in Orat. pro Flacco, cap. 31. Vide Kirchmannum de Funer. lib. I. *Boecl.*

AGE-

AGESILAUS.

XVII.

[1] AGESILAUS Lacedæmonius, cum à cæteris ſcriptoribus, tum eximie [2] à Xenophonte Socratico collaudatus eſt. [3] eo enim uſus eſt familiariſſime. Hic primum de regno [4] cum Leotychide fratris filio habuit contentionem. Mos eſt enim à majoribus Lacedæmoniis traditus, [5] ut duos haberent ſemper reges, nomine magis quam imperio, ex dúabus familiis [6] Proclis & Euryſthenis, qui 1

1 AGESILAVS.] In veteribus ſcriptum erat *Hageſilaus* per aſpirationem. *P. Daniel.* In aliis *Ageſilas:* Quod idem ac *Ageſilaus.* Keuchen. Sic Iolaus, Iolas; Arceſilaus, Arceſilas; Menelaus, Menelas; Ageſilaus, Ageſilas. Ita quoque Græci Ἀγησίλας & Ἰόλας. *Salmaſ.* De quo nugaciſſimas ineptias effutierunt ad Athenæum interpretes. Vide *Caſaub.* cap. 9. lib. xv. De hoc Ageſilao, Xenophon. Herodotus lib. 7. Athenæus. Valer. Juſtin. Plutarch. Polyænus. Frontinus ſupra in Chabriâ. *Savaro.* adde Ciceronem, Pauſaniam, Diodorum, Polybium, Ælianum Var. Hiſt. 7, 13. 20, 14. *Boecl.*

2 *A Xenophonte Socratico.*] Exſtat laudatio hæc præſtantiſſimi Philoſophi ac Ducis, Socratis cum Platone auditoris. Meminit Cicero lib. v. epiſt. XII. ad Luceium. Scripſit & Plutarchus de vita Ageſilai, itemque apophthegmata præter Laconica. Simultatem autem cum Platone exercuiſſe, multis colligit argumentis Athenæus lib. XI. & Agellius lib. XIV. cap. 3. Hic tamen falſo efficere conatur, neutrum alterius odii cauſſa meminiſſe, cum Xenophon in Ὑπομνημονεύμασιν lib. III. ejus meminerit, ut ante Muretum lib. v. cap. 14. Var. Lect. notavit Laërtius in Platonis vita. *Schott.*

3 *Eo enim uſus eſt familiariſſime.*] Dubium eſt, utrum dicat Probus, Xenophontem uſum eſſe Ageſilao familiariſſime, an Ageſilaum Xenophonte. Mihi quidem videtur illud potius. *Lamb.* Vide *Plut.* in Apophth. Lacon. Aliam reddit cauſam Themiſtius Orat. ad Cæſarem, idcirco Ageſilai vitam literis mandaſſe, quod ejus opera à Spartanis agro donatus eſſet. *Schott.*

4 *Cum Leotychide fratris filio.*] Sic Xenophon in Ageſilao: Ἐλασσόντων περὶ τὴν ἀρχὴν Λεωτυχίδου μὲν ὄντος υἱοῦ, Ἀγησιλάου δὲ ἀδελφιδοῦ. *Lambin.*

5 *Ut duos haberent ſemper Reges.*] Infra de Regibus: *Lacedæmonius autem Ageſilaus nomine, non poteſtate fuit Rex, ſicut cæteri Spartani.* Ad quem locum obſervavimus cauſam duorum regum, ut à Panegyrico ſcriptore promitur ad Maximianum. Vide ſis etiam Lipſium ad Velleium, & Alexandr. ab Alexandro lib. IV. Gen. Dier. cap. 23. *Keuch.* Quod exemplum ſecuti & alii in Græcia. Simile quid Pauſanias de Argivis in Corinthiacis. Talia regna negat Ariſtoteles conſtituere propriam ſpeciem gubernationis, quia ſcilicet partem tantum faciunt in republica optimatium aut populi. Lege *Grotium* lib. I. de Jure Belli ac Pacis cap. 3.

6 *Proclis & Euryſthenis.*] Has tamen familias Plutarchus in Lyſandro, & apophth. Laconicis, *Eurytiontidas* & *Agidas* vocat. Dicit autem Probus, *ex duabus familiis*, quia plures erant Heracli-

daram.

qui principes [1] ex progenie Herculis, Spartæ reges fuerunt. [2] Harum ex altera, in alterius familiæ locum [3] fieri non licebat. Itaque [4] uterque ſuum retinebat ordinem. [5] Primum ratio habebatur, [6] qui maximus natu eſſet ex liberis ejus, qui regnans deceſſiſſet. Sin is virilem ſexum non reliquiſſet, tum deligebatur, qui proximus eſſet propinquitate. [7] Mortuus erat Agis rex, frater Ageſilai; filium reliquerat Leotychidem, [8] quem ille vivens non agnorat; eundem, [9] moriens, ſuum eſſe dixerat. Is de honore regni cum Ageſilao ſuo patruo contendit: neque id,

clidarum familiæ præter has, ſed tamen regni exortes. *Magius.* Horum ſucceſſionis catalogum ab Hercule enumerat Pauſanias. De his quædam etiam à Cicerone ſcribuntur, lib. de Divinat. II. Miror autem Ciceronem & Probum à Græcis in nominis finitione diſſentire. Etenim illi non *Proclum*, ſed Προκλῆν ſcribunt. *Iong.* Quæ ſcriptura omnium veriſſima & genuina. Longolius, quem ſecutæ plerumque Editiones vulgatæ, *Procli* legit, non *Proclis*. Atque eodem modo Pariſienſis. Sic *Periclus* & *Neoclus* dixerunt, cum in Græco ſit Περικλῆς & Νεοκλῆς. Sed aliud mendum eſt apud alios in nomine Προκλῆς, pro quo plerique Παλροκλῆς. Quod repugnat Hiſtoriæ, tempori, circumſtantiis. Unde corrigendus Suidas in Ανκεργος: Ανκεργος απαρλιάτης Παλροκλέους λοιδορῶν: Lege Προκλέους. Sic Plato lib. III. de Legibus: Λακεδαιμόνιος ὁ Παλροκλῆς καὶ Εὐρυσθένης, pro Προκλῆς. *Kenchenius.*

1 *Ex progenie Herculis.*] Prima ſcilicet, quam longo Regum ordine, à Leonida & ejus majoribus enumerat Herodotus, VII. Muſa. Unde apud Varem Lyricum Odâ X.

Ω'λεῖα Λακεδαίμων,
Μάκαιρα Θεσσαλία παλαὶ·
Δ' ἀμφοτέρους ἐξ ἑνὸς
Α'ειρόμαχα γένος Η'ρακλέος βασιλεύῃ.

Kenchenius.

2 *Harum ex altera.*] *Horum* ſcriptus Codex, ut ad perſonas non familias referatur. *Schott.*

3 *Fieri non licebat.*] Qui erat ex familia Proclidarum, ſeu Eurypontidarum, non poterat rex fieri in locum ejus, qui fuiſſet ex familia Euryſthenidarum ſeu Agidarum, neque contra. *Lamb.*

4 *Uterque.*] *Utraque* Ultraj.

5 *Primum ratio habebatur.*] Vetuſta lectio quam & ſuo more fideque ſumma Savaro amplectitur. Magius, *Primus in eo habebatur.* Longol. *primum id eo habebat.* nata ſcripturæ varietas è notarum compendiis. *Schott.*

6 *Qui maximus natu eſſet.*] Idem teſtatur Herodotus lib. VI. *Mag.*

7 *Mortuus erat Agis.*] *Hagis* Codex P. Danielis. De morte Agidis & ſepultura lege Xenophontem lib. III. de reb. Græc.

8 *Quem ille vivens non agnorat.*] Nam Alcibiadis putabatur filius; ſtupri enim conſuetudinem cum Timea uxore Agidis Alcibiades commiſerat. vid. quæ notavimus in Alcibiad. *Long.* Lege quæ de hoc adulterio retulit Athenæus libro XII. cap. 16. & ſcripta reliquit Plutarchus in Alcibiade, Lyſandro & Ageſilao. Ut autem ab Agide filius nuncuparetur, lachrymis Leotychides impetravit. auctor Pauſanias. *Mag.*

9 *Moriens ſuum.*] Quo pacto id lacrymis Leotychides conſecutus ſit docet Pauſanias. *Longol.*

1 *Lyſan-*

id, quod petivit, conſequutus eſt. Nam [1] Lyſandro ſuffra- 2
gante, homine, ut oſtendimus ſupra, factioſo, & his temporibus potente, Ageſilaus antelatus eſt. Hic, ſimul atque imperii potitus eſt, perſuaſit Lacedæmoniis, ut exercitum emitterent [2] in Aſiam, [3] bellumque regi facerent, [4] docens, ſatius eſſe in Aſia, quam in Europa dimicare. [5] Namque fama exierat, Artaxerxem [6] comparare claſſem, pedeſtreſque exercitus, quos in Græciam mitteret. Data poteſtate, [7] tanta celeritate uſus eſt, ut prius in Aſiam cum copiis

1 *Lyſandro ſuffragante.*]Puerum enim Ageſilaum Lyſander amaverat, ut Plutarchus in Lyſandro & Ageſilao teſtatur. *Idem.*

2 *In Aſiam.*] Quo Græcos incolentes in libertatem vindicaret. Plutarchus in apophth. & alibi. Aliam tamen cauſam affert Probus, niſi forte potius illa occaſio belli fuerit. *Idem. Ut exercitum emitteret in Aſiam.*] Nempe in hoſticum & ipſius hoſtis ſinum ac viſcera transferendum; non autem ad ſocios & confœderatas provincias. Infra Annib. ubi Antiocho ſuadet, ut propius Tiberim quam Thermopylas de ſumma Imperii dimicaret. Ut cætera taceam; *Res hoſtis, in cujus ſinum irruptio facta eſt, conſumentur, territorium detondebitur, atque ita miles noſter copiis hoſtis ſe alet & ſuſtentabit.* Hanc mihi rationem approbavit Xenophon Ageſilao, κὴ τὸ τειχεῖνε (Perſæ) δαπανῶνλα μᾶλλον ἢ τ Ἑλλήνων βάλεωζ. Hoc conſilium quoque fuit Timoleontis apud Diodor. lib. XVI. Ἔδοξε δ᾽ αὐτῷ τὰ τ περὶς Φοίνικας ἀγῶνα συςήσαωζ χ᾽ πὼ τ Καρχηδονίων ἐπικράτειαν, ὅπως πὼ μ᾽ τ συμμάχων χώραν ἀσινῆ ἀφυλάξῃ, πὼ δ᾽ ὑπὸ τὲς βαρβάρως ἔσαν καταφθείρῃ. Et Darii ibid. lib. XVII. qui poſt Philippi exceſſum contendebat molem belli ex Aſia in Europam atque Macedoniam derivare. Juſtin. lib. XIII. c. 6. *Quibuſdam placebat bellum in Macedoniam transferri, ad ipſum fontem & caput regni.* Vide eundem lib. XXXI. cap. 5. verbis Annibalis. *Gebhard.*

3 *Bellumque regi facerent.*] Tacit. 3. Ann. 18. *Quando M. Antonii, qui bellum patriæ feciſſet nomen maneret.* Juſtin. lib. 3. *Peloponnenſes immiſerunt, qui bellum Athenienſibus facerent.* Idem.

4 *Docens, ſatius eſſe in Aſia, quam in Europa dimicare.*] Sic Xenophon in Ageſilao: Κάλλιον ᾤ πάνλων ἐκρίνε το, μὴ σὲ τ Ἑλλάδος, ἀλλὰ σὲ τ Ἀσίας τ ἀγῶνα καθιςάναι. Non laudat tamen Iſocrates hunc Ageſilai conatum, in Orat. ad Philippum; eo, quod non prius Græcos inter ſe conciliarit, quam Regi Perſarum bellum inferret. *Lamb.*

5 *Namque fama exierat.*] *Erat*, Vetus Codex & Ultrajectinus. Illud vero infra in Hannibale: *Magnam enim ſecum pecuniam portabat, de qua ſciebat exiſſe famam.* Sueton. in Nerone: *Exiit opinio, &c.* Græci ſimiliter dicunt λόγ☉ ἐξέπεσε, ut ad Suetonium notavit Caſaubonus. *Schott.*

6 *Comparare claſſem.*] Ms. *claſſes.* Ita loquitur paullo poſt, & ſupra Miltiade. Græci dicunt τιμάζειν vel καταπολυάζειν. Cæſar 7. de Bello Gall. cap. 12. *Præſidium Genabi tuendi cauſſa, quod eo mitterent, comparabant.* Gebh. Incidit hoc bellum in Olympiad. XCVI. annum 1.

7 *Tanta celeritate uſus eſt.*] Qua maximæ res conficiuntur. Vegetius lib. IV. de Re Milit. cap. 31. *In rebus bellicis celeritas amplius ſolet prodeſſe quam virtus.* Juſtin. lib. XI. c. 2. f. *Quibus motibus occurſurus tanta celeritate inſtructo paratoque exercitu Græciam oppreſſit, ut quem*

venire

piis pervenerit, quam regii ſatrapæ eum ſcirent profectum. Quo factum eſt [1] ut omnes imparatos imprudenteſque offenderet. Id ut cognovit Tiſſaphernes, qui ſummum imperium tum inter præfectos habebat regios; [2] inducias à Lacone petivit, ſimulans ſe dare operam, ut Lacedæmoniis cum rege conveniret: re autem vera ad copias comparandas; [3] eaſque impetravit trimeſtres. Juravit autem uterque, ſe ſine dolo inducias conſervaturum. In qua pactione, [4] ſumma fide manſit Ageſilaus. [5] Contra ea, Tiſſaphernes nihil aliud quam bellum comparavit. Id etſi ſentiebat Laco, tamen jusjurandum ſervabat, multumque in eo conſequi ſe dicebat, quod Tiſſaphernes perjurio ſuo & homines [6] ſuis rebus abalienaret, & deos ſibi iratos redderet. Se autem [7] ſervata religione confirmare exercitum,

venire non ſenſerant, videre ſe vix crederent. Vide Cæſar. lib. VI. Comment. de Bello Civil. cap. 30. Celeritas quoque parit admirationem & terrorem. Diodor. lib. XVII. de Alexandro Magno: ἡ γὰρ ὀξύτης, inquit, τῶν πεπίσκε καὶ τὸ παράδοξον ἐκπλήξεως ἐνέπλησε τοὺς ἀλλοεθνεῖς μεγάλως ἐξεπλήττε. Quem locum videtur reſpexiſſe Trogus apud Juſtin. lib. XI. cap. 3. *Contemptum hoſtis in admirationem vertentes, pueritiamque Alexandri ſpretam antea ſupra virtutem veterum ducum extollentes.* lib. II. cap. 3. *Scythas cum tanta celeritate venire rex (Ægypti Vexoris) addidiciſſet, in fugam vertitur.* Gebhard.

1 *Ut omnes imparatos, imprudenteſque.*] Vitioſe Longolius edidit, *ut omnes imperatores imparatos, imprudenteſque.* Conjungit autem in Datame, *imparatum, imprudentemque*, ad quem locum plura Savaro. *Schott.*

2 *Inducias à Lacone petivit.*] Plutarchus: Ἐπεὶ δὲ Τισσαφέρνης ἐν ἀρχῇ μὲν φοβηθεὶς τὸν Ἀγησίλαον, ἐποιήσατο σπονδὰς, &c. Fuerunt illæ trium menſium, ut tradunt Xenophon lib. III. in Ageſ. & Polyænus II. Strategematum: qui adjungunt ſimul conditiones jurejurando inter utrumque initas. *Keuch.*

3 *Eaſque impetravit trimeſtres.*] Excerpta, *trimenſtres*: ἀρχαϊκῶς. *Keuch.*

4 *Summa fide manſit Ageſilaus.*] *Manere in fide* eſt ἐμμένειν τοῖς ὅρκοις. Vel ἀναμένειν τῷ προθέσμῳ. Hæc locutio puriſſimam reſpicit antiquitatem. Eumene: *Quam cum imperaſſet, in fide non manſit.* Cæſar lib. I. Comm. de Bell. Gall. cap. 36. *Neque iis neque eorum ſociis injuria bellum illaturum, ſi in eo manerent, quod conveniſſent.* M. Tullius Attico: *Quod verita ſit, ne Latinæ in officio non manerent, & in montem Albanum hoſtias non adducerent.* Et Tuſcul. *Earum beſtiarum quæque ſuum tenens munus manet in lege Naturæ.* Gebh.

5 *Contra ea, Tiſſaphernes nihil aliud quam bellum comparavit.*] Atqui hoc ſalva factionis fide facere potuit. Nam juris gentium eſt contra lædentem ſibi conſulere. At ſi interpretantur Græculi ſtare jurejurando; contra paratum perſtare imparatum ac velle offenſioni patere, perjurii crimini Tiſſaphernes non poteſt eximi. Quod ſecus eſt. *Idem.*

6 *Suis rebus abalienaret.*] Id eſt, à ſuis rebus alienaret. Licebat & repetita præpoſitione ita dicere: quo de genere alias. *Lambin.*

7 *Servata religione.*] Id eſt, ſervato jure-

citum, quum animadverteret deorum numen facere secum, [1] hominesque sibi conciliari amiciores, quod iis studere consuessent, quos conservare fidem viderent. Post- 3
quam inducíarum præteriit dies, barbarus non dubitans, quod ipsius erant [2] plurima domicilia in Caria, & ea regio his temporibus multo putabatur locupletissima, eo potissimum hostes impetum facturos, omnes suas copias eo contraxerat. [3] At Agesilaus in Phrygiam se convertit, eamque prius depopulatus est, quam Tissaphernes usquam se moveret. Magna præda militibus locupletatis, [4] Ephesum hyematum exercitum reduxit, atque ibi [5] officinis armo-

jurejurando. Cicero pro Fonteio, *religio jurisjurandi*. Idem.

1 *Hominesque sibi conciliari.*] Propria quædam Nepoti in loquendo est indoles, quam qui non attendunt, eam eunt perversum, quod creberrime facit Lambinus. Nam heic quoque delevit vocem *amiciores* restitantem in omnibus tam scriptis, quam editis. *Gebhardus.*

2 *Plurima domicilia.*] Et in eis horti amœnissimi, arboribus undique magno sumptu conquisitis, & cæteris rebus ad voluptatem & delicias summo artificio comparatis instructi. Diodor. lib. XIV. *Lambin.*

3 *At Agesilaus in Phrygiam.*] Xenophon lib. III. de reb. Græciæ: Ὁ δ' Ἀγησίλαος ἀντὶ μὲν τοῦ ἐπὶ Καρίαν ἰέναι, διὰ θύρας εἰς ταναντία ἀποστρέψας, ἐπὶ Φρυγίας ἐπορεύετο, ἵνα τάς τε ἐν τῇ πορείᾳ πόλεις καλῶς ἀφέστο, καὶ ἐμβαλὼν ἀφόβως δηώσοι, παμπλήθη λείαν ἐλάμβανεν. Sic Plutarchus in Agesilao. Polyænus & Frontinus in Lydiam pervasisse, eamque diripuisse testantur. Polyænus II. Strat. Ὁ δὲ Λάκων κατέδραμε Λυδίαν, καὶ λείαν πολλὴν κατήλασεν. Frontinus lib. I. cap. 8. *Agesilaus Lacedæmonius, cum inferret bellum Tyssapherni, Cariam se petere simulavit; quasi aptius locis montuosis, adversus hostem equitatu prævalentem pugnaturus. Per hanc consilii ostentationem advocato in Cariam Tyssapherne; ipse Lydiam, ubi caput hostium regni erat, irrupit: oppressisque qui illic agebant, pecunia regia potitus est.*

4 *Ephesum hyematum exercitum reduxit.*] Xenophon lib. III. de reb. Gr. & in Agesilao: Ἐπειδὴ δ' ἱερὰ ὑπὲρ φευγόντων, σωτήρια πᾶν τὸ στράτευμα εἰς Ἔφεσον. Causam autem cur longius non sit progressus, hanc affert, quia exta sacrificanti parum læta fuerant, victimæ sine fibris exstiterant. Quod & à Diodoro lib. XIV. relatum est. Præterea cognovit, se, nisi equitatum haberet, barbaris imparem futurum; idcirco equitatum sibi esse comparandum existimavit. Xenophon lib. III. de reb. Græc. *Lambin.*

5 *Officinis armorum institutis.*] In urbe nempe valida atque opificibus abundante. Tacit. II. Hist. cap. 82. *Destinantur validæ civitates exercendis armorum officinis.* Cæsar lib. I. Civil. capite 34. f. *Armorum officinas in urbe instituerant.* Hirtius de bello Alexandrino cap. 2. *Nec minus in urbe maximæ armorum erant institutæ officinæ.* Alioqui proportione quadam civitatibus arma imperata in magnis bellorum apparatibus. Cæsar lib. VII. de Bello Gall. cap. 4. *Vercingetorix armorum quantum quæque civitas domi; quodque ante tempus efficiat, constituit.* Gebh.

1 Magna

armorum inſtitutis, [1] magna induſtria [2] bellum apparavit: & quo ſtudioſius armarentur, [3] inſigniuſque ornarentur, [4] præmia propoſuit, quibus donarentur, quorum egregia in ea re fuiſſet induſtria. Fecit idem in exercitationum

1 *Magna induſtria bellum apparavit.*] Equos cum ſeſſoribus eo bello extorſit ditioribus, qui vacationem militiæ impetrabant miſſo vicario milite. Auctor Plutarchus in Vita & Apophthegmatis Lacon. *Schott.*

2 *Bellum apparavit.*] Mss. *apparuit.* In Hannib. *cum in apparando acerrime eſſet occupatus.* In Eumene: *Apparatus Antigoni.* In Alcib. *id cum appararetur.* Juſtin. lib. 6. *magnus igitur amborum apparatus belli.* Oroſ. 2. cap. 6. *in ipſo apparatu concidit.* Savaro.

3 *Inſignius ornarentur.*] Reprehendunt hoc alii belli periti *cum victoria non armorum decore, ſed ferri virtute quæratur.* Alexander M. apud Juſtin. lib. XI. cap. 13. Neque hoc ſine morſu, quod Charidemus Athenienſis ad Darium de ipſius copiis: *Nitet*, inquit, *purpura, aurumque fulget armis & opulentia.* Curt. lib. III. cap. 6. Et plerunque imbelles adornatis pictiſque armis incluſi ſunt. Idem ibid. c. 38. *Illyrios vero & Thraces rapto vivere aſſuetos, aciem hoſtium auro purpuraque fulgentem intueri jubet, prædam non arma geſtantem: irent & imbellibus fœminis aurum viri eriperent.* Pharaſmanes apud Tacit. lib. VI. cap. 34. *Simul horridam ſuorum aciem, picta auro Medorum agmina, hinc viros, inde prædam oſtendere.* Alexander apud Juſtin. lib. XI. cap. 13. f. *Hortatur ſpernant illam aciem auro & argento fulgentem, in qua plus prædæ quam periculi ſit.* Tacit. Agric. c. 32. *Ne terreat vanus atſpectus & auri fulgor atque argenti, quod neque tegit neque vulnerat.* Liv. lib. X. cap. 39. *Non enim criſtas vulnera facere, & per picta atque aurata ſcuta tranſire Romana pila.* Sed frivolum eſt putare, auro atque argento adornata ab Ageſilao arma; ferro fulgor atque terror fuerunt addita, quibus mentes ſimul viſuſque perſtringerentur hoſtium. Onoſander ἐσμιγμέναι γὰρ αἰχμαὶ καὶ λαμπραὶ ξίφη, καὶ πρὸς ἄλληλα ἐμμαρμαίρουσα πρὸς ἀντωγείαν ἡλίῳ δεινὴν ἀστραπὴν πολέμιος ἀνθιπέμπει. Præter iſta fulgentia atque nitida arma militi alacritatem addunt & fiduciam augent: Rubigine vero ac ſitu ſquallentia animos dejiciunt. Alexander apud Curt. lib. X. c. 2. *Lignea enim vaſa deſiderant & ex cratibus ſcuta rubiginemque gladiorum. Hoc cultu nitentes vos accepi.* Porro auri atque argenti in armis fulgorem non ſemper apud imbelles conſpici documento eſt Julius Cæſar, de quo Sueton. lib. I. c. 67. *Factare ſolitus milites ſuos etiam unguentatos bene pugnare poſſe. Habebatque tam cultos, ut argento & auro politis armis ornaret: ſimul & ad ſpeciem, & quo tenaciores eorum in prælio eſſent, metu damni.* Quæ verba vertit Polyæn. lib. VIII. Καίσαρ τοὺς στρατιώτας παρήγγελεν ὅπλα ἔχειν ἀργύρου καὶ χρυσοῦ πεποικιλμένα. μάλιστα γὰρ κόσμα χάριν. ἐχ ἵκιστα ὃ ὅπως οἱ στρατιῶται τὰ πολύτιμα ἀφειμένοι μάχηλα ἠρῶντο. Nec non Samnites, quibus ignaviam mollitiemve ne ipſe Romanus objecerit, aureis atque argenteis armis ſe hoſti obtulerunt. Flor. lib. I. c. 16. *Pro hac urbe, regionibus Populus Romanus Samnites invaſit, gentem, ſi opulentiam quæras, aureis & argenteis armis, diſcolori veſte uſque ad ambitum armatam.* Concludendum igitur cum Floro: *Tales eſſe milites, qualis ſit Imperator*; ſive pictis atque adornatis, ſive torvis ferro atque ære fulgentibus armis utantur. lib. II. cap. 18. *Gebhard.*

4 *Præmia propoſuit.*] Peltaſtis quoque & ſagittariis. *Xenophon* lib. III. De hippodromis, jaculatoribus, & aliis exercitationum generibus fuſe Xenophon eodem libro.

1 *Et*

num generibus, ut qui cæteris præſtitiſſent, eos magnis afficeret muneribus. His igitur rebus effecit, ut & ornatiſſimum, [1] & exercitatiſſimum haberet exercitum. [2] Huic quum tempus eſſet viſum copias extrahere ex hybernaculis, vidit, ſi, quo eſſet iter facturus, palam pronunciaſſet, hoſtes non credituros, aliaſque regiones occupaturos, nec dubitaturos aliud eſſe facturum ac pronunciaſſet. Itaque [3] quum ille Sardeis ſe iturum dixiſſet, Tiſſaphernes [4] eandem Cariam defendendam putavit. In quo quum eum opinio fefelliſſet, victumque ſe vidiſſet conſilio, [5] ſero ſuis præſidio profectus eſt: nam quum illo veniſſet, jam Ageſilaus multis locis expugnatis, [6] magna erat præda potitus. Laco autem quum videret [7] hoſtes equitatu ſuperare, [8] nunquam

1 *Et exercitatiſſimum haberet exercitum.*] Sidonius epiſt. 3. lib. III. *exercitum exercitatiſſimum ſtupor obruit.* Savaro.

2 *Huic quum tempus eſſet viſum.*] Ampliſſimus Freinshemius olim legendum cenſuit: *Hinc cum tempus eſſet viſum.* Boecler.

3 *Quum ille Sardeis ſe iturum dixiſſet.*] Polyænus lib. II. Strateg. in Ageſilao Com. 9. Ἀγησίλαος ἐπὶ Σάρδεις ἀλαύνων κρᾶτιστος λογοποιὸς, ὡς ἐξαπατῶν Τισσαφέρνην. Cur autem potiſſimum ſeſe in Cariam irruptionem moliri ſparſiſſet, cauſſas addidit Frontin. Scriptor prudentiſſimus & elegantiſſimus lib. I. cap. VIII. exempl. 12. *Ageſilaus Lacedæmoniis, cum inferret bellum Tiſapherni, Cariam ſe petere ſimulavit: quaſi aptius locis montuoſis, adverſus hoſtem equitatu prævalentem pugnaturus. Per hanc conſilii oſtentationem, avocato in Cariam Tiſapherne, ipſe Lydiam, ubi caput hoſtium regni erat, irrupit, oppreſſiſque, qui illic agebant, pecunia regia potitus eſt.* Gebhard.

4 *Eandem Cariam.*] Quam antea tutatus fuerat. *Xenoph. Plut.*

5 *Sero ſuis præſidio profectus.*] Quarto die poſtquam Ageſilaus jam Lydiam ingreſſus ac populatus erat, ut tradit Xenophon iiſdem locis. *Lambin.*

6 *Magna erat præda potitus.*] Xenophon: Πολλὰ τὰ ἐπιτήδεια τῇ στρατιᾷ εἶχε. aliter παρεῖχε. Hoc tantum, id eſt, multas res exercitui neceſſarias paravit. *Idim.*

7 *Hoſtes equitatu ſuperare.*] Superiores eſſe, prævalere, ut loquitur Frontinus. Infra Hannib. *Superabatur navium multitudine, dolo erat pugnandum.* Cæſar lib. VII. Comm. cap. 65. *Cæſar quod hoſtes equitatu ſuperiores eſſe intelligebat.* Græcis eſt ἱππυκρατεῖν. Diodor. lib. 18. Ἀντίπατρος, inquit, κρείνας ἐπὶ τῷ παρόντος ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ θεωρῶν τὰς πολεμίους ἱππυκρατοῦντας, πλῶ μὲν ἀφῆκε τὸν ὅλων στρατηγίαν ἀπέγνω. Gebh.

8 *Nunquam in campo ſui fecit poteſtatem.*] Ubi equitatus ſolum utilis, & fugientibus omne præcidit effugium ac facile ordines peditum rumpit. Myronides Athenienſis, Ὦ ἑταῖροι, ἔφη, τὸ μὲν πεδίον. ὡς ἐν πεδίῳ πανσόμεθα πολεμίων ἱππεῖς ἔχοντων, εἰ μὴ φεύξεσθαι, ἀνάγκη διακόσιοι ἱππέων ἀλῶναι. apud Polyæn. lib. I. Quæ congruunt cum Orontis ſtrategemate lib. 7. Πρῶτον μὲν ἀναστήσας τοῖς Ἕλλησιν ἐπιστρατεύειν, καὶ ἰδεῖν τὸ πεδίον ἱππικὸν ἐμφανίζων ὡς ἂν εἴη πλῶ τάξιν νύσσας τὰς ἱππέας ἀλαύνει. *Gebh.* Conflixit tamen ad Mæandrum

quam in campo ſui fecit poteſtatem, & his locis manum conſeruit, quibus plus pedeſtres copiæ valerent. Pepulit ergo, quotieſcunque congreſſus eſt, multo majores adverſariorum copias: & ſic in Aſia verſatus eſt, ut omnium opinione victor duceretur. [1] Hic quum animo meditaretur proficiſci in Perſas, & ipſum regem adoriri, [2] nuntius ei domo venit [3] ephorûm juſſu, bellum [4] Athenienſes & Bœotios indixiſſe Lacedæmoniis; quare venire non dubitaret. In hoc non minus ejus pietas ſuſpicienda eſt, quam virtus bellica. qui quum victori præeſſet exercitui, maximamque haberet fiduciam regni Perſarum potiundi; tanta modeſtia dicto audiens fuit juſſis abſentium magiſtratuum, ut ſi privatus [5] in comitio eſſet Spartæ. [6] Cujus exemplum utinam imperatores noſtri ſequi voluiſſent. Sed illuc redeamus.

drum Ageſilaus, quod videbat nondum peditatum hoſtium adeſſe: ut cum hoſtes, præmiſſi ab Ageſilao equitatus, interea dum pedeſtreis copias inſtruit ac diſponit, impetum ſatis fortiter excepiſſent, reliquo jam exercitu producto illi ſtatim terga dederunt, & eorum alii in Mæandrum ſe præcipites egerunt, alii in fuga ſpem ſalutis poſuerunt. Ageſilaus autem caſtris hoſtium potitus eſt, & pluſquam ſeptuaginta talenta prædæ nactus eſt, & camelos tum primum barbarorum cepit, quos in Græciam abegit. *Lambin.*

1 *Hic cum animo.*] Ms. Don. *Hic cum jam animo.* Fortaſſis legendum, *in animo.* quomodo Terentius Adelph. 1. 1. 5. *in animo cogitare*, & mox ℣. 15. *in animo inſtituere* dixit.

2 *Nuntius ei domo venit.*] Epicydidas. *Xenoph.* lib. IV. ἑλλ. *Plut.* Ἀγησιλ. Meminit etiam Diod. Siculus lib. XIV. ſed nuntii nomen cum Cornelio reticet. *Keuchen.*

3 *Ephorûm juſſu.*] Alii libri *miſſu.* Nam illi *juſſu* ſubſtituerunt, qui de ejus integritate dubitarunt. *Gebhard.*

4 *Athenienſes & Bœotios indixiſſe Lacedæmoniis.*] Suaſu & auctoritate Cononis per Oratores Græciæ Perſico auro corruptos, ad id adductos. Polyænus lib. 1. in Conone Com. 3. Κόνων Φαρναβάζῳ συμμαχῶν Ἀγησιλάῳ τῷ Ἀσίαν πορθοῦντι, ἔπεισε Πέρσαις χρυσίον πέμψαι τοῖς δημαγωγοῖς τῶν πόλεων τῶν Ἑλλάδος. Vide ſequentia. *Gebhard.* Juſtin. lib. 6. cap. 4. *Primi Thebani auxiliantibus Athenienſibus, bellum Lacedæmoniis intulere.*

5 *In Comitio.*] In loco, ubi comitia peragebantur. Livius lib. 40. cap. 29. *Id Scriba non acceptit, libri in comitio, igne à victimariis facto, in conſpectu populi crematiſunt.* Tacit. 13. cap. 58. *Ruminalis arbor in comitio.* Utitur aliquoties Cicero pro Sextio, in Verrem. Xenoph. reddit ἐφορεῖον. *Gebhard.* Pro quo corrupte alii φορεῖον. Idem tradit, ad ipſum miſſam fuiſſe ſcytalen, quam ſemper in revocandis Imperatoribus ſuis adhibebant Lacedæmonii. Vide quæ ſupra ad Pauſaniam notata ſunt. *Kenchen.*

6 *Cujus exemplum utinam imperatoris noſtri.*] Hæc perſpicue in Cajum Julium Cæſarem dicuntur, qui invito Senatu & contra leges exercitum retinuit. Unde natum eſt bellum civile inter eum & Pompejum. *Lambinus. Magius.*

1 *Tan-*

deamus. Ageſilaus opulentiſſimo regno præpoſuit bonam exiſtimationem, multoque glorioſius duxit, ſi inſtitutis patriæ paruiſſet, quam ſi bello ſuperaſſet Aſiam. Hac igitur mente Helleſpontum copias trajecit,[1] tantaque uſus eſt celeritate, ut quod iter Xerxes[2] anno vertente confecerat, hic tranſierit triginta diebus. Quum jam haud longe abeſſet à Peloponneſo, obſiſtere ei conati ſunt Athenienſes & Bœotii,[3] cæterique eorum ſocii,[4] apud Coroneam: quos omnes gravi prælio vicit. Hujus victoriæ vel maxima fuit laus, quod quum plerique ex fuga ſe[5] in templum Minervæ conjeciſſent, quæreturque ab eo, quid his fieri vellet;[6] etſi aliquot vulnera acceperat eo prælio, & ira-

1 *Tantaque uſus eſt celeritate.*] Imitatio aperta iſtius Xenophontis: Διαβὰς δὲ ἐς Ἑλλήσποντον, ἐπορεύετο διὰ τῆς αὐτῶν ἐθνῶν, ὧν περ ὁ Πέρσης τῷ πρώτῳ στόλῳ, ἐν ᾧ ἐπαυσίαν ὁδὸν ὁ βάρβαρος ἐποιήσατο, ταύτην μεῖον, ἢ ἐν μηνὶ, κατελθὼν ὁ Ἀγησίλαος.

2 *Anno vertente.*] Id eſt, anni ſpatio. *Annus* vero *vertens* magnum annum Ciceroni ſignificat, de quo nos non pauca lib. III. cap. 16. de Mundi exuſtione & die Judicii. *Mag.* Juvenalis: — *Et cum ſe verterit annus.* *Anno vertente confecerat.*] Sic rectum fuit in membranis & pleriſque editis. Perperam igitur & inconcinne poſteriores διορθωταὶ non ſine ſpecie ἀπαιφθισίας receptam hactenus optimam ſcripturam, *anno vertente* mutandam cenſent in *anno inverſo*. Ut ſit *annus inverſus* quod *vertens*, vel *annus tempus*, ut loquitur auctor in Themiſt. ſpatium ſcilicet annuum, quo peractum iter & finitum, ἐνιαυσία ὁδός. Quod male dixeris doctorum judicio, qui accuratius diſtinxere inter *annum vertentem* & *inverſum*. Nam *annus vertens* eſt *annus magnus* Ciceroni, ἐνιαυτὸς περιπλόμενος, non quidem qui *vertit*, ſed qui *vertitur*; περιστρεπτὸς, ut *annus volvens* dicebant Romani Græc. exemplo. *Inverſus* vero eſt annus brumalis, quem vocant περιτροπέων. Nam τροπαὶ à Græcis *verſuræ* & *reverſiones* ſolis vocantur, à Latinis *bruma* & *ſolſtitium*. Quod male huic argumento attribueris. *Keuchenius.*

3 *Cæterique eorum ſocii.*] Argivi, Corinthii, Æniana, Euboœnſes & utrique Locri. Xenoph. lib. IV. ἑλλ.

4 *Apud Coroneam.*] Bœotiæ urbem. Emendandus Plutarchus, in quo mendoſe legitur, περὶ τὴν Χαιρώνειαν, pro Κορώνειαν. Juſtinus Ageſilaum ſuperveniſſe pugnæ tradit, non ab initio interfuiſſe; quod contra omnium hiſtoriam. Incidit in Olympiad. XCVI. annum 2. *Keuchen.*

5 *In templum Minervæ.*] Cognomento *Itoniæ*, ut docet Pauſanias Laconicis. Sic enim ille hac de re loquens: Ὡς δὲ ἐπεφέροντο οἱ Βοιωτοὶ κατὰ φύγην, ἄνδρες ἐξ αὐτῶν ἐς ἱερὸν Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Γωνίας. *Lambin.*

6 *Etſi aliquot vulnera acceperat.*] Præclarior moderatio eſt in victos, quo victor gravioribus injuriis & damnis eſt affectus. Laudatur eo nomine à Trogo apud Juſtin. fin. Philippus. *Cum Methonam*, inquit, *urbem oppugnaret, in prætereuntem de muris ſagitta jacta dextrum oculum regis effodit: quo vulnere nec ſegnior in bellum, nec iracundior adverſus hoſtes factus eſt: adeo ut interjectis diebus pacem deprecantibus dederit; nec mode-*

& iratus videbatur omnibus, qui adverſus arma tulerant, [1]tamen antetulit iræ religionem, & eos vetuit violari. Neque hoc ſolum in Græcia fecit, ut templa deorum ſancta haberet, ſed etiam apud barbaros ſumma religione [2]omnia ſimulacra araſque conſervavit. Itaque prædicabat, mirari ſe, non ſacrilegorum numero haberi qui ſupplicibus eorum nocuiſſent; aut non gravioribus pœnis affici, qui religionem minuerent, quam qui fana ſpoliarent.

5 Poſt hoc prælium collatum eſt omne bellum circa Corinthum, ideoque [3]Corinthium eſt appellatum. Hic quum una pugna [4]decem millia hoſtium Ageſilao duce cecidiſſent, eoque facto opes adverſariorum debilitatæ viderentur: tan-

ratus tantum, verum etiam mitis adverſus victos fuerit. Alioqui victoria mitis vel cruenta eſt, prout minora vel atrociora in ea elaboranda pericula fuerunt ſubeunda. Juſtin. lib. I. cap. 7. *Sed quanto bellum minoris periculi, tanto & mitior victoria fuit.* Florus lib. II. cap. 8. f. *Antiocho victo & ſupplici pacem atque partem regni dari placuit, eò libentius, quod tam facile ceſſiſſet.* Curt. lib. IV. cap. 57. *Ira quoque accenſus, quod duo in obſidione urbis ejus vulnera acceperat.* Vide reliqua. Cæſar lib. II. Civil. cap. 13. *Cæſar per literas Trebonio magnopere mandaverat, ne per vim opidum expugnari pateretur; ne gravius permoti milites & defectionis odio, & contemptione ſui & diutino labore omnes puberes interficerent.* Tacit. lib. IV. Annal. *Infenſus miles memoria laborum, & adverſum eludentes optatæ toties pugnæ, ſe quiſque ultione & ſanguine explebant.* Gebh.

1 *Tamen antetulit iræ religionem.*] Cum de omni humana ope deſperabatur, à victis confugiebatur ad Deorum templa adque aras, ut eorum veneratione ac majeſtate motus Victor impetum iracundiæ frangeret, victique crudelitati ſubtraherentur. Et cum ſanctitas morum Deique timor inter mortales adhuc vigerent, quamvis vi urbem ingreſſus Victor repugnantes omnes juberet trucidari, tamen illis parci præcepit, qui ad Deorum templa confugiſſent. Curt. lib. IV. cap. 40. *Alexander exceptis, qui in templa confugerant, omnes interfici, ignemque tectis injici jubet.* Victis autem nulla alia de cauſſa, qui in Deorum templa confugerant, parcitum fuit, niſi reſpectu & reverentia erga Deos. Diodor. lib. XIII. ὥστε τ λοιπὸν ἅπαντα τ μηδὲν ἀσεβεῖν εἰς τὸ δαιμόνιον, Ἀλεξανδρίνων τὰς εἰς τὰ ἱερὰ καταφθορότας. Tacit. l. III. Annal. cap. 61. *Mox Liberum Patrem bello victorem ſupplicibus Amazonum, quæ aram inſederant, ignoviſſe.* Idem.

2 *Omnia ſimulacra, araſque conſervavit.*] *Conſecravit* non rectè Longolius. Confer cum his quæ de Ageſilao M. Tullius ad Luceium commemorat l. V. epiſtol. 12. nullam ſui imaginem neque fictam neque pictam poni voluiſſe. *Schott.*

3 *Corinthium eſt appellatum.*] Κορινθιακὸς πόλεμος, Pauſaniæ, Diodoro & aliis. Notavitque ad Juſtini lib. VI. cap. 5. incomparabilis Bongarſius. Initium ejus cœpit Olymp. XCVI. anno I. *Keuchen.*

4 *Decem millia hoſtium.*] Sic Xenophon in Ageſilao, & Plutarchus in Apophth. Reg. & in Ageſilao. *Lamb.*

1 *Tan-*

[1]tantum afuit ab insolentia gloriæ, ut [2]commiseratus sit fortunam Græciæ, quod tam multi à se victi, [3] vitio adversariorum concidissent. Namque illa multitudine, si sana mens esset Græciæ, [4] supplicium Persas dare potuisse. Idem, quum adversarios intra mœnia compulisset, & ut Corinthum oppugnaret multi hortarentur; negavit id suæ virtuti convenire. Se enim eum esse dixit, qui ad officium peccantes redire cogeret, non qui urbes nobilissimas expugnaret Græciæ. [5] Nam si, inquit, exstinguere voluerimus qui nobiscum adversus barbaros steterunt, [6] nosmetipsi nos

1 *Tantum afuit ab insolentia gloriæ.*] Minime insolenter de tanta victoria gloriatus est: cum alioqui victoria inflet animum Ducis, ut supra in Pausania & Lysandro adnotabamus. Tacit. lib. IV. Histor. cap. 63. 1. *Civilis & Classicus rebus secundis sublati.* Aurel. Victor Cæsarib. c. 39. *Quo prosperiore cedente metu ne hujusmodi ingenium magis ac magis victoria insolesceret.* Ergo elationem animi comitatur quoque Gloriatio. Cæsar lib. 1. de Bello Gallico c. 14. *Quod sua victoria tam insolenter gloriaretur.* Modestiæ in successibus habet socios Agesilaus & alios. De Philippo Justin. l. IX. c. 4. *Hujus victoriæ callide dissimulata lætitia est. denique non solita sacra Philippus illa die fecit, non in convivio risit; non ludos inter epulas adhibuit; non coronas aut unguenta sumpsit; & quantum in illo fuit, ita vicit, ut victorem nemo sentiret.* De Timoleonte Nepos: *Nihil unquam neque insolens neque gloriosum ex ore ejus exiit.* De Annibale Plutarch. in Marcello: ὅτι φωνὴ ἀφῆκεν ὑπερήφανον, ὅτε ἀπ' ὄψεως τὸ χαῖρον. Compositum mentis ac vultus Agesilai habitum ita describit Xenophon: εὐ ἰσοπαθεὶς φαινόμενος ἠρίστευε. Plutarch. εὐ ὄφθη πρᾳεῖα χαρὰς ἅμα καὶ ὑπερηφανίας. *Gloria* pro gloriatio. P. Syrus:

Cito ignominia fit superbi gloria.

Tacit. lib. 1. Annal. cap. 8. *Plerique invisi sibi, sed jactantia gloriaque ad posteros.* Hæc prolixius deduxi, ut affligerem correctionem Lambini *insolenti gloria* suspicantis legendum. *Gebh.*

2 *Commiseratus sit fortunam Græciæ*] Scipio quoque non insultasse, sed illacrymasse fertur excidio Carthaginis, quum jussu populi Rom. eam exscinderet. Generosum pectus non efferum, non insolens, sed in omni fortuna incerta rerum humanarum cogitans *Dolet quoties cogitur esse ferox.* Locc.

3 *Vitio adversariorum.*] Callida amolitio à se culpæ & damni communi Patriæ illati. Nam si Diodoro credimus, exitit Agesilaus φύσει δραστικὸς καὶ φιλοπόλεμος. Quare ne videatur impie ac scelerate iisdem sacris, linguæ commercio, cohærentes bello obtrivisse, illis versute culpam imputat. Usus est hoc colore quoque supra Alcibiades. *Idem.*

4 *Supplicium Persas.*] Similis querela Lucani pr. lib. 1.

Cumque superba foret Babylon spolianda tropæis
Ausoniis, umbraque erraret Crassus inulta,
Bella geri placuit nullos habitura triumphos?
Heu quantum potuit terræ pelagique parari
Hoc, quem civiles hauserunt, sanguine, dextræ! &c.

Quæ ex Agesilai dicto sumta esse, vir maximus in Not. ad eum locum observat.

5 *Nam si, inquit.*] Præclare hoc, sed paullo aliter, Xenophon eodem loco.

6 *Nosmetipsi nos expugnaverimus.*]

nos expugnaverimus, illis quiescentibus, quo facto, sine
6 negotio, quum voluerint, nos oppriment. Interim accidit illa calamitas [1] apud Leuctra Lacedæmoniis: quo ne proficisceretur, quum à pleriſque ad exeundum premeretur, [2] ut si de exitu divinaret, exire noluit. Idem, quum Epaminondas Spartam oppugnaret, [3] effetque sine muris oppidum; talem se imperatorem præbuit, ut eo tempore omnibus apparuerit, nisi ille fuisset, Spartam futuram non fuisse. In quo quidem discrimine celeritas ejus consilii saluti

Invicem attriti sine negotio illorum dominationi patebimus. Nam dum uterque in alterum vindictæ cupiditate & odii rancore fertur atque intentus est, nihilque præterea aut metuit aut cogitat; sic externis hostibus per se ipsos ad interitum ac perniciem suam viam sternunt ac pandunt. Justinus lib. XVI. cap. 4. *Clearchus exilio facinoroſior redditus & diſſenſionem populi occaſionem invadendæ tyrannidis exiſtimans.* Probe P. Syrus:

Ibi ſemper eſt victoria, ubi concordia eſt.

Et Græcus: Ἡ ὁμόνοια μάλιστα δὴ πάντας τοὺς βαρβάρους ἐνίκησεν. Tacit. de German. Morib. cap. 37. *Inde otium, donec occaſione diſcordiæ noſtræ, & civilium armorum, expugnatis legionum hibernis, & Gallias affectavere.* P. Syrus:

Seditio civium hoſtium eſt occaſio.

Salluſtius Oratione II. ad C. Cæſarem de Rep. Ordinanda; *Qua tempeſtate urbi Romanæ fatum excidii adventarit, cives cum civibus manus conſerturos; ita deſeſſos & exſangues regi aut nationi prædæ futuros.* Pacuvius Hermione:

—— *quantas hæc diſcordia*
Clades importet familiæ.

Gebhard.

1 *Apud Leuctra.*] Vide Epaminondæ Vitam. *Longol.* Accidit illa calamitas Olympiad. CII. anno 2. Sed obſervandum, in Epaminonda *apud Leuctram* dici, pro *Leuctra.* Quæ generum & numerorum Enallage in nominibus urbium à veteribus frequentata. Sic τὰ Ἱεροσόλυμα, & *Hieroſolymam* & *Hieroſolymas* dicebant; ut *Leuctra, Leuctram, Leuctras.* Atque ita in cæteris. *Keuchenius.*

2 *Ut ſi de exitu divinaret.*] Ἔδοξε θεῶν τινὰ χρησμὸν εἰρηκέναι, inquit Diodorus. *Boecler.*

3 *Eſſetque ſine muris oppidum.*] Ex præcepto Lycurgi. *Keuchen.* Viri enim Lacedæmone fortitudine ſua pro mœnibus erant. Seneca Rhetor Suaſor. II. ut nos quidem emendabamus: *Non eſt Sparta lapidibus circumdata. Ubi viros habet, ibi muros non habet.* Et mox: *Muri noſtri arma ſunt.* Schottus. Olim Græci urbes ſine muris habuerunt, ut Thucydides in Procœmio ſcriptum reliquit. Spartam nullis fuiſſe ſeptam mœnibus, teſtantur Plato Dialogo VI. de Legibus, Plutarchus in Lyſandro, in Apophth. & Inſtit. Lacon. atque alii. Ovidius *Spartam immunitam* vocavit, ſic enim ait Metamorph. X.

Cum Deus Eurotam, immunitamque ſequentat Sparten.

Sed Livius lib. IV. V. & VIII. Decadis quartæ, Spartam muris fuiſſe circumdatam demonſtrat. Et lib. IX. ait, urbem hanc DCCC. annorum ſpatio nulla habuiſſe mœnia. Quando primum Spartani armis diffiſi, urbem murorum præſidio clauſerint, docet Juſtinus lib. XIV. cap. 5. Livius lib. 4. Decad. IV. Tyrannos ait, Spartæ muros cum prius nulli fuiſſent, planis apertiſque locis conſtruxiſſe, altiora vero ac difficiliora loca armatorum fuiſſe præſidiis firmata. *Magius.*

1 *Locum*

luti fuit univerſis. Nam quum quidam adoleſcentuli, hoſtium adventu perterriti, ad Thebanos transfugere vellent, & [1] locum extra urbem editum cepiſſent; Ageſilaus, qui pernicioſiſſimum fore videret, ſi animadverſum eſſet, quenquam ad hoſtes transfugere conari, cum ſuis eo venit, atque, ut ſi bono animo feciſſent, laudavit conſilium eorum, quod eum locum occupaſſent, & ſe id quoque fieri debere animadvertiſſe. Sic adoleſcentulos [2] ſimulata laudatione recuperavit: & adjunctis de ſuis comitibus, locum tutum reliquit. Namque illi, aucto numero eorum, qui expertes erant conſilii, commovere ſe non ſunt auſi: eoque libentius, quod latere arbitrabantur, quæ cogitarant. Sine dubio poſt Leuctricam pugnam Lacedæmonii 7
[3] ſe nunquam refecerunt, neque priſtinum imperium recuperarunt. Quum interim Ageſilaus non deſtitit, quibuſcunque rebus poſſet patriam juvare. Nam quum præcipue Lacedæmonii indigerent pecunia, [4] ille omnibus, qui à rege defecerant, præſidio fuit. à quibus magna donatus pecunia, patriam ſublevavit. Atque in hoc illud imprimis fuit

1 *Locum extra urbem editum.*] Polyænus vocat λόφον ἱερὸν Ἀφιδμείου ἐφθείας ἐχῦς Πιτάνας. lib. II. Strateg. Plutarchus δέρκη καὶ δυσπρόσοπον τόπον.

2 *Simulata laudatione recuperavit.*] De perſona rarius. Supra tamen Pelopida: *Hunc Epaminondas recuperavit bello.* Cæſar lib. III. de Bell. Gal. cap. 8. *quod per eos ſuos ſe obſides, quos Craſſo dediſſent, recuperaturos exiſtimabant.* Frontin. cap. VIII. lib. I. *Bello Punico quædam civitates, quæ à Romanis deficere ad Pœnos deſtinaverunt, cum obſides dediſſent, quos recipere antequam deſciſcerent, ſtudebant, ſimulaverunt ſeditionem inter finitimos ortam, quam Romanorum legati dirimere deberent, miſſoſque eos velut contraria pignora retinuerunt, net ante reddiderunt, quam ipſi recuperarent ſuos.* Tacit. IV. Annal. cap. 73. *acri pugna hoſte pulſo recipiunt cohortes alaſque ſiſſis ſuis neribus.* Val. Max. lib. V. cap. II. 5. Q. Terentius Culeo Africani *ſuperioris currum triumphantis, quia captus à Carthaginenſibus ab eo fuerat recuperatus, pileum capite gerens, ſicutus eſt.* Gebh.

3 *Se nunquam refecerunt.*] Tranſlatum ab iis, qui à deliquio aut gravi morbo ſe recolligunt. Ovid.

—— *vix me grandævus Aceſtes,*
Vix mater gelida mœſta refecit aqua.

Infra Hamilcare: *Si paullulum modo res eſſent refectæ.* Tacit. XI. Annal. cap. 17. *Rurſus Longobardorum opibus refectus per læta per adverſa res Cheruſcas afflictabat.* Salluſt. *Quo & cæterorum animos reficeret.* Timoleonte; *Cum Siciliam recreare conſtituiſſet.* Idem.

4 *Ille omnibus, qui à Rege defecerant.*] Meminit iſtius rei Xenophon in Ageſilao.

fuit admirabile, [1] quum maxima munera ei ab regibus & dynastis civitatibusque conferrentur; nihil unquam in domum suam contulit, [2] nihil de victu, nihil de vestitu Laconum mutavit. Domo eadem fuit contentus, qua [3] Eurysthenes progenitor majorum suorum fuerat usus. Quam qui intrarat, nullum signum libidinis, nullum luxuriæ videre poterat: contra, plurima patientiæ atque abstinentiæ. [4] Sic enim erat instructa, ut nulla in re differret à cujusvis inopis atque privati. Atque hic tantus vir, ut naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus; [5] sic maleficam nactus est in corpore, [6] exiguus, [7] & claudus altero pede. quæ res etiam nonnullam adferebat deformitatem: atque ignoti, faciem ejus quum intuerentur, contemnebant: qui autem virtutem noverant, non poterant admirari satis. Quod ei usuvenit, [8] quum annorum octoginta [9] subsidio Thaco in Ægyptum iviſſet, [10] & in acta cum suis accubuiſſet, sine ullo tecto, stratumque

1 *Cum maxima munera ei ab Regibus.*] Tacho imprimis & Mausolo. *Xenoph.* ibidem.

2 *Nihil de victu, nihil de vestitu Laconum mutavit.*] Plutarchus apophth. Lacon. Οὐδὲν τῷ σῶμα τῷ βίον, καὶ πλὴν ὀλίγαι καὶ τὰς τοσαύτας δύτυχίας ἠ νόσας ἤλλαξεν οἰκαδ' ἐπανελθών. *Lamb.*

3 *Eurysthenes.*] Aristodemi filius, Proclis frater: De quo supra hac eadem vita in principio. *Idem.*

4 *Sic enim erat instructa.*] De frugalitate Agesilai in victu cultuque corporis, multa Plutarchus in vita. *Schot.*

5 *Sic maleficam nactus est in corpore.*] Quam heic Nepos *naturam* vocat *maleficam*, Ovidius non invenustius *difficilem* dixit, epistol. Sapphus:

Si mihi difficilis formam natura negavit
Ingenio formæ damna rependo meæ.

Gebh. Ultraj. editio: *In corpore fingendo. nam & statura fuit humili & corpore exiguo. qui autem virtutes, &c.* omissis quæ interjecta sunt. scriptus liber & Savaro: *In corpore exiguo & claudus altero pede.* Schott.

6 *Exiguus.*] Athen. lib. 14. ex Theopompo. *Savaro.*

7 *Et claudus altero pede.*] Loripes. *Lambin.* Justinus lib. VI. cap. 2. *Erat enim pede claudus.* Vide Plutarch. *Savaro.* De Oraculi responso Pausanias in Laconicis & alii.

8 *Quum annorum octoginta.*] Xenophon in Agesilao: Ἐγεγόνει ἔτη ἀμφὶ τὰ ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη, id est, *natus erat annos circiter octoginta.* Plutarchus autem, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη, id est, *supra octoginta annos natus erat.* Lamb.

9 *Subsidio Thaco in Ægyptum iviſſet.*] *Nectenabo* ait Polyænus lib. II. in Agesilao, Comm. 22. *Gebhard.* Hic rex *Hercynio* fuisse videtur: Lege Justinum lib. VI. *Magius.* Sed hoc Agesilai inceptum & factum, scribit Plutarchus fuisse à plerisque improbatum & reprehensum. *Lambin.*

10 *Et in acta cum suis accubuiſſet.*] Id est, in littore. Virgil. Æneid. lib. V.

At procul in sola secretæ Troades acta
Anchisen flebant.

Græci enim *littus* ἀκτὴν vocant. Plutar-

que haberet tale, [1] ut terra tecta eſſet ſtramentis, [2] neque huc amplius quam pellis eſſet injecta, eodemque comites omnes accubuiſſent, veſtitu humili atque obſoleto, ut eorum ornatus non modo in his regem neminem ſignificaret, ſed [3] hominis non beatiſſimi ſuſpicionem præberet. Hujus de adventu fama quum ad regios eſſet perlata, celeriter munera eo cujuſque generis ſunt allata. His quærentibus Ageſilaum, vix fides facta eſt unum eſſe ex his, qui tum adcubabant. Qui quum regis verbis, quæ attulerant, dediſſent: ille [4] præter vitulina, & hujuſmodi genera obſonii, quæ præſens tempus deſiderabat, nihil accepit: unguenta, [5] coronas, ſecundamque menſam, ſervis diſpertiit: cætera referri juſſit. Quo facto, eum barbari magis etiam contempſerunt, quod [6] eum ignorantia bonarum rerum illa potiſſimum ſumpſiſſe arbitrabantur. Hic

tarchus ait, *in herba circa littus.* Mag.

1 *Ut terra tecta eſſet ſtramentis.*] Hoc cum Gallis & Germanis Lacedæmonii habent commune. Athenæus: Κλινοὶ τὰς χοὰς παρατιθεν χόρτον ὑποβάλλοντες, ἢ ἐπὶ τραπεζῶν ξυλίνων μικρὸν ὑπὸ τῆς ἁπτομένων. *Gebhard.*

2 *Neque huc amplius quam pellis eſſet injecta.*] More ſcilicet ruſtico, & priſcorum, quibus id genus ſtrata & cubilia erant, ſtramentis & pellibus parata, & de quibus nos affatim lib. II. cap. 16. Miſcellaneorum. *Mag.* Simile quid de Tuberone Stoïco narrat Cicero Orat. pro Muræna.

3 *Hominis non beatiſſimi.*] Vetuſt. codex noſter & Ultraj. *homines non beatiſſimos.* Sed nihil intereſt. *Schott.*

4 *Præter vitulina.*] Plutarchus: *Muneribus*, inquit, *allatis adductiſque, farinam, vitulos, anſeres accepit: bellaria, unguenta repellebat.* Idem Plutarch. in apophth. Lacon. hoc factum dicit apud Thaſios, cum per eorum agrum cum exercitu iter faceret Ageſilaus. De muneribus à Thaſiis Ageſilao miſſis, legere no pigeat quæ ex Theopompo retulit Athenæus lib. XIV. cap. 29. *Mag.*

5 *Coronas.*] Quæ fiebant ex gramine quodam non magni pretii, quod βύζλον Græci vocant, unde charta conficiebatur: & taleis coronas non rejeciſſe dicitur Ageſilaus, ut refert Plutarchus ex Theophraſto. *Lambin.* Refert Athenæus lib. XV. cap. 6. ex Theopompo, Ægyptios Ageſilao in Ægyptum proficiſcenti, inter alia munera *papyrum coronariam* miſiſſe. Plin. lib. XIII. cap. 11. *papyri* florem ad Deos coronandos uſui fuiſſe dicit. Idem lib. XXI. cap. 2. *Ægyptiarum coronarum* mentionem facit. *Mag.* Sed coronarum apud veteres in conviviis multus uſus, & è roſis futilium præcipue, poſtea luxuria invenit è nardi folio, & veſte ſerica verſicolori ſuere, quas unguentis aſpergebant pretioſiſſimis. *Salmaſ.* Legendus Carolus Paſſchalius in doctiſſimo opere Coronario.

6 *Eum ignorantia bonarum rerum.*] Ἀζηλτηρία vel ἀζηλτηρία. Nam & Græcis ἀζηλτηρῶ explicatur, τὸ βίλτιον μὴ γινώσκειν. Conſtat autem hoc vitium ruſticitate, ſinceritate judicii & ſenſuum; ἀγροικία, ἀκεραιότης, εὐηθεία. *Boecler.*

Hic quum ex Ægypto reverteretur, donatus à rege [1] Nectanebe [2] ducentis viginti talentis, quæ ille muneri populo ſuo daret, veniſſetque [3] in portum, qui Menelai vocatur, [4] jacens inter Cyrenas & Ægyptum, [5] in morbum implicitus deceſſit. Ibi eum amici, quo Spartam facilius perferre poſſent, [6] quod mel non habebant, cera circumfuderunt, [7] atque ita domum retulerunt.

1 *Nectanebe.*] Sic legendum; non, ut habent exempla Veneta, *Nathabide.* Sic enim hunc appellant Plutarchus, Diodorus Siculus, Polyænus; niſi quod ἀλφάρητος *Nectanabus*, & *Nectanabis*, & *Nectanebis*; Νικλανεὼς, Νικλάνεις, Νικλάνεσις ab illis nominatur. Quod autem in Apophtheg. Lacon. Νικτάνις ſcriptum eſt, erratum eſſe puto. Nectanebum ſupra commoravit & Probus in Chabria princip. *Lambin.*

2 *Ducentis viginti talentis.*] Plutarchus, *ducentis ac triginta argenti talentis* donatum fuiſſe Ageſilaum dicit. In Apophth. vero Lacon. *ingenti vi pecuniæ.* Mag.

3 *In portum, qui Menelai vocatur.*] Plutarch. Καὶ πρὸς τῷ Λιβύῃ χωρίον ἄρμιον κομισθεὶς ὃ καλοῦσι Μενελάου λιμένα. De quo vide Strabonem lib. 1.

4 *Jacens inter Cyrenas.*] Alii Codices perperam, *Grenas.* Lege *Cyrenas.* Intelligit enim Nepos Libyam Cyrenaicam, πόλιν Λιβύης. Latini *Cyrenas* dicunt. Κυρήνη, Κυρῆναι apud Græcos. *Kenchen.*

5 *In morbum implicitus deceßit.*] Diodorus lib. xv. Ἐπανιὼν δὲ εἰς τὴν πατρίδα ἀσθενείᾳ Κυρήνης, ἐτελεύτησεν. Olympiad. CIV. anno 4. Ætat. LXXXIV. Imperii XLI. Vide Plutarchum.

6 *Quod mel non habebant.*] Sic Plutarchus. Sed negat tamen Diodorus, & Ageſilai cadaver in melle Spartam deportatum tradit, ac ſepultura regia, ceteriſque honoribus decoratum. *Lamb.* Melle enim cadavera, quæ ſervari vellent, condiebant: ut hic Plutarchus & C. Plinius lib. 22. cap. 24. auctor eſt. Varro περὶ ταφῆς apud Nonium: *Heraclides Ponticus plus ſapit, qui præcepit, ut comburerent, quam Democritus, qui, ut melle ſervarent.* Cera vero circumlinere Perſarum fuiſſe refert Herodotus lib. 1. & Cicero 1. Tuſcul. Plura qui de funeralibus ſcripſerunt, in his Pet. Bellonius ac P. Victorius libro x. Var. capite 6. Joan. Kirchmannus lib. 1. cap. 8. *Schott.*

7 *Atque ita domum retulerunt.*] Legibus enim adſtricti, Reges ſuos Lacedæmonii domum, etiam mortuos reducere cogebantur, cæteros duces non cogebantur. *Longolius.* Vide Turnebum lib. 26. cap. 33. & bis infra in Eumene.

EUME-

EUMENES.
XVIII.

EUMENES[1] Cardianus. Hujus ſi virtuti par data eſſet fortuna,[2] non ille quidem major, ſed multo illuſtrior, atque etiam honoratior;[3] quod magnos homines virtute metimur, non fortuna. Nam quum ætas ejus incidiſſet in ea tempora,[4] quibus Macedones florerent, multum ei detraxit inter eos viventi, quod alienæ erat civitatis. Neque aliud huic defuit, quam generoſa ſtirps: etſi ille[5] domeſtico ſummo genere erat, tamen Macedones eum ſibi aliquando anteponi, indigne ferebant. Neque tamen non patiebantur; vincebat enim omnes cura, vigilantia, patientia,[6] calliditate, & celeritate ingenii.[7] Hic peradoleſcentulus[8] ad amicitiam acceſſit Philippi, Amyntæ filii; 1

1 *Emeres Cardianus.*] Male alii *Sardinianus*. Frontin. lib. IV. cap. 7. *Eumenes Cardianus ex ſucceſſoribus Alexandri Magni.* Auctor Scholiorum in Ariſtophanis Aves: Καρδία πόλις Θρᾴκης, ἧς οἱ πολῖται Καρδιανοί. *Gebhard.* Ab aliis *Cardiopolis:* poſt *Lyſimachia* dicta. Alexander Myndius hanc civitatem in Eumenis gratiam immunem à tributis Philippum feciſſe ſcribit. *Longol.* De Eumene Diod. 17. & 18. Plutarch. Front. 4. c. 7. infr. in Hannibale. *Savar.* Juſtin. 13. & 14. Eſt & apud Curtium & Arrianum viri mentio.

2 *Non ille quidem major.*] Sic Membranæ Schotti. ſic & Magius & Savaro. Lambinus *fuiſſet* adjecit, ut ante Longolius *eſſet*. male. exaudiri enim facile poteſt. *Schott.*

3 *Quod magnos homines virtute metimur, non fortuna.*] Probo hanc ſcripturam magis quam illam ex Officinâ Correctorum, *Quod magnos homines virtute metiuntur non fortuna Prudentes*; nimirum quod non capiunt, è veſtigio pervertunt. Sic paullo ante legito: *Non ille quidem major, ſed multo illuſtrior atque etiam honoratior*: deleto *non fuiſſet* ad ſuſtinendam ſententiam à correctoribus infulto. *Gebhard.*

4 *Quibus Macedones florerent.*] Propter Philippum Amyntæ filium & Alexandrum Magnum, qui res omnium Macedonum maximas geſſerunt. *Lamb.* Vide Juſtinum lib. 33. cap. 2.

5 *Domeſtico ſummo genere.*] Duris Samius ex aurigatione patrem ejus victum ſibi quæſiviſſe refert. *Longol.*

6 *Calliditate.*] Itaque Plutarch. eum πανοῦργον dicit fuiſſe. *Lambin.*

7 *Hic peradoleſcentulus.*] Annorum fere trium & viginti, ut infra ait: *Cum ab anno viceſimo, ut ſupra oſtendimus, &c.* Schottus. Etſi vero P. Manutius in epiſtol. 1. M. Tullii libr. II. ad famil. docuerit adoleſcentes ac juvenes ea tempeſtate dictos ad annum etiam triceſimum, ægre tamen adduci poſſum ut credam duplici ὑποκορίστικῳ tot annos deſignari, licet contendat contra Lambinum Titius Contr. lib. V. cap. XVII. *Schottus.*

8 *Ad amicitiam acceſſit Philippi.*] Quam tenuit annos VII. Philippo mor-

tuo

tæ filii; brevique tempore in intimam pervenit familiaritatem. Fulgebat enim jam in adoleſcentulo indoles virtutis. Itaque eum habuit ad manum, [1] ſcribæ loco; quod multo apud Grajos honorificentius eſt, quam apud Romanos. [2] Nam apud nos re vera, ſicut ſunt, [3] mercenarii ſcribæ exiſtimantur. At apud illos contrario, nemo ad id officium admittitur niſi honeſto loco, & fide, & induſtria cognita: quod neceſſe eſt omnium conſiliorum eum eſſe participem. Hunc locum tenuit amicitiæ apud Philippum annos ſeptem. [4] Illo interfecto, eodem gradu fuit apud

eo eodem gradu fuit apud Alexandrum annos XIII. *Infra.* Ait Plutarchus, Philippum, cum per otium Cardiæ Eumenem ſtrenue inter reliquos pueros decertare, luctatique conſpexiſſet, pueri prudentia & fortitudine delectatum, eum ſibi deſumſiſſe. Verum alios probabilius dicere, Eumenem hoſpitii & amicitiæ paternæ cauſa à Philippo ad altiora provectum. *Mag.*

1 *Scribæ loco.*] Plutarchus ἀρχιγραμματέα, id ſonat, *ſcribarum principem & præfectum*, cum quo Rex omnia etiam graviſſima negotia communicabat, fuiſſe prodit, tales hodie *Cancellarios* vocant. *Longol.* Arrianus lib. V. γραμματέα appellat ſimpliciter: Θάλυπας δὲ, ὡς νόμῳ αὐτῷ, τὰς τελευτὰς τοῦ βίου, Εὐμένην ὁ γραμματεὺς ἐκπέμπει ἐς τὰς δύο πόλεις, τὰς συναφιεῶσας τοῖς Σαγγάλοις, &c. *Lambin.* Qualis Amenides Darii apud Curtium lib. VII. cap. 3. Mullinus Alexandri ap. eund. VIII. II. Erantque ex amicis Regis, ut tradit Arrianus. De quibus diſertim Briſſonius lib. I. & Caſp. Barthius in Adverſ. lib. I. cap. I. Τὰ *ſcribæ loco* ab interprete potius, quam ab auctore profecta cenſeo. Quid enim aliud eſt *ad manum habere*, niſi *ſcribæ loco*? ſic mox *revera*, & *ut ſunt*, ejuſdem ſignificationis ſunt, atque alterutrum abundare videtur.

2 *Nam apud nos.*] Id ex Verrinis Ciceronis & Horatii ſermonibus nemini non eſt notum. *Longol.*

3 *Mercenarii ſcribæ exiſtimantur.*] Loquitur Nepos de ejuſmodi ſcribis, qui hodie *ſecretarii*, in magnarum poteſtatum conſiliis habentur (non quod ſecretarius, quivis mercenarius ſcriba & ſervilis operæ miniſter appellari cupit, abuſui vocis dandum, omnes ſcimus) ideo requirit ad hoc officium, 1. *familiæ honeſtatem*, 2. *ſpectatam induſtriam*, id eſt, ἐπιδεξιότητα ἐν τοῖς πράξεων ἐπιχειρήσεσι, promptitudinem exercitatam, qualis in rerum actu dextre tractando laudatur. 3. *fidem.* Dignitatem officii oſtendit: 1. *honorificentiæ* titulo. 2. *gradu amicitiæ regiæ*, quæ majorum rerum miniſtris ſcil. tribuitur. 3. *intimæ familiaritatis* cum rege conſuetudine. Munus ipſum complectitur generali expreſſione. Scriba talis omnium conſiliorum eſt particeps. *Boeclerus.* Apud Romanos liberti fere ſcribæ, quia dominorum nomina induerant. ſic M. Tullius Laurea fortaſſe Ciceronis libertus, de quo libr. V. epiſt. XX. ad familiares. Plura de ſcribis in Verrinis actionibus. de Notariis vero & tabellionibus Auſonius & Wouwerius in Polymathia & Johann. Brodæus 4. Miſcell. cap. 9. *Schottus.*

4 *Illo interfecto.*] A Pauſania. Vide infra *de Regibus.* Contigit illud Olympiad. CXI. anno I. Eumenes autem regulis tutor datur Olymp. CXV. anno I. *Chronolog.*

1 *Præfuit*

apud Alexandrum annos tredecim. Noviſſimo tempore [1] præfuit etiam alteri equitum alæ, [2] quæ hetærice appellabatur. Utrique autem conſilio ſemper affuit, & omnium rerum habitus eſt particeps. [3] Alexandro Babylone mortuo, [4] quum regna ſingulis familiaribus diſpertirentur, & ſumma rerum tradita eſſet tuenda eidem, [5] cui Alexander moriens annulum ſuum dederat, Perdiccæ: ex quo omnes conjecerunt, [6] eum regnum ei commendaſſe, quoad

1 *Præfuit etiam alteri equitum alæ.*] *Altera* erat in Vet. Codice Giſanii & noſtro ἀρχαϊκῶς, ut *unæ* pro *uni* Lucretius dandi caſu, ut ibidem docuit Giſanius. *Schott.*

2 *Quæ hetærice appellabatur.*] Quaſi *ſocialis*, id enim vox ἑταιρικὴ ſonat. Longolius, *Eretrice* legit: ſic dictam fortaſſe exiſtimans, ab *Eretria* Eubœæ inſulæ oppido. Sed ego ejus lectionem, quod vetuſtis codicibus non aſſeratur, haudquaquam approbaverim. *Magius.* Meminerunt ejus plurimi Græcorum, Diodorus lib. 18. Arrianus lib. 6. de rebus geſtis Alexandri, & Harpocratio in voce πεζαίτερος. Atque ita vocabatur honoris cauſſa ala equitum apud Macedones, ab amicitia & veluti ſodalitate regia.

3 *Alexandro Babylone mortuo.*] Olympiad. CXIV. anno I. Vide infra *de Regibus.*

4 *Cum regna ſingulis familiaribus diſpertirentur.*] Lege Joſephum Antiquit. lib. XII. cap. I. Auctorem hiſtoriæ Machabæorum libro I. cap. I. Juſtinum, Oroſium III. Arrianum, Dexippum Athenienſem de rebus poſt Alexandrum in Photii bibliotheca pag. 115. & Arrianum ibid. pag. 123. & paſſim alios.

5 *Cui Alexander moriens annulum ſuum dederat.*] Juſtinus lib. 12. cap. 15. *Sexto die præcluſa voce, exemptum digito annulum Perdiccæ tradidit: quæ res gliſcentem amicorum diſſenſionem ſedavit.* Conſentit Lucianus in dialogo Diogenis & Alexandri; Dexippus apud Euſebium, Curtius, & reliqui. Ex hoc actu & aliis exemplis obſervat Kirchmannus in Cancellario IV. 2. priſcos principes ſigilli ſui cuſtodes ipſos fuiſſe. Hereditatis autem tranſmiſſæ indicium id habitum, ex Val. Max. VII. 8. 5. 8. & 9. Caſaubonus ad Suetonium Aug. 94. tradit, putatque id cauſſæ fuiſſe, cur Tiberio morienti Cajus anulum adimeret, apud Suetonium 73. Quod nec analogia privati juris caret, ut ſcilicet ita videretur totius patrimonii jus traditum, quomodo clavibus traditis mercium in horreis conditarum poſſeſſio tradita videtur. l. 44. de contrah. empt. Ergo Alexandri exemplo Auguſtus undecimo conſulatu ægrotans, Agrippæ annulum porrexit. apud Zonaram. Vide Kirchmann. de Anulis cap. 22. Apud Saracenos idem obtinuit: unde *annulus Chalifatus* legitur apud Elmacin. II. 2. in cæde Alamini: idque ſignum eſſe principatus apud Agarenos, ait Conſtant. Porphyrog. de adminiſtr. Imp. cap. 21. Et hæc quidem eſt communi Scriptorum calculo tradita narratio. *Freinshemius.* Diodor. Siculus lib. 17. Πολλοῖς δ' πόνοις, καὶ δεινοῖς ἀλγηδόσι συχθεὶς Ἀλέξανδρος, ἐπειδὴ τὸ ζῆν ἀπώγετο, σφενδονόμῳ τὸ δακτύλιον, ἐδώκατο Περδίκκᾳ. Simile de Antiocho teſtatur auctor hiſt. Machab. lib. I. cap. 6.

6 *Eum regnum ei commendaſſe.*] Dicitur ea ἐμφάσει, qua morituri neceſſitudines ſuas, aliaque amicis *commendare* dicebantur. Vide Briſſ. VII. Form. *Boecl. Eum regnum ei commendaſſe.*] Schottus è ſchedis *commiſiſſe vel commendaſſe.* Sed

vel

quoad liberi ejus in ſuam tutelam perveniſſent: (aberant enim [1] Craterus & [2] Antipater, qui antecedere hunc videbantur: [3] mortuus erat Hephæſtio, quem unum Alexander, quod facile intelligi poſſet, [4] plurimi fecerat) [5] hoc tempore data eſt Eumeni Cappadocia, ſive potius dicta. [6] nam tum in hoſtium erat poteſtate. Hunc ſibi Perdiccas adjunxerat magno ſtudio, quod in homine fidem & induſtriam magnam videbat; non dubitans, ſi eum pellexiſſet, magno uſui fore ſibi in his rebus, quas apparabat. Cogitabat enim (quod fere omnes in magnis imperiis concupiſcunt) omnium partes corripere atque amplecti. Neque vero hoc ſolus fecit, ſed cæteri quoque omnes, qui Alexan-

vel cæco apparet alterum eſſe interpretamen alterius à ſcriba immiſſum dubitante utrum eſſet probius. Mihi placet *commiſiſſe* loco τῷ *commendaſſe* inferri. *Gebhard.*

1 *Craterus.*] Quem φιλοβασιλέα cognominant Græci, ſicut Hephæſtionem φιλαλέξανδρον. Utrumque Alexander plurimum amabat. Curtius lib. 6. cap. 8. *Erat Craterus regi carus in paucis, & ideo Philotæ ob æmulationem dignitatis adverſus.*

2 *Antipater.*] Iolai filius. De quo præter alios Polyænus lib. 4. Strategematum.

3 *Mortuus erat Hephæſtio.*] Ad Ecbatana. Ælian. Var. VII. 8. Febricitans. Curt. X. 4. Mortem eam prædixerat Pythagoras vates apud *Appianum* de bello civil. lib. II. *Arrian.* VII. 3. & *Plutarch.* cap. 124.

4 *Plurimi fecerat.*] *Plurimum.* Membranæ. & Ultraject. *Schottus.* Ælian. Var. hiſt. XII. 7. *Alexander Achillis monumentum coronavit, Hephæſtion Patrocli: ſignificans, ſe ita charum Alexandro eſſe, ut Patroclus fuiſſet Achilli.* Atque ob ejus mortem Alexander incredibili affectus dolore, multa, quæ regiam majeſtatem minime decerent, admiſiſſe dicitur. *Curt. Plut. Lucan. Senec.* Miſerum etiam medicum, tanquam in curando negligentior fuiſſet, ſuſpendi juſſit. *Idem.*

5 *Hoc tempore data eſt Eumeni Cappadocia, ſive potius dicta.*] Item *Paphlagonia* cum ſubjecto mari Pontico regione, Trapezuntem uſque, ut ait Plutarchus. Juſtinus lib. 13. Cappadociam cum Paphlagonia Eumeni datam fuiſſe ſcribit. Infra vero ipſi, præter provincias, quas acceperat, adjectas dicit, Paphlagoniam cum Caria, Lycia, & Phrygia. Quo in loco contextum corruptum eſſe ſuſpicor, atque ideo in verbis poſterioribus, pro *Paphlagonia, Lycaoniam* reſtituendam; quæ regio eſt in Aſia minore prope Lyciam, ut Ptolemæus lib. II. ſcriptum reliquit, eſtque ex aliis ſatis notum. *Magius.*

6 *Nam tum in hoſtium erat poteſtate.*] Neque enim ſuberat Macedonico imperio, quod Ariarathes rex tunc habebat. *Longol.* Plutarchus: Ἀ*ριαράθης γὰρ αὐτὸς ἐβασίλευεν. Lamb.* Quo interfecto, ademptæ provinciæ Nicanor quidam præficitur. Poſtremo Seleucus obtinuit. Arbitror ſcripſiſſe *poteſtatem*, ut in Ciceron. Manilian. legit Agellius lib. 1. cap. 7. ſic infr. in Phocione. In vet. Codic. *In ſenectutem ſteterat.* Schottus.

Alexandri fuerant amici. [1] Primus Leonnatus [2] Macedoniam præoccupare deſtinaverat. Is multis magnis pollicitationibus perſuadere Eumeni ſtuduit, ut Perdiccam deſereret, ac ſecum faceret ſocietatem. Quum perducere eum non poſſet, interficere conatus eſt: & feciſſet, niſi ille clam noctu ex præſidiis ejus effugiſſet. [3] Interim conflata ſunt 3
illa bella, quæ ad internecionem poſt Alexandri mortem geſta ſunt, [4] omneſque concurrerunt ad Perdiccam opprimendum. Quem etſi infirmum videbat, quod unus omnibus reſiſtere cogebatur; tamen amicum non deſeruit, neque ſalutis quam fidei fuit cupidior. Præfecerat eum Perdiccas [5] ei parti Aſiæ, quæ inter Taurum montem jacet atque Helleſpontum; & illum unum oppoſuerat [6] Europæis adverſariis. Ipſe Ægyptum oppugnatum adverſus Ptolemæum erat profectus. Eumenes, quum neque magnas copias neque firmas haberet, quod inexercitatæ, & non multo ante erant contractæ: adventare autem dicerentur, Helleſpontumque tranſiiſſe Antipater & Craterus magno cum exercitu Macedonum, viri cum claritate, tum uſu

1 *Primus Leonnatus.*] Euni filius, Pellæus. *Arrian.* Ind. III. 12. Cui obtigerat Phrygia, quæ Helleſpontum attingit. Homo, ut eum Plutarchus nominat, ἔμπλεκτος, καὶ φορᾶς μεστὸς ἀδιεξαίτε, καὶ ἐξείας. Fuerat autem unus ex Alexandri corporis cuſtodibus. *Lambinus.*

2 *Macedoniam præoccupare deſtinaverat.*] Vide ſis Plutarchum.

3 *Interim conflata ſunt illa bella.*] His quæ poſtea narrantur, ingens lumen accendunt lib. 18. 19. & 20. quos Diodorus Siculus conſcripſit de rebus poſt Alexandri mortem geſtis, ubi inter alia hanc poſtremam Alexandri vocem commemorat his verbis: Ὅτι μίαν ἀγῶνα αὐτοῖς ἐπιτάφιον συγκοινὸν πάντες οἱ πρωτεύοντες τῶν φίλων. Adde Arrianum, Dexippum, Photium, Curtium x. 9. Juſtinum, & alios.

4 *Omneſque concurrerunt.*] Et imprimis Craterus & Antipater, Græcia ſubacta, belloque Lamiaco confecto: & poſtea Antigonus. *Lambinus.*

5 *Ei parti Aſiæ, quæ inter Taurum montem jacet, atque Helleſpontum.*] Bello contra Ptolemæum. Præfectus tunc erat Eumenes iſtarum copiarum, quæ in Armenia erant & Cappadocia. Plutarchus aperte: Ὁ Περδίκκας αὐτὸς ἐπὶ Πτολεμαῖον στρατεύων, ἀπέδειξε τὸν Εὐμένη τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ καὶ Καππαδοκίᾳ δυνάμεων αὐτοκράτορα στρατηγόν. Armenia autem & Cappadocia Tauro monti junguntur. Curtius lib. 7. cap. 3. *Taurus ſecundæ magnitudinis mons committitur Caucaſo; à Cappadocia ſe attollens Ciliciam præterit, Armeniæque montibus jungitur.* Keuch.

6 *Europæis adverſariis.*] Cratero & Antipatro, & Pithoni & Arridæo, Alexandri ex alia matre fratri; qui poſtea Philippus dictus eſt. *Lambin.*

1 Sum-

uſu belli præſtantes: Macedones vero milites ea tunc erant fama, qua nunc Romani feruntur: etenim ſemper habiti ſunt fortiſſimi, qui [1] ſummam imperii potirentur: Eumenes intelligebat, ſi copiæ ſuæ [2] cognoſcerent, [3] adverſus quos ducerentur, non modo non ituras, ſed ſimul cum nuncio dilapſuras. Itaque hoc ejus fuit prudentiſſimum conſilium, ut deviis itineribus milites duceret, in quibus vera audire non poſſent: & his perſuaderet, ſe contra quoſdam barbaros proficiſci. Itaque tenuit hoc propoſitum, & prius in aciem exercitum eduxit, prælioque commiſit, [4] quam milites ſui ſcirent, cum quibus arma conferrent. Effecit etiam illud locorum præoccupatione, ut equitatu potius dimicaret, quo plus valebat, quam pe-
4 ditatu, quo erat [5] deterior. Quorum acerrimo concurſu quum magnam partem diei eſſet pugnatum, cadit Craterus dux, & Neoptolemus, [6] qui ſecundum locum imperii tenebat. Cum hoc concurrit ipſe Eumenes. [7] Qui quum inter ſe complexi in terram ex equis decidiſſent, ut facile intel-

1 *Summam imperii.*] Sic Mss. & Vett. Accius: *Natus virtute ſceptrum potiretur patris.* Juſt. 1. *duos & quadraginta annos poſt Ninum regno potita eſt.* lib. 12. *Qui poſtea regnum Indorum potitus eſt.* Vide Non. & Priſcian. lib. 18. *Savaro.*

2 *Cognoſcerent.*] Membranæ *cognoſcent.* Schott.

3 *Adverſus quos ducerentur.*] Ducebantur ſcilicet adverſus Craterum & Neoptolemum. Sed Eumenes ut ſuos milites celaret de Neoptolemo, non laborabat: hoc ſtudebat, ut neſcirent ſe adverſus Craterum duci. *Lamb.*

4 *Quam milites ſui ſcirent.*] Miris hoc Eumenis conſilium laudibus effert Plutarchus. Sed idem ante hoc prælium aliud commemorat, in quo Neoptolemus victus cum paucis equitibus fugerit. Lege etiam Diodorum lib. 18. Juſtinum 13.

5 *Deterior.*] Ultraj. *deteriore.* ſed retineo *deterior*, id eſt, *inferior.* Schott.

6 *Qui ſecundum locum imperii tenebat.*] Nam ſiniſtro cornu præerat. Craterus autem dextro, ſummamque exercitus adminiſtrabat. Diodorus de utroque loquens, ait Neoptolemum Crateri juſſu, ſiniſtro cornu præfuiſſe: Πτολεμαῖον δὲ τὸν θυμάτων γνωμῶν, ὑπατεύοντα τῶν δωσίμων, ἢ μὲν δεξιᾶ κέρατι αὐτὸς ἡγεμὼν, ἢ δὲ εὐωνύμῳ τῶν ἡγεμονίαν ἔσχε τὸν Νεοπτολέμου. lib. 18. Cæterum in Juſtino libro 13. cap. 8. *Crateros* ſcribendum, ubi communi mendo *Polyperchon*; ut bene doctiſſimi Critici obſervarunt.

7 *Qui quum inter ſe complexi.*] Hoc Diodorus verbo Græco æque ſignificanti expreſſit, συνεπλάκησαν ἀλλήλοις. *Lambinus.* Juſtinus XIII. 8. *Neoptolemus quoque cum Eumene congreſſus, diu mutuis vulneribus acceptis colluctatus eſt; in ſumma victus occumbit.* Hanc monomachiam pulchre depingit Plutarchus in vita Eumenis. *Longol.* Eſtque hæc tertia converſio, ut ibidem obſervat.

1 *Inimi-*

intelligi poſſet [1] inimica mente contendiſſe, animoque magis etiam pugnaſſe, quam corpore, non prius diſtracti ſunt, [2] quam alterum anima reliquerit. Ab hoc [3] aliquot plagis Eumenes vulneratur: neque eo magis ex prælio exceſſit, [4] ſed acrius hoſtibus inſtitit. Hìc equitibus profligatis, interfecto duce Cratero, multis præterea & maxime nobilibus captis, pedeſtris exercitus, quod in ea loca erat deductus, ut invito Eumene elabi non poſſet, pacem ab eo petiit. Quam quum impetraſſet, in fide non manſit, & ſe ſimul ac potuit, ad Antipatrum recepit. Eumenes Craterum ex acie ſemivivum elatum recreare ſtuduit. Quum id non potuiſſet, pro hominis dignitate, proque priſtina amicitia (namque illo uſus erat Alexandro vivo familiariter) amplo [5] funere extulit, oſſaque in Macedoniam uxori ejus ac liberis remiſit. Hæc dum apud Helleſpontum ge- 5
runtur, [6] Perdiccas apud flumen Nilum [7] interficitur [8] à Seleuco [9] & Antigono, rerumque ſumma [10] ad Antipatrum defer-

1 *Inimica mente contendiſſe.*] Diod. lib. 18. Συμπλεκόμενοι τοῖς σώμασι καὶ παντοίας λαβόντες τραυμάτων ἀπεργαζόμενοι τοῖς θυμοῖς ἐκ ἔληγον. *Gebhard.*

2 *Quam alterum anima reliquerit.*] Neoptolemum. Qui poſt ſucciſum poplitem, altero genu niſus, altero debilis, valide adhuc Eumeni reſtitit. A quo tandem in collo vulneratus, cecidit, & exporrectus jacuit. *Plut. Diod.*

3 *Aliquot plagis Eumenes vulneratur.*] Ἔτρωσε δ' ἀντίπαλον εἰς τὸ βραχίονα, καὶ τὸς μηρὸς τρισὶ πλαγαῖς. *Diodor.*

4 *Sed acr. hoſt. inſtitit.*] *Hoſtis* Membranæ noſtræ ac Giſan. pro *hoſteis* ut veteres ſcribebant. *Inſtare* autem cum Accuſ. dictum olim notat in Lucret. Giſanius. *Schott.*

5 *Funere.*] Noſter ſcriptus *munere*, vitioſe fortaſſis. *Idem.*

6 *Perdiccas apud flumen Nilum.*] Eſt veluti ἀφεῖ φρασις Ægypti, vix enim eam erat ingreſſus Perdiccas, cum per ſeditionem obtruncaretur. *Longol.* De miſerabili tranſitu Nili, quo Perdiccæ exercitus interiit, videndus Diodorus, XVIII.

7 *Interficitur.*] De cujus morte, diſſentientes opiniones Diod. XIIX. 36. vide apud ipſum auctorem. Vide & Pauſaniam Atticis, & Oroſium III. 23. *Bongarſ.*

8 *A Seleuco.*] Antiochi F. Qui poſt Alexandri mortem in diviſione imperii Syria ac Babylone potitus fuit: ut tradunt Cedrenus, Arrianus, Diodorus, & alii. Eſtque Philopator cognominatus ad aliorum differentiam. Nec obſtat, quod Joſepho ſit Σωτὴρ, qui aliis Φιλοπάτωρ. Siquidem hæc elogia ab adulatoribus tam putida aſſentatione imponebantur, ut in contrariam partem plerumque ſint accipienda. *Keuchenius.*

9 *Et Antigono.*] Philippi regis notho. Cui Aſia minor per longum tempus fere paruit; cujuſque ὑπήκοος & curator factus fuerat.

10 *Ad Antipatrum defertur.*] Diodorus narrat, antequam hoc factum ſit,

defertur. [1] Hic qui deſeruerant, exercitu ſuffragium ferente, [2] capitis abſentes damnantur: in his Eumenes. [3] Hac ille perculſus plaga, non ſuccubuit, neque eo ſecius bellum adminiſtravit. Sed exiles res animi magnitudinem [4] etſi non frangebant, tamen imminuebant. Hunc perſequens Antigonus, quum omni genere copiarum abundaret, ſæpe in itineribus vexabatur, neque unquam ad manum accedere licebat, niſi his locis, quibus multis poſſent pauci reſiſtere. Sed extremo tempore quum conſilio capi non poſſet, [5] multitudine circumventus eſt. Hinc tamen multis ſuis amiſſis ſe expedivit; [6] & in caſtellum Phrygiæ, quod Nora appellatur, confugit. [7] In quo quum circumſederetur, & vereretur, ne uno loco manens equos militares perderet, quod ſpatium non eſſet agitandi; callidum fuit ejus inventum, quemadmodum ſtans jumentum calefieri exercerique poſſet, quo libentius & cibo uteretur, & à corporis motu non removeretur. [8] Subſtringebat caput

imperii ſummam & regum eurationem Pithoni & Arridæo ſententia Ptolemæi & Macedonum delatam eſſe. *Lamb.*

1 *Hic, qui deſeruerant.*] *Hic*, id eſt, apud flumen Nilum. Alii libri habent; *Hi, qui deſeruerant:* Quam lectionem minus probo. Dixiſſet enim potius: *Ii, qui deſeruerunt*, vel, quod malim, *deſeruerant.* Idem.

2 *Capitis abſentes damnantur.*] Quinquaginta cum Eumene, in quibus erat & Alcetas Perdiccæ frater. *Diod.*

3 *Hac ille perculſus plaga.*] Cave cum Lambino mutes in *percuſſus.* Nam *percellere* eſt *perverſere* ac *perturbare*, κατάπληξιν. Cicero pro M. Marcello: *Quos amiſimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ.* Gebhard.

4 *Etſi non frangebant.*] Quod vult Nepos, intelligit quoque Siracides cap. 38. Η' λύπη καρδίας κάμψει ἰσχύν. *Idem.*

5 *Multitudine circumventus eſt.*] Immo proditione Apollonidæ. Sic enim Diodorus: Μιᾷ δὲ παύσας ἡμέρᾳ τοὺς Ἀργυράσπιδας πρὸς Ἀντιγόνου ἀφηγεμένου παρ' Εὐμένους. *Lambin.* Vide ſequentia. *Circumitus* Ultraject. *Schott.*

6 *Et in caſtellum Phrygiæ, quod Nora appellatur.*] Sic legendum ex Plutarcho, quamquam & ſcriptum exemplar. *Horam* habet. *Longol.* Noram enim Plutarchus in Cappadociæ ac Lycaoniæ confinibus eſſe dicit. Strabo lib. XII. juxta Taurum locat, & ſua ætate Neroaſſum arcem hanc fuiſſe appellatam ſcripſit. Huc ſe recepit Eumenes cum quingentis equitibus, peditibus vero ducentis, cum prius reliquos milites dimiſiſſet: quod ad conſervandam quidem manum perpaucos, ad occultandam autem fugam pernimios intelligeret. Auctor Plutarchus. Juſtinus lib. XIV. id feciſſe Eumenem dicit, quia ſe obſidendum videret. *Mag. Long.*

7 *In quo cum circumſederetur.*] Ab Antigono, qui duobus muris caſtellum circumſepſit. *Diod. Plut.*

8 *Subſtringebat caput loro.*] Plutarchus in vita callidum ejus conſilium paullo

put loro altius, quam ut prioribus pedibus plane terram poſſet attingere: [1] deinde poſt verberibus cogebat exultare, & calces remittere, qui motus non minus ſudorem excutiebat, quam ſi in ſpatio decurreret. Quo factum eſt, quod omnibus mirabile eſt viſum, ut [2] jumenta æque nitida ex caſtello educeret, quum complures menſes in obſidione fuiſſet, ac ſi [3] in campeſtribus ea locis habuiſſet. Ea concluſione quotieſcunque voluit, & apparatum & munitiones Antigoni alias incendit, alias disjecit. Tenuit autem ſe uno loco, quandiu fuit hyems, [4] quod caſtra ſub divo habere non poterat. Ver appropinquabat: [5] Simulata deditione, dum de conditionibus tractat, [6] præfectis Antigoni impoſuit, ſeque ac ſuos omnes extraxit incolumes. Ad hunc [7] Olympias, mater quæ fuerat Alexandri, quum 6 literas & nuncios miſiſſet in Aſiam, conſultum utrum repetitum [8] iret Macedoniam, (nam tum in Epiro habitabat) & eas res occuparet: huic ille primum ſuaſit, ne ſe moveret & exſpectaret, [9] quoad Alexandri filius regnum adipiſce-

paullo accuratius depingit. Meminit ejus rei etiam Frontinus, Strat. lib. IV. cap. 7. *Longol.*

1 *Deinde poſt verberibus.*] *Poſterioribus* ex Ms. meo emendavi præter Diodor. & Plutarchum Frontinus IV. 7. hanc optimi codicis lectionem admodum confirmat.

2 *Jumenta æque nitida.*] *Nitida* opponit ſtrigoſis & mali habitus. *Nitida jumenta* non tam ἀπολιγισμένα, quam λιπαρὰ ſive λιθώδη. Et *nitor* Apulcio lib. X. Metamorph. eſt *pinguedo*, ſeu ut ipſe loqui amat, *pinguities*. Ovidius libro II. Metam.

Nitidam cape præmia vaccam.
Gebhardus.

3 *In campeſtribus.*] Vulgati auctiores *ac planis*, quod abeſt à Schotti codice. Lambinus *ea concluſione* ut adjectitium omiſit.

4 *Quod caſt. ſub divo.*] Sic Savaro. Lambinus *quod caſtrum ſubſidia, &c.* ſcriptus noſter & Giphan. *Quod caſtra ſubſidio, &c.* quæ impenſius Giſanio ad Lucr. ſe probavit. *Schott.*

5 *Simulata deditione.*] Juſtinus lib. XIV. Antigonum ab hac obſidione receſſiſſe ait, cum miſſa ab Antipatro Eumeni auxilia didiciſſet. Plutarchus, Antigono Noram obſidente, vita exceſſiſſe Antipatrum, aliamque ob cauſam hanc fuiſſe ſolutam obſidionem teſtatur. *Magius.*

6 *Præfectis Antigoni impoſuit.*] Hieronymo. *Plut.*

7 *Olympias.*] Filia Neoptolemi, regis Moloſſorum. Quæ Μυρτάλη prius appellata eſt. Conſule Juſtin. IX. 7. Atque hæc cauſa eſt, cur in Epiro tum temporis habitabat.

8 *Iret.*] Lambinus *veniret*. Savaro *in* præpoſitionem præmiſit. magis placet lectio edita, ut & Ultraj. *Schottus.* Præpoſitionem habuerunt Savaronis & Schotti libri, retinetque editio Brix. ſæpe laudata. *Boecl.*

9 *Quoad Alexandri filius.*] Ex Ro-

piſceretur. Sin aliqua cupiditate raperetur in Macedoniam, omnium injuriarum obliviſceretur, & in neminem acerbiore uteretur imperio. Horum nihil ea fecit. [1]nam & in Macedoniam profecta eſt, [2]& ibi crudeliſſime ſe geſſit. Petivit autem ab Eumene abſente, [3]ne pateretur Philippi domus & familiæ inimiciſſimos ſtirpem quoque interimere, ferretque opem liberis Alexandri. Quam veniam ſi daret, quamprimum exercitus pararet, quos ſibi ſubſidio adduceret. Id quo facilius faceret, ſe omnibus præfectis, qui in officio manebant, [4]miſiſſe literas, ut ei parerent, ejuſque conſiliis uterentur. His [5]verbis Eumenes permotus, ſatius dixit, ſi ita tuliſſet fortuna, perire bene meri-
7 tis referentem gratiam, quam ingratum vivere. Itaque copias contraxit, [6]bellum adverſum Antigonum comparavit:

nane ſuſceptus, cujus nomen quærit Lambinus, putatque ex Probi Phocione conjici poſſe, Philippum fuiſſe appellatum, Trogo autem Herculem nominari. At Herculem Juſtinus XI. 1C. ex Barſine filium Alexandri facit. Quod agnoſcit ipſe Lambinus ex Diod. XX. 20. ad illum Probi locum in Phocione, nota 42. ubi verba auctoris: *cauſam apud Philippum regem verbo, re ipſa quidem apud Polyperchontem juſſus eſt dicere*, mavult accipere de Philippo Alexandri, ut ei videtur, filio, quam de Aridæo Philippo Alexandri fratre: ad quem tamen haud dubie pertinent. Verum autem nomen filio Roxanes fuit Alexander. Quod certum eſt ex Pauſaniæ Atticis & Bœoticis, item Dexippo apud Photium & Euſebium. Adde Porphyrium lib. X. cap. 6. Diodorum XIX. 115. *Freinshemius.* Verba Porphyrii apud Euſebium: Κατέλιπε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος παῖδας, Ἡρακλέα τε ἐκ Μαρσύνης (ſcribe Βαρσίνης) τῆς Φαρναβάζου, Ἀλέξανδρόν τε ἐκ Ῥωξάνης τῆς Ὀξυάρτου τῆς Βάκτρων βασιλέως. Quam hic Pharnabazi filiam facit, Plutarch. cap. 36. & Eumene c. 2. Arrabazi. Arrian. VII. 1. Darii regis Sed in nomine conſentiunt. *Freinsh.*

1 *Nam & in Macedoniam profecta eſt.*] Lege Juſtin. lib. XIV. cap. 5. & 6.

2 *Et ibi crudeliſſime ſe geſſit.*] Nam cum principum paſſim cædes, muliebri magis, quam regio more feciſſet, favorem ſui in odium vertit. *Juſtin.* Confer Diodor. Siculum lib. XIX. 11. Pauſaniam in Atticis.

3 *Ne pat. Phil. domus, &c.*] Audacius Lambinus de ſuo ἀντιθέτως adjecit, *familiæ inimiciſſimos regnare, amiciſſimos interire.* Sequor editam lectionem. Magius ſic, *Amiciſſimus interire.* Schottus.

4 *Miſiſſe literas.*] Quarum formulæ & argumenta exſtant apud Diodorum lib. XIX. & Plutarchum in Eumene: Ἦκε δὲ καὶ παρ' Ὀλυμπιάδος αὐτῷ γράμματα, δεομένης καὶ λιπαρούσης βοηθεῖν τοῖς βασιλεῦσι καὶ ἑαυτῇ. *Keuchen.*

5 *Verbis.*] Melius *rebus*, quamquam non ignorem invicem interdum permutare, ut infr. in Timoleonte, *quibus rebus adeo ille eſt commotus.* ubi *verbis* Lambinus edit, notatque Savaro. *Schottus.*

6 *Bellum adverſum Antigonum.*] Olymp. CXV. anno 4. Vide *Diod.* XIX. 42. *Plutarch. Juſtin.* XIV. 1. & 2. & ſeq.

1 *Pen-*

ravit: quod una erant Macedones complures nobiles. In his [1] Peuceſtes, qui corporis cuſtos fuerat Alexandri, [2] tum autem obtinebat Perſidem: & [3] Antigenes, cujus ſub imperio phalanx erat Macedonum. Invidiam verens (quam tamen effugere non potuit) ſi potius ipſe alienigena ſummi imperii potiretur, quam alii Macedonum, quorum ibi erat multitudo: [4] in principiis [5] nomine Alexandri ſtatuit taber-

1 *Peuceſtes.*] Qui in numerum corporis cuſtodum allectus fuerat ab Alexandro poſt victoriam Indicam, cum antea fuiſſet hypaſtis, id eſt, clypeigerulus, ut tradit Arrianus lib. VI. ſub extrem. ubi narrat idem, tum corporis cuſtodes, id eſt, σωματοφύλακας Alexandri fuiſſe ſeptem; Leonnatum Antei F. Hephæſtionem Amyntoris, Lyſimachum Agathoclis, Ariſtonoum Piſæi, qui omnes erant Pellæi: Perdiccam Orontæ, Ptolemæum Lagi, Pithonem Crateæ; ad quos acceſſiſſe Peuceſtem, quem cogitabat Alexander Perſidis ſatrapem conſtituere. *Lamb.* Meminerunt ejus Plutarch. Arrian. VI. 2. Diodor. XVII. 99. Curt. IX. 5. Julian. in Cæſaribus, & Plin. XXXIV. 8. qui ipſum *Alexandri Magni ſervatorem* appellat, Polyæn. & alii veterum.

2 *Tum autem obtinebat Perſidem.*] Cujus ſatrapa conſtitutus ab Alexandro. *Arrian.* VI. 5. Et in qua provincia poſtmodum remanſit. *Diodor.*

3 *Antigenes.*] Lamb. Aldum ſecutus, *Trutamus*, vel *Tentamus*, cum rectius legatur *Antigenes*. Nam hic princeps phalangis erat; *Tentamus* ſecundum imperii gradum obtinebat. A Polyæno lib. IV. in Eumene com. 2. vocatur Τύταμάτης. Conſtabat autem ipſa phalanx ex viris delectis, robore & proceritate corporis eminentibus, qui argyraſpides ideo μεγίστων ἀνδρῶν à Polyæno appellantur. *Gebh.*

4 *In principiis.*] *Principia* heic pro loco accipiuntur caſtrorum Alexandri, ut bene notavit lib. IV. cap. 10. ſuarum Obſervationum eruditiſſimus *Gronov.* ἐν στρατηλάτῳ, Appianus, Α'ννιϛ. Vel in loco principis in caſtris, videlicet, ἐν πρωτείοις, ἐν μέσῳ στρατοπέδῳ, in mediis caſtris, Polyænus. *Lamb.*

5 *Nomine Alexandri ſtatuit tabernaculum.*] Diſtingue duos mores circa Principum honores ſolitos uſurpari, quos multi perperam confundunt. Unus fuit, ut abſentibus aut mortuis ſella poneretur in theatro cum corona: cujus rei expreſſam ſimilitudinem vidimus in multis nummis. Dixit pridem de hoc Luſt. Lipſius ad II. Annal. docte & accurate. Sed videntur Romani à Græcis id didiciſſe. Nam σφετερία merentibus illam, non ſolum decernebatur Athenis & in aliis urbibus Græciæ: ſed etiam poſteris ipſorum. Ad cujus rei memoriam primo inſtitutum, ut etiam mortuis ſellæ ponerentur. Deinde Reges ſibi & ſuis hunc honorem tribuerunt. Alter mos fuit, ut in pompa Circenſi, quam unus optime deſcribit Dionyſius Halicarnaſſ. lib. VII. cum ſimulachris Deorum, inferretur Principis imago in thenſa & ferculo ſicut imagines Numinum. Res, ut puto, inaudita Romæ ante Cæſarem. Apud Græcos ſimile quid obſervamus. Athen. in enarratione pompæ Philadelphi: Ἐπόμπευσαν ὃ καὶ θρόνοι πολλοὶ ἐξ ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ κεκοσμημένοι, ὧν ἐφ' ἑνὸς ἐκείτο στεφάνη χρυσῆ. ἐπ' ἄλλοις ὃ κίστας χρυσᾶς, ἐπ' ἄλλοις ὃ λύρα στέφανος χρυσοῦς, καὶ ἐπ' ἄλλοις ὃ κίστας ὁλόχρυσον. ἐπὶ ὃ τῷ Πτολεμαίῳ τῷ Σωτῆρος θρόνον, στέφανος ἐπέκειτο, ἐκ μυρίων κατεσκευασμένος χρυσῶν. Ait traductam inter res divinas, quas paullo ante com-

tabernaculum, in eoque ſellam auream cum ſceptro ac diademate juſſit poni, [1] eoque omnes quotidie convenire, ut ibi de ſummis rebus conſilia caperentur; credens, minore ſe invidia fore, ſi ſpecie imperii nominiſque ſimulatione Alexandri bellum videretur adminiſtrare: quod & fecit. Nam quum non ad Eumenis principia, ſed ad regia conveniretur, atque ibi de rebus deliberaretur, quodammodo latebat; quum tamen per eum unum gererentur omnia.

8 [2] Hic in Paræta cis cum Antigono conflixit, non acie inſtructa, ſed in itinere: eumque male acceptum in Mediam hyematum coëgit redire. [3] ipſe in finitima regione Perſidis hyematum copias diviſit, non ut voluit; ſed militum id cogebat voluntas. [4] Namque illa phalanx Alexandri Magni quæ Aſiam pergaraverat, deviceratque Perſas, inveteremoravit, ſellam Ptolemæi Soteris, cum corona aurea: nec non ſellas multas aliorum; quorum nomina exponit. Ubi vides non obſcurum veſtigium utriuſque moris ante expoſiti. *Caſaub.* Adi Paſſchal. lib. x. cap. 10. de Coron. Eſt hoc conſilium Ptolemæi apud Curtium 10. 6. 15. *Mea ſententia hæc eſt ut ſede Alexandri in regia poſita qui conſiliis ejus adhibebantur, coeant, quoties in commune conſulto opus fuerit, eoque quod major pars eorum decreverit, ſtetur.* Boeclerus.

1 *Eoque omnes quotidie convenire.*] Nam dedignabantur ad eum tanquam ad inferiorem accedere; & ipſe Eumenes erubeſcebat ante ipſorum fores conſpici. Plutarchus: Οὔτε ἐκείνων βαδίζειν βυλομένων πρὸς αὐτὸν, ἄτε αὐτὸς ἀξιῶν ἐπὶ θύρας ἐκάστων ὁρᾶσθαι. *Gebh.*

2 *Hic in Paræta cis cum Antigono conflixit.*] Diodorus Siculus lib. XIX. *Inſtructus exercitus Antigoni adverſus Eumenem & Satrapas in Paræta cis.* Stephano Παραίλαξις πόλις Μηδίας. Ptolemæo *Parataceni* Mediæ accenſentur. Iſidorus Characenus *Secaſtenen* regionem & *Paræta cenen* eandem ſtatuit; ἐντεῦθεν Σακαστηνὴ Σακῶν Σκυθῶν, ἡ καὶ Παραιτακηνή. *Salmaſ.* Noſter codex *Impar ætatis* præfert editque. Magius ac Longolius non recte, nam annos habebat fere quadraginta: verius Giſanii ſchedæ in *Paræta cis*. Lucret. Collect. dicto, *Sola loca.* Sequiturque Lambinus. & ſic Ultraj. Edit. An. 1542. *Schott. Imparatus* legit Schottus 3. obſ. 2.

3 *Ipſe in finitima regione Perſidis hyematum copias diviſit.*] Nihil heic ego muto, quamvis Lambinus malit, *in finitimam regionem*, & alii *dimiſit.* Utrique male. Nam nullum heic motum ad locum agnoſcet lector: & quamvis coëgerint milites, tamen ipſe diviſiſſe Eumenes intelligendus eſt, quia cum obſiſtere eorum licentiæ non poſſet, factus eſt comes, quo plus auctoritatis haberet. Ipſe Plutarchus vertit εἰς τὰ χειμάδια καλυνείμασθο. *Gebhard.* Cæterum per finitimam regionem intelligenda eſt *Gabena*, ut Plutarchus & Diodorus appellant. Polyænus *Gabienam* vocat, eſtque in ſitu Mediæ, juxta Ptolemæum lib. VI.

4 *Namque illa phalanx Alexandri Magni.*] Argyraſpides. *Lambin. Mag.* Confer Juſtin. XII. 7. Curt. IV. 13. 14. Livium XXVII. & alios. Simile quid inſtituit Imp. Alexander Severus apud Lamprid. in vita cap. 50.

veterata cum gloria, tum etiam licentia non parere ſe ducibus, ſed imperare poſtulabat, [1] ut nunc veterani faciunt noſtri. Itaque periculum eſt, ne faciant, quod illi fecerunt ſua intemperantia nimiaque licentia, ut omnia perdant, neque minus eos, cum quibus ſteterint, quam adverſus quos fecerint. Quod ſi quis illorum veteranorum legat facta, paria horum cognoſcat, neque rem ullam, niſi tempus, intereſſe judicet. Sed ad illos revertar. Hyberna ſumpſerant, non ad uſum belli, ſed ad ipſorum luxuriam, longeque inter ſe diſceſſerant. Hoc Antigonus quum comperiſſet, intelligeretque ſe parem non eſſe paratis adverſariis, [2] ſtatuit aliquid ſibi conſilii novi eſſe capiendum. Duæ erant viæ, qua ex Medis, ubi ille hyemabat, ad adverſariorum hybernacula poſſet perveniri. Quarum brevior per loca deſerta, quæ nemo incolebat propter aquæ inopiam: cæterum dierum erat fere decem. Illa autem qua omnes commeabant, altero tanto longiorem habeba anfractum, ſed erat copioſa, omniumque rerum abundans. Hac ſi proficiſceretur, intelligebat prius adverſarios reſcituros de ſuo adventu, quam ille tertiam partem confeciſſet itineris ſui: [3] ſin per loca ſola contenderet, ſperabat ſe imprudentem hoſtem oppreſſurum. [4] Ad hanc rem conficiendam imperavit quam plurimos utres atque etiam culleos comparari. [5] Poſt hæc pabulum, præterea [6] cibaria

cocta

1 *Ut nunc veterani faciunt.*] In quorum arrogantiam, faſtidium, importunitatem acriter invehitur Cicero Philipp. XI. cap. 14. 15. *Boecler.*

2 *Statuit aliquid ſibi conſilii novi.*] Sic Diod. lib. XIX. Κατὰ δὲ τὸν Ἀντίγονον μὲν χειμάζοντα ἐν Γαβαμόλοις τῆς Μηδίας, καὶ θεωρῶν τὸν ἑαυτοῦ δυνάμεν ἀδιηνεκέσιν ἔσαν τῶν πολεμίων, ἔσυθεν ἀνελπίστως αὐτοῖς ἐπιθήσῃ, καὶ καταπεπλήξασι. *Lambin.*

3 *Sin per loca ſola contenderet.*] Quæ paullo ante vocat *deſerta.* Ἀφ' ὧν ἐρήμων χώρας. Solitudinem hujus loci deſcribit Polyænus. *Gebhard.* Præter Lucret. libr. 6. & Propert. Saluſt. *loca ſola & nuda gignentium.* Savaro.

4 *Ad hanc rem conficiendam, imperavit quam plurimos utres atque etiam culleos comparari.*] Artis ſive ingenii remedium naturæ defectum ſupplet. Polyænus lib. IV. in Antigono Com. 11. παρασκευάζει δὲ ῥᾳδίας μυρίας ἀσκοὺς, καὶ πλήσας τούτους ὕδατος. Curt. lib. IV. cap. 63. *Aqua etiam defecerat, quam utribus cameli devexerant, & in arido ſolo ac ferviido ſabulo nulla erat.* Gebh.

5 *Poſt hæc pabulum.*] Καὶ κρίθας τοῖς ἵπποις καὶ χόρτον αὐτάρκη. *Idem.*

6 *Cibaria cocta.*] Decem dierum.

cocta dierum decem, utque quam minime fieret ignis in caſtris. Iter quod habebat, omnes celat. Sic paratus, qua
9 conſtituerat, proficiſcitur. Dimidium fere ſpatium confecerat, [1] cum ex fumo caſtrorum ejus [2] ſuſpicio allata eſt [3] ad Eumenem hoſtem appropinquare. Conveniunt duces, quæritur quid opus ſit facto. Intelligebant omnes, tam celeriter copias ipſorum contrahi non poſſe, quam Antigonus adfuturus videbatur. Hic omnibus [4] titubantibus, & de rebus ſummis deſperantibus, Eumenes ait, ſi celeritatem velint adhibere, & imperata facere, quod ante non fecerint, ſe rem expediturum. Nam quod diebus quinque hoſtis tranſire poſſet, ſe effecturum, [5] ut non minus totidem dierum ſpatio retardaretur. Quare circumirent, ſuas quiſque copias contraheret. [6] Ad Antigoni autem refrenandum impetum tale capit conſilium: certos mittit homines ad infimos montes, [7] qui obvii eant itineri adver-

τίκτα δίκα ἡμέρων πέμψαλας ἔχειν. *Cocta cibaria* forte ἄπυρα, quæ igne non indigerent. Vide Polyæn lib. IV. in Antiochi Seleuci F. Ἀντίοχος ὁ περιτέξας ἄπυρα σιτία τεσσάρων ἡμερῶν κομίζειν. *Idem.*

1 *Cum ex fumo caſtrorum ejus.*] Notanda eſt elegans vocis *cum*, & veluti tranſpoſita uſurpatio ad hunc modum: *Dimidium fere ſpatium conficerat, cum ex fumo caſtrorum ejus allata eſt ſuſpicio:* pro, *cum dimidium ſpatium confeciſſet, allata eſt ſuſpicio.* Boeclerus. Atqui non ex fumo, ſed ex fulgore hoſtium præſentiam conjectabant. Plutarch. Θαυμάσαντες τὸ τῶν πυρῶν πλῆθος. Nam etſi plana eſſet regio, per quam incedebat Antigoni miles: tamen circumdata erat collibus editis, ex quibus facile erat, quamvis longo intervallo, fulgorem ignium animadvertere. *Gebh.*

2 *Suſpicio allata eſt.*] A barbaris, qui ſpectantes totam regionem montes incolebant. Nunciun autem attulerunt Camelis curſoribus. Ubi notes, velim, quos ἱππαγωγὰς καμήλους vocet, Diodoro dici δρομάδας. *Idem.*

3 *Ad Eumenem.*] Diodorus, *ad Eumenem & Peuceſtam.* Plutarch. *ad Peuceſtam, qui propius ab hoſtibus aberat.* Lamb.

4 *Titubantibus.*] Ἀμηχανοῦσι ſive ἀθυμοῦσι. *Gebhard.* Nonius: *Titubare, trepidare.* Utitur Cicero Philipp. VIII.

5 *Ut non minus totidem dierum ſpatio.*] Plutarchus, Eumenem, ait, pollicitum; ſe hoſtibus ſtatim velocitatem repreſſurum, ut triduo exſpectatione tardius adventarent. *Mag.*

6 *Ad Antigoni refrenandum impetum.*] Celeritatem retardandam. *Refrenare impetum* videtur Plutarchus reddidiſſe ἐπισχεῖν τὸ πολεμίων τὸ τάχος. M. Tullius in Antonium: *Brutus Antonium inconſidentem in Aſiam à progreſſu arcuit, à reditu refrenavit.* Gebhard. *Ad Antigoni autem refrenandum impetum.*] *Refrenandum* tralate. Epicurus: εἰ γὰρ κατέλυε δι' τοιαῦται ἄτομοι, &c. Vide Gifan. ad Lucretium. *Keuchen.*

7 *Qui obvii eant itineri adverſariorum.*] Lambin. *erant.* Quod non perſuadet. Nam ex tabernaculis ſuis juſſit quoſdam procedere obviam adventantibus Antigoni militibus. *Idem.*

adverſariorum, hiſque præcepit, [1] ut prima nocte, quam latiſſime poſſint, ignes faciant quam maximos, atque hos ſecunda vigilia minuant, tertia perexiguos reddant: & [2] adſimulata caſtrorum conſuetudine, ſuſpicionem injiciant hoſtibus, his locis eſſe caſtra, ac de eorum adventu eſſe prænunciatum: Idemque poſtera nocte faciant. Quibus imperatum erat, diligenter præceptum curant. Antigonus tenebris obortis ignes conſpicatur, credit de ſuo adventu eſſe auditum, & adverſarios illuc ſuas contraxiſſe copias. Mutat conſilium, & quoniam imprudentes adoriri non poſſet, flectit iter ſuum, & illum anfractum longiorem copioſæ viæ capit; ibique diem unum opperitur, ad laſſitudinem ſedandam militum, ac reficienda jumenta, quo integriore exercitu decerneret. Hic Eumenes callidum imperatorem [3] vicit conſilio, celeritatemque impedivit ejus, neque tamen multum profecit. Nam invidia ducum, cum quibus erat [4] perfidiaque militum Macedonum veteranorum, quum ſuperior prælio diſceſſiſſet, Anti-

1 *Ut prima nocte, quam latiſſime poſſint, ignes faciant quam maximos.*] *Primam noctem* vocat, quam alii *primam vigiliam*. Antiquiſſimi νυχθήμερον diſtribuebant in partes octo, quarum quatuor noctis erant, totidem diei. Et noctis quidem proprie appellabant vigilias, diei vero horas. Primam vigiliam cum Solis occubitu ordiebantur, ſecunda cum nocte media deſinebat, & ab ea deinde initium ſuum tertia, poſt hanc cum Solis ortu & diei quartam finiebant. Ex hac noctis diviſione orta eſt totuplex partitio vigiliarum militarium, Vegetio, aliiſque paſſim ſcriptoribus memorata. Sed apud Cenſorinum partes νυχθημέρου ſedecim ſunt, quas ad numerum duodenarium redegit Macrobius Saturnal. lib. I. cap. 3. Meminit & Alexand. Neapolitanus lib. IV. Genial. cap. 20. & lib. I. cap. 12. Cæterum cauſam, cur prima vigilia quam maximos ignes facerent, reddit Diodorus lib. XIX. Plutarchus ait, ὁτι ἀλγηδόνιον μάζειν accenſos ignes fuiſſe; & addit continuo, Eumenem more στρατηγήματον ſtrategema illud inſtituiſſe. Quibus conſentanea ſunt, quæ in eadem narratione commemorantur à Polyæno lib. IV. Strategem. *Kcuchen.*

2 *Adſimulata caſtrorum conſuetudine.*] Scilicet ignium faciendorum. De qua Lipſius in Milit. Romana. *Boecler.* Cur autem quarta vigilia nullos fieri voluerit ignes Eumenes, inquirendum eſt. Nam Epaminondas Sparta repulſus jubebat ſuos ἰσθμῆς φυλακῆς (quartam capio) πυρὰ καίειν ἐν τῇ παρεμβολῇ. Diodor. lib. XV. *Gebhard.*

3 *Vicit conſilio.*] Quod poſt cognovit ipſe Antigonus. Plutarch. Ἡθετησε κατασχλημβύσας ὑπὸ Εὐμένους. *Lamb.*

4 *Perfidiaque militum.*] Iuſtin. l. XIV. & Plutarchus in eodem Eumene, ad hoc facinus impulſos Argyraſpides dicunt, quo uxores, ac liberos, ſuaque quæ in prælio amiſerant, ab Antigono reciperent. *Mag.*

[1] Antigono eſt deditus, [2]quum exercitus ei ter ante ſeparatis temporibus juraſſet ſe eum defenſurum, nec unquam deſerturum. Sed tanta fuit nonnullorum virtutis obtrectatio, ut fidem amittere mallent, [3] quam eum non prodere. Atque hunc Antigonus, quum ei fuiſſet infeſtiſſimus, conſervaſſet, ſi per ſuos eſſet licitum, quod ab nullo ſe plus adjuvari poſſe intelligebat in his rebus, quas impendere jam apparebat omnibus. Imminebant enim [4] Seleucus, [5] Lyſimachus, [6] Ptolemæus, opibus jam valentes, cum quibus ei de ſummis rebus erat dimicandum. Sed non paſſi ſunt [7] hi, qui circa erant, quod videbant, Eumene recepto, omnes præ illo parvi futuros. Ipſe autem Antigonus adeo erat incenſus, ut niſi magna ſpe maximarum rerum
11 leniri non poſſet. Itaque quum eum in cuſtodiam dediſſet, & præfectus cuſtodum quæſiſſet, quemadmodum ſervari vellet; [8] ut acerrimum, inquit, leonem, aut ferociſſimum elephantum. nondum enim ſtatuerat, eum conſervaret necne. Veniebat autem ad Eumenem utrumque genus hominum, & qui propter odium [9] fructum oculis ex ejus caſu capere vellent, & qui propter veterem amicitiam collo-

1 *Antigono eſt deditus.*] Olympiad. CXVI. anno I. *Chronol.* Apud Iuſtinum lib. XIV. & Plutarchum exſtat expoſtulatio ejus ad milites, quos coarguit proditionis mirum in modum, virilis & acerba. *Longol.*

2 *Quum exercitus ei ter.*] Iuſtinus *quater* dicit. *Mag.*

3 *Quam eum non prodere.*] *Perdere* in vulgatis, ſed Feſto *prodere* perdere eſt & Lucretio non ſemel obſervante Giſanio. *Schott.*

4 *Seleucus.*] Babyloniæ præfectus. *Lambin.*

5 *Lyſimachus.*] Cui Thracia erat tradita, cum regionibus finitimis. *Idem.*

6 *Ptolemæus.*] Ægypti ſatrapes, opinione hominum Lagi filius; re Philippi. *Lambin.*

7 *Hi, qui circa erant.*] Id eſt, οἱ περὶ αὐτὸν, ejus comites & familiares. *Idem.* Cicero modo Græce dicit, modo Latine. Meminit hujus loci *Caſaubonus* ad Suetonium lib. IV. cap. 10.

8 *Ut acerrimum, inquit, leonem.*] Sic Plutarchus: *Quærentibus autem iis, quibus cuſtodiendus Eumenes fuerat traditus, quomodo aſſervarent: ut elephantum, inquit, aut leonem.*

9 *Fructum oculis ex ejus caſu capere.*] Id eſt, oculos paſcere. Contrarium eſt *oculis dolere.* Terent. Phormione:

Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam
Et quo tuo viro oculi doleant.

Cælius Curio ad Cicer. lib. 8. epiſt. 15. *Nunquam tibi oculi doluiſſent, ſi in repulſa Domitii cultum vidiſſes.* Explicat Pet. Victorius lib. 11. Var. Lection. cap. 5. & Turnebus libro XI. cap. 1. Adverſar. *Schottus.*

colloqui consolarique cuperent. Multi etiam qui ejus formam cognoscere studebant, qualis esset, quem tamdiu, tamque valde timuissent, cujus in pernicie positam spem habuissent victoriæ. At Eumenes, quum diutius in vinculis esset, ait Onomarcho, penes quem summa imperii erat custodiæ, se mirari, quare jam tertium diem sic teneretur; non enim hoc convenire Antigoni prudentiæ, [2] ut sic deuteretur victo, quin aut interfici, aut missum fieri juberet. Hic quum ferocius Onomarcho loqui videretur: *Quid? tu,* inquit, *animo si isto eras,* [3] *cur non in prælio occidisti potius, quam in potestatem inimici venires?* Huic Eumenes, *Utinam quidem istud evenisset,* inquit, *sed eo non accidit,* [4] *quod nunquam cum fortiore sum congressus. Non enim cum quoquam arma contuli, qui in is mihi succubuerit. Non enim virtute hostium, sed amicorum perfidia* [5] *decidi.* Neque id falsum. nam & dignitate fuit honesta, & viribus ad laborem ferendum firmis, neque tam magno corpore, [6] quam figura venusta. De hoc Antigonus, quum solus constituere 12
non auderet, ad consilium retulit. Hic quum [7] plerique omnes primo perturbati admirarentur, non jam de eo sum-

1 *Colloqui.*] Legendum fortasse est, *alloqui.* id παρηγορεῖν, παραμυθεῖσθαι. *Lambin.*

2 *Ut sic deuteretur victo.*] Unde, *hic se uteretur* Lambinus conformavit. Retineo tamen scriptorum codicum lectionem *deuteretur,* prisce quidem atque inusitate pro *abuteretur,* ut *denasci* veteres dicebant pro *mori.* Cassius Hemina libro II. Annal. *Quæ nata sunt, ea omnia denasci ajunt.* Schott.

3 *Cur non in prælio.*] Meminit Plutarchus ejusdem quæstionis & responsi in Vita Eumenis.

4 *Quod nunquam cum fortiore sum congressus.*] Hunc quasi morem Eumenes habuit, ut & imperaret juxta in acie, & pugnaret. Quo & Plutarchi observatio pertinere videri potest, cum Eumenem φιλοπόλεμον καὶ φιλόνεικον notat. Locus est ipsa comparatione ejus cum Sertorio. Nam eorum vitas commisit. *Buchnerus.*

5 *Decidi.*] In hanc calamitatem incidi: dejectus de fortuna mea sum. Nam *cadere* & *decidere* dicuntur, qui adversam fortunam incurrunt. Vide Laberii Mimos. *Idem.*

6 *Quam figura venusta.*] Πᾶν τὸ σῶμα διηρθρωμένος καὶ σύμμετρος. *Venusta* enim hic decentem membrorum inter se competentiam notat. Vide Plutarch. in Eumene. *Boecler.*

7 *Plerique omnes.*] Attica locutio. Priscianus lib. XIIX. πλείονες δὲ πάντες τοῦτο λέγουσι ἄνθρωποι. Vide Servium Æneid. I. pag. 181. A. Gellium Noct. Att. lib. VIII. cap. 12. *Keuchenius.* Nearchus enim & Demetrius Antigoni F. & nonnulli alii Eumenem servari cupiebant: cæteri omnes necari volebant. *Lambin.*

1 Eu-

ſumptum eſſe ſupplicium, à quo tot annos adeo eſſent male habiti, ut ſæpe ad deſperationem forent adducti, quique maximos duces interfeciſſet; denique in quo uno eſſet tantum, ut quoad ille viveret, ipſi ſecuri eſſe non poſſent: interfecto, nihil habituri negotii eſſent: poſtremo, ſi ille redderet ſalutem, quærebant quibus amicis eſſet uſurus; ſeſe enim cum Eumene apud eum non futuros. Hic cognita conſilii voluntate, tamen uſque ad ſeptimum diem deliberandi ſibi ſpatium reliquit. Tum autem quum vereretur, ne qua ſeditio exercitus oriretur, vetuit ad eum quenquam admitti,[1] & quotidianum victum amoveri juſſit. Nam[2] negabat ſe ei vim allaturum, qui aliquando fuiſſet amicus. Hic tamen[3] non amplius quam triduum fame fatigatus,[4] cum caſtra moverentur, inſciente Anti-
13 gono[5] jugulatus eſt[6] à cuſtodibus. Sic Eumenes annorum quinque & quadraginta, quum ab anno vigeſimo (ut ſupra oſtendimus)[7] ſeptem annos Philippo apparuiſſet, & tredecim apud Alexandrum eundem locum obtinuiſſet; in his[8] uni equitum alæ præfuiſſet: poſt autem Alexandri Magni mortem imperator exercitus duxiſſet, ſummoſque duces partim repuliſſet, partim interfeciſſet; captus non Antigoni virtute, ſed[9] Macedonum perjurio, talem habuit

1 *Et quotidianum victum amoveri.*] Sic Plutarchus: Ὡς δ' οὐκ ἔδοξε τῷ Ἀντιγόνῳ τὸν Εὐμένη κλείειν, ἐπάλυσεν αὐτὸ τοῦτο τῷ τροφὰς ἀφαιρεῖν. *Idem.* Similem viam ad mortem ſibi fecit Atticus. De quo infra in vita ejus cap. 22. *Ernſt.*

2 *Negabat, ſe ei vim allaturum.*] Quaſi vis non eſſet, inedia ac fame hominem exhaurire. Certe in *l.* 1. *Cod. de cuſtod. reor.* inter crudelitatis exempla refertur. Rittershuſius in Nov. 12. 14. 3. nullum violentæ mortis genus fingi poſſe crudelius oſtendit, quam fame necare. *Loccenius.*

3 *Non amplius, quam triduum.*] Καὶ δύο μέν, ἢ τρεῖς ἡμέρας ἄσιτος, ἔτι πρὸς τελευτὴν ὠφεσκήλο. *Lambin.*

4 *Cum caſtra moverentur.*] Αἰχνίδιον δὴ ἀναζυγῆς γενομένης. *Idem.*

5 *Jugulatus eſt.*] Εἰσπεμψάντες ἄνδρωπον ὑποφάσοντα αὐτόν. *Idem.*

6 *A cuſtodibus.*] Quibus aſſignari eum, Antigonus præceperat. Vid. Juſtinum XIV. 4.

7 *Septem annos Philippo apparuiſſet.*] Msc. Boecleri & quidam editi *paruiſſet:* Quod Magius corruptum putat. *Parere* tamen idem eſſe quod *apparere*, dudum eruditi moverunt. *Boſius.*

8 *Uni.*] Veriſſima correctio Freinshemii pro *uni*, VIII. (ſc. annos) legentis in comment. ad Curtium. annos enim putat, & nihil facilius fuit, quam ut nota numeri tranſiret in vocem. *Boecl.*

9 *Macedonum perjurio.*] A quo ipſe ſibi poſtea metuit Antigonus; quare eos callida

buit exitum vitæ. De quo quanta fuerit omnium opinio eorum, qui poſt Alexandrum Magnum reges ſunt appellati, ex hoc facile poteſt judicari, quod nemo Eumene vivo rex appellatus eſt, ſed præfectus. Iidem poſt hujus occaſum ſtatim regium ornatum nomenque ſumpſerunt: neque quod initio prædicarunt, ſe Alexandri liberis regnum ſervare, id præſtare voluerunt: & uno propugnatore ſublato, quid ſentirent, aperuerunt. Hujus ſceleris principes fuerunt Antigonus, Ptolemæus, Seleucus, Lyſimachus, Caſſander. Antigonus autem Eumenem mortuum [2] propinquis ejus ſepeliendum tradidit. Hi militari honeſtoque funere, comitante toto exercitu, humaverunt, oſſaque ejus in Cappadociam [3] ad matrem atque uxorem liberoſque ejus deportanda curarunt.

callida ratione ſeparavit & quaſi ex oculis amovit. Polyæn. lib. IV. in Antigono Comment. 15. Ἀντίγονος τὰς ἀργυράσπιδας, οἱ τὸν Εὐμένη διεμάχοντο αὐτῷ παρέδωκαν, ἐπιμελῶς ἐφρόντισε. Τὸ δὲ ἄπιστον αὐτῶν φυλακῇ ὅπλων, χιλίους μὲν αὐτῶν ἔδωκε συμμάχους εἶναι Σιβυρτίῳ τῷ σατράπῃ τῆς Ἀραχωσίας. Inquirendum eſt in verum nomen ejus Satrapis, qui Arachoſiis tunc præerat, & cui mille Argyraſpidum ſuppetias miſſi. A Polyæno appellatur Σιβύρτιος. Diod. lib. XIX. Σιβύρτιον μέν, inquit, τὸν Ἀραχωσίας ἡγεμόνος παρείχετο πεζοὺς μὲν χιλίους. Propius ad verum, & unde quoque de vitio liquet lectionis apud Polyænum τῆς Ἀραβίας. Plutarchus quoque corruptus hoc in nomine eſt: Τὰς Ἀργυράσπιδας παρέδωκεν Γρυπίῳ τῷ διοικοῦντι τὴν Ἀραχωσίαν. Neque non & Arrianus: Θόαπλα δὲ σατραπεύειν τε ταύτης ἔταξε. Τέτε δὲ νόσῳ τελευτησάντος Σιβύρτιος τὴν σατραπείαν ἐνδέχεται. Legendum apud iſtos omnes Σιβύρτιον. Fundum habeo hujus correctionis Q. Curt. lib. IX. cap. 53. *Propoſito igitur* (inquit) *regioni Sibyrtio (namque Memnon præfectus ejus nuper interierat morbo) in Carmaniam ipſe proceſſit.* Sciendum autem eſt ex lib. VII. cap. 16. Memnonem à Rege Arachoſiis prætorem datum quatuor millibus peditum & ſexcentis equitibus in præſidium relictis. Præterea Diodorus, ipſum, apud quem hujus purpurati nomen integrum reſtituit lib. 18. Καὶ Σιβύρτιον μὲν ἔδωκεν Ἀραχωσίας καὶ Κεδρωσίας. Denique Juſtin. lib. 13. c. 4. *Arachoſii Gedroſique Sibyrtio traduntur.* Gebhard.

1 *Quod nemo Eumene vivo rex appellatus eſt.*] Quia ipſe Eumenes rex erat: Quare à Suida vocatur βασιλεὺς Μακεδόνων. Et paullo poſt: ἀνὴρ ἐν μὲν τοῖς πλείοσιν ἐδένὸς ἐδέυτερος ἦν καθ' αὑτὸν βασιλέων ἡγεμόνος. Vide ibidem plura. *Ernſtius.*

2 *Propinquis ejus ſepeliendum.*] Propter amicitiam, quam olim cum Eumene vivo contraxerat. Διὰ τὴν πρὸς ἡγεμόνα φιλίαν. *Diodor.* XIX. Confer Plutarchum.

3 *Ad matrem, atque uxorem.*] Diod. Πρὸς τοὺς οἰκείους. Plutarch. Τῇ γυναικὶ, ἐν τοῖς πατρί. Uxor erat Barſine, natione Perſica, Artabazi filia, ex qua filium Herculem ſuſcepit Alexander. Meminit Curt. X. 6. & alii. Sed apud Porphyrium corrupte legas Μαρσίνας pro Βαρσίνης.

PHO-

PHOCION.

XIX.

1 [1] PHOCION Athenienſis, [2] etſi ſæpe exercitibus præfuit, ſummoſque [3] magiſtratus cepit; tamen multo ejus [4] notior integritas eſt vitæ, [5] quam rei militaris labor. Itaque

1 *Phocion.*] Phoci filius. *Suidas* in Φωκίων. *Ernſt.* Sic quoque Ælianus Var. II. 16. Cochlearium fuiſſe patrem, teſtis idem XII. 43. ubi vide not. Cl. Schefferi. *Boſius.* De hoc Plutarch. in ejus vita, in Politicis & alias. Diodor. lib. 18. Polyænus lib. 4. Athenæ. lib. 10. Val. Max. 3. c. 8. & 5. 3. Suidas. *Savaro.* & alibi Æſch. de falſ. leg. Athen. Hujus Hermam, ſed capite truncatum, hac forma exhibent Imagines Urſini numero 109.

PHOCION.



Apud Tubium Urſinum ex ſchedis ex marmore.

2 *Etſi ſæpe exercitibus præfuit.*] Quadragies & quinquies, auctore Plutarcho: cujus hæc verba ſunt: *Conſtat enim inter omnes, eum exercitui præfuiſſe quinquies & quadragies, cum ne ſemel quidem in comitiis interfuiſſet, ſed eum cives ſimper abſentem viviſſent, & ſuffragiis ſuis creaſſent.* Lambin.

3 *Magiſtratus cepit.*] In Attico: *quod neque peti majorum more, neque capi poſſent.* Ibidem: *Honores & divitias capere.* Ibid. *Quos honores quibuſque temporibus cepiſſet.* Sidon. ep. ult. lib. 9. in Carm. *Capiens honorem.* vide Not. *Savaro.*

4 *Notior integritas eſt vitæ.*] Valer. Maximus lib. v. cap. 3. *Phocion vero his dotibus, quæ ad pacandum hominem potentiſſimæ judicantur, eloquentia & integritate inſtructiſſimus.* Hinc illa vox Demoſthenis concionantis: ἡ τοῦ ἰμεῶν λόγων σφύξει ἡ κοπὶς ἤρχε. Auctor Jamblichus apud Stobæum. *Keuchen.*

5 *Quam rei militaris labor.*] Immo multas ejus res militiæ geſtas, & functiones imperatorias commemorat Plutarchus in Phocione. Et ejus uxor ornamenta ſua dicebat eſſe, Phocionis viri ſui conſilia factaque imperatoria, ut tradit Plutarchus ibidem, & refert prin-

que [1] hujus memoria eſt nulla, illius autem magna fama: [2] ex quo cognomine BONUS eſt appellatus. [3] Fuit enim perpetuo pauper, [4] quum ditiſſimus eſſe poſſet, propter frequentes delatos honores, poteſtateſque ſummas, quæ ei à populo [5] dabantur. Hic quum [6] à rege Philippo munera magnæ pecuniæ repudiaret, legatique hortarentur accipere; ſimulque admonerent, ſi ipſe his facile careret, liberis tamen ſuis proſpiceret, quibus difficile eſſet in ſumma paupertate tantam paternam tueri gloriam: His ille, *Si mei ſimiles erunt, idem hic*, inquit, *agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit: ſin diſſimiles ſunt futuri, nolo meis impenſis illorum ali augerique luxuriam.* Eidem quum 2 prope ad annum octogeſimum proſpera [7] manſiſſet fortuna, extremis temporibus magnum in odium pervenit ſuorum

principio libelli περὶ μυστικῆς. Quinetiam ætatis octogeſimum agens annum, exercitui præfuit, aut certe præeſſe juſſus eſt à populo, ut ex eodem Plutarcho intelligere licet, στρατηγήσ. πολλ. *Lambin.*

1 *Hujus memoria eſt nulla.*] Reſpicit Nepos ætatem ſuam, qua Phocion tantum ob morum bonitatem notus erat; rerum bello ac pace præclare geſtarum nomine obſcurus. *Gebhard.*

2 *Ex quo cognomine Bonus eſt appellatus.*] Supra in Ariſtide: *Ut nunc cognomine Juſtus ſit appellatus.* Quod cognomen à virtutibus impoſitum. Mos paſſim obvius apud Græcos, Latinoſque, rarus primo honor & glorioſus, mox ridicula ſæpe ambitione vulgatus obſolevit. *Boecler.* Χρηστὸς Græce dictus eſt, auctore Suida, quod omnibus aliis magis quam ſibi eſſet utilis. Nam & in pecuniis largiendis liberaliſſimus fuit, & filias elocavit cum dote etiam pauperrimis quibuſque, modo eſſent frugi. Græca enim vox ἀπὸ τῆ χρείᾳ facta eſt. *Longol.* Præter Plutarch. in vita ejus & l. de Muſica & Suidam Val. Max. 8. 3. 2. *Placidi & miſericordes & liberales, omnique ſuavitate temperati mores Phocionis, quos optime profecto conſenſus omnium bonitatis cognomine decorandos cenſuit.* Savaro.

3 *Fuit enim perpetuo pauper.*] Lege *Plutarchum* in libello περὶ φιλοπλουτίας. *Athenæum* lib. x. cap. 3. *Lucianum* in Jove Confutato, & paſſim alios.

4 *Quum ditiſſimus eſſe poſſet.*] Lambin. & Cod. Gifan. *diſitiſſimus*: quomodo & Cicero 1. de Divin. 36. *diſitiſſimum fore prædictum eſt.* Sic *divitior* apud eundem, Plautum, Lucretium, Martialem, Tacitum occurrit. *Boſius.*

5 *Dabantur.*] Sic Schott. & Savaro ſecutus Mss. Ven. Col. Ald. Pariſ. in vulgatis *mandabantur.* In Pleopida: *Hac mente amicis ſuis ſummas poteſtates dederant.* Savaro.

6 *A rege Philippo munera magna pecuniæ.*] Plutarchus in apophth. & vita Phocionis, non Philippum, ſed Alexandrum Phocioni centum talenta dono miſiſſe dicit. Sic & Jamblichus ſcriptum reliquit in his, quæ de Pythagora memoriæ conſignavit. *Magius.* Adde Ælianum lib. 1. Var. Hiſtor.

7 *Manſiſſet.*] Schott. Codex *pervenisset.* ſic Mss. Ven. Colon. Ald. Pariſ. *permanſiſſet.* Lambinus.

ſuorum civium. [1] Primo cum Demade de urbe tradenda Antipatro conſenſerat, ejuſque conſilio Demoſthenes cum cæteris, qui bene de republica mereri exiſtimabantur, plebiſcito in exilium erant expulſi. Neque in eo ſolum offenderat, quod patriæ male conſuluerat, ſed etiam quod amicitiæ fidem non præſtiterat. Namque auctus adjutuſque à Demoſthene, eum, quem tenebat, aſcenderat gradum, [2] quum adverſus Charetem eum ſubornaret, [3] ab eodem in judiciis, quum capitis cauſam diceret, defenſus aliquotiens, liberatus diſceſſerat. Hunc non ſolum in periculis [4] non defendit, ſed etiam prodidit. Concidit autem maxime uno crimine; quia [5] quum apud eum ſummum eſſet imperium populi, & Nicanorem Caſſandri præfectum inſidiari [6] Piræeo Athenienſium [7] à Dercyllo moneretur; idemque poſtularet, ut provideret, ne commeatibus civitas privaretur: hic audiente populo, Phocion negavit eſſe periculum, ſeque ejus rei obſidem fore pollicitus eſt. [8] Neque ita multo poſt Nicanor Piræeo eſt potitus. Ad quem recu-

1 *Primo cum Demade.*] Hiſtoriam ſuſe narrant Diodorus Siculus lib. XIIX. & Plutarchus. Sed in Msc. Leidenſi eſt, *Primo quod cum Demade.* Quod probat Boſius.

2 *Quum adverſus Charetem eum ſubornaret.*] Vide quæ ad hunc locum notat Dionyſius Lambinus.

3 *Ab eod. in jud. q. capit. cauſ. diceret.*] Eadem ſors Ciceronis qui à C. Popillio Lænate, quem parricidii reum defenderat, interfectus eſt. M. Antonio præmium ſuppeditante H. S. decies centena millia. Appian. Plutarch. Valer. Max. v. III. *Schottus.*

4 *Non defendit, ſed etiam prodidit.*] Quin etiam & patriam, ut mox: quare lege talionis nihil mirum, ſi ingratam erga ſe expertus eſt. De quo ſcelere Cicero 1. Officiorum, & Virgilius:

Vendidit hic auro patriam.

Schottus.

5 *Quum apud eum ſummum eſſet imperium populi.*] Plutarch. Κασσάνδρος ὁ στρατηγὸς ἄρχων, id eſt, *imperator*, ſeu *dux exercitus*; & *archon*, hoc eſt, *prætor.* Lambinus. Erat enim archon, & quidem ante Archippum, niſi me conjectura fallit. Certe extremo vitæ tempore ſub calamitatem iſtam, archontem fuiſſe, Plutarchus tradit in ejus vita: Ὁ δὲ εἰς παλαιόδος ἀποκινδυνεύσαν σωτηρίαν, ὁ ταῦτα στρατηγὸς, ὁ ἄρχων, οὐκ οἶδα μὴ μεῖζόν τι δυσαίνῃ, ὁ προσῆκον τὸ πρὸς τὰς πολίτας δίκαιον. Sed non diu magiſtratum illum tenuit, ut Plutarchus clare narrat; itaque amotus, ut videtur, Archippum ſibi ſubſtitutum habuit; cujus nomen etiam relatum in Faſtos. *Meurſius.*

6 *Piræo Athenienſium.*] Videtur legendum, *Piræo Athenienſium portui:* Vel delendum, *Athenienſium.* Veruntamen nihil mutare auſus ſum. *Lamb.*

7 *A Dercyllo.*] Quem Regis Antipatri nomine Attica tunc regio præfectum habebat. Plutarch. *Magius.*

8 *Neque ita multo.*] Locus hic abſque

recuperandum, ſine quo Athenæ omnino eſſe non poſſunt, quum populus armatus concurriſſet, ille non modo [1] neminem ad arma vocavit, ſed ne armatis quidem præeſſe voluit. Erant eo tempore Athenis duæ factiones; quarum 3
[2] una populi cauſſam agebat, [3] altera optimatum. In hac erant Phocion & [4] Demetrius Phalereus. Harum utraque Macedonum patrociniis [5] nitebatur. [6] Nam populares Polyperchonti favebant, optimates cum Caſſandro ſentiebant. Interim à Polyperchonte Caſſander Macedonia pulſus eſt. Quo facto populus ſuperior factus, ſtatim duces adverſariæ factionis, capitis damnatos, patria [7] propulit: [8] in his Phocionem & Demetrium Phalereum: deque ea re legatos ad Polyperchontem miſit, qui ab eo peterent, ut ſua decreta confirmaret. Huc eodem profectus eſt Phocion. quo ut venit, [9] cauſam apud Philippum regem verbo,

que ulla difficultate per παρενθήκλω ita legitur: *Neque ita multo poſt Nicanor Piræeo eſt potitus (ad quem recuperandum cum populus armatus concurriſſet, ille non modo neminem ad arma vocavit, ſed ne armatis quidem præeſſe voluit) ſine quo Athenæ omnino eſſe non poſſunt.* Ernſtius.

1 *Neminem ad arma vocavit.*] Plutarchus vero ait, Phocionem tunc tumultuantem populum fruſtra conatum educere, & odio & contemptui omnibus fuiſſe. *Idem.*

2 *Una populi cauſſam agebat.*] Democratiæ ſtudebat. *Lambin.*

3 *Altera optimatum.*] Ariſtocratiæ. *Idem.*

4 *Demetrius Phalereus.*] De quo ſic Polyænus lib. IV. Κασσανδρίζων ἐτύγχανε, id eſt, *cum Caſſandro ſentiebat*, ſeu *faciebat*. Lamb. Eodem modo Demoſthenes φιλιππίζειν de Pythia dixit. *Keuchen.*

5 *Nam populares.*] Δημοκρατικοὶ, quos Plutarch. in Arato φιλοπολίτας vocat. *Boecler.*

6 *Nitebatur.*] *Utebatur* ſcriptus codex & ſic editum Ultraj. *Schott.*

7 *Propulit.*] Lambinus ſolus *pepulit* evulgavit. *Idem.*

8 *In his Phocionem & Demetrium.*] Plutarch. Callimedontem & Periclem vocat, qui ex urbe tum profugere, quique paucorum dominationi una cum Phocione faverunt, & Antipatro ac regibus ſtuduerunt: populi vero opibus & potentiæ adverſati ſunt. Vide Diod. Sicul. lib. XVIII. cap. 65. cum ſeq. & Plutarchum. *Ernſtius.*

9 *Cauſam apud Philippum regem verbo.*] Philippum Aridæum intelligit Eurydices maritum, uxori & aliis monitoribus obnoxium. Suppeditat hic Princeps eximium vecordiæ ac ſtuporis exemplum, quem penes tantum umbra nominis, penes uxorem alioſque vis atque imperium. Juſtin. lib. XIV. cap. 5. *Interea Eurydice uxor Aridæi regis, ut Polyperchontem à Græcia redire in Macedoniam cognovit, & ab eo arceſſitam Olympiadem, muliebri æmulatione perculſa, abutens valetudine viri; cujus officia ſibi vindicabat.* Non video autem cauſſam, cur mutato ordine malit Schottus: *Cauſam apud Philippum verbo quidem; reapſe apud Polyperchontem.* Gebhard.

bo, re ipſa quidem apud Polyperchontem juſſus eſt dicere. Namque is tum regis rebus præerat. Hic quum [1]ab Agnonide accuſatus eſſet, quod Piræum Nicanori prodidiſſet, [2]ex conſimili ſententia in cuſtodiam conjectus, [3]Athenas 4 deductus eſt, ut ibi de eo legibus fieret judicium. Huc ubi perventum eſt, quum propter ætatem pedibus jam non valeret, [4]vehiculoque portaretur, magni concurſus ſunt facti, [5]quum alii reminiſcentes veteris famæ, ætatis miſererentur; plurimi vero ira exacuerentur propter proditionis ſuſpicionem Piræei: maximeque quod [6]adverſus populi commoda in ſenectute iteterat. [7]Qua de re ne perorandi

1 *Ab Agnonide.*] Exemplaria Mss. nonnulla, & Jenſonica quoque *Agnone* habent. Sed ex Plutarcho patet, legendum eſſe *Agnonide*: qui fuit, ut ipſe ait, ſycophanta. Sane *Agnonis* hominis deliciis affluentis meminit Athenæus lib. XII. 18. *Mæg.* Schedæ veteres, *Hic ab Agnonide accuſatus, quod, &c.* concinnius. *Schottus.*

2 *Ex conſimili ſententia.*] Sic Mss. & vulgati omnes, quæ lectio non rejicienda videtur & hac mente accipi poteſt. Conſimili ſententia, qua antea Phocion in carcerem conjectus, & in exilium erat expulſus, iterum reus proditionis actus in carcerem conjectus eſt. Conjecturam tamen Puteani & Lambini teſtatam volo, qui *ex conſilii ſententia* legunt. Magno libro Notarum D. C. S. *de conſilii ſententia.* Videndus Cicer. ad Attic. 17. ep. lib. 7. more etiam Athienſium comprobatur conjectura. In Eumene: *ad conſilium retulit.* poſtea *cognita conſilii voluntate.* Savaro. Sic etiam in Sluiſkenii Ms. *Keuchen.*

3 *Athenas deductus eſt.*] Ut ſcilicet cauſam capitis diceret, vide Diodorum lib. XVIII, & Plutarchum in Phocione. Obiter obſervabis, reos honoratiores Athenas miſſos fuiſſe, ut magiſtratibus traderentur, utque legitimis confectis, aut abſolverentur, aut addicerentur, quod & apud Romanos invaluit, not. ad Sidonium epiſt. 7. lib. VII. quibus moribus & Senatuſconſultis locum dedit in ſuis Capitularibus Carolus Magnus. *Savaro.*

4 *Vehiculoque portaretur.*] Plutarch. Ἐφ' ἁμάξης κομιζομένων αὐτῶν. Hic tamen non propter infirmitatem pedum ſic vectos eſſe ſignificat, ſed contumeliæ cauſa. *Lambin.*

5 *Quum alii reminiſcentes veteris famæ, ætatis miſererentur: plurimi vero ira exacuerentur.*] Duplex iſtud hominum genus, hinc miſerantium, inde inſultantium in omnibus talibus caſibus ſe exhibet. Tacit. lib. XII. cap. 47. *Mox vulgus duro imperio halitum probra ac verbera intentabat: & erant contra, qui tantam fortunæ commutationem miſerarentur.* Ad prius membrum Taciti illuſtrandum ſpectat locus Diod. lib. 18. Τὸ γὰρ ἐπὶ ταῖς δυστυχίαις σωπώμενον μῖσος, ὅταν ἐκ μεταβολῆς ἐπιφαίνῃ ταῖς ὀργαῖς, ὑποθηγάτην φέρει τὴν μισοῦσαν. De fato Phocionis Valer. lib. 5. cap. 3. Extern. 3. *Gebhard.*

6 *Adverſus populi commoda.*] Ita τὸ κοινῇ συμφέρον in Democrat. vocatur. *Boecler.*

7 *Qua de re ne perorandi.*] Quomodo plerique, præſertim boni, præpoſterum illud populi judicium tulerint, è Diodoro petendum eſt. Ex eodem conſtat, proditos Athenienſes fuiſſe à Polyperchonte. *Ernſt.*

1 *Legi-*

orandi quidem ei data eſt facultas, & dicendi cauſam. Inde judicio, [1] legitimis quibuſdam confectis, damnatus, [2] traditus eſt undecimviris, quibus ad ſupplicium, more Athenienſium, publice damnati tradi ſolent. Hic quum ad mortem duceretur, obvius ei fuit [3] Emphyletus, quo familiariter fuerat uſus. Is quum lacrymans dixiſſet, *O quam* [4] *indigna perpeteris Phocion!* huic ille, *At non inopinata*, inquit; [5] *hunc enim exitum plerique clari viri habuerunt Athenienſes.* In hoc tantum fuit odium multitudinis, [6] ut nemo

1 *Legitimis quibuſdam confectis.*] Quæ lege ad accuſandum & audiendum reum, nec non reliquum judicii ordinem ſunt conſtituta. Cicero ad Antonium: *Cedo illa legitima, quæ conſules populum jure rogaverunt.* Gebhard.

2 *Traditus eſt undecimviris.*] Undecimviri, de quibus hic Probus, quos Julius Pollux τοὺς ἑνδεκα dici ſolitos arguit, quoſque etiam νομοφύλακας atque ἐπάρχους Græci appellabant; Triumviris Romanorum capitalibus erant non abſimiles, ut Budæus in poſter. annot. ad ff. obſervatum reliquit. Horum erat officium (ut ex multis, quæ legi, pauca afferam) delinquentes facinoroſoſque homines comprehendere, in carcerem conjicere, & capitis damnatos ad ſupplicium ducere. *Magius.* Lege *Demoſthenem* κατὰ Τιμοκρ. & κατὰ Ἀριστογείτονος. *Platonem* in Phædone, *Ariſtotelem* lib. 6. cap. ultimo, de optima adminiſtrandæ reipubl. forma, & alios. Sane quantum ad horum electionem attinet, *Decemviri* (ut Pollux ait) *ſinguli, à ſingulis tribubus cooptari ſolebant*; quorum numerum augebat γραμματεὺς, id eſt, *ſcriba*, ut hoc pacto undecim eſſent & dicerentur. Plura de XI *Viris* doctus quidam Auctor magni apud Gallos nominis, in libello, quem de Athenienſium Magiſtratibus conſcripſit. *Magius.*

3 *Emphyletus.*] Lapſus iterum hic Æmilius, quod minus curioſe Græcos codices inſpexerit, verteritque; nam ut ex Ariſtide videre licet, ſcriptum fuit in Græcis auctoribus ἐμφύλιός τις, id eſt, *ex ſua tribu aliquis.* vel *tribulis*, ut cum Cicerone interpreter. *Longol.* Tentabam equidem, audendum eſt enim, *Emippum* reponere, Plutarchi auctoritate, qui non diſſimile refert in apophth. & vita Phocionis, ſed in qua vitioſe Θεόδοτος cuditur. Hic enim una capitis damnatus, cum quiritaretur, attrita cicuta injuſte ſe ad mortem adigi, ἐπὶ ἀγαπᾷς, εἶπεν, ὦ Εὐτυπτε μετὰ Φωκίωνος κατθανούμενος; *cum Phocione mori detrectas?* Refert & Ælianus lib. 13. cap. 41. *Schott.* Item Seneca conſolatione ad Helviam cap. 13. ſed ſub perſona Ariſtidis, quem correxit ibidem Juſtus Lipſius.

4 *Ind. perp. Phocion.*] Cujus & præclarum hoc dictum, *præſtare injuriam ferre quam inferre: accipere damnum melius eſſe quam dare.* Plutarch. in ejus vita. quæ γνώμη & Tuſculana 5. Cicer. *Accipere quam facere præſtat injuriam* legitur. filio tamen Phocionis non parenti adſcribit Ælian. 2. Var. Hiſt. 12. *Schott.*

5 *Hunc enim exitum plerique clari viri habuerunt Athenienſes.*] Quorum catalogum contexit Lucianus in dialogo, *De non temere credendo calumniæ.* Idem meminit mortis Phocionis in *Iove confutato.* Adde Dion. Pruſæum Orat. 73.

6 *Ut nemo auſus ſit eum liber ſepelire.*] Quia lege Attica non concedebatur proditionis damnatos ſepelire, in Themiſtocle in fine: præter Diodorum & Plutarchum Valerius lib. v. cap. 3. *Phocion non tantum oculeo ab Athenienſibus*

ut nemo auſus ſit eum liber ſepelire. Itaque [1] à ſervis ſepultus eſt.

impoſitus eſt; ſed certe poſt obitum nullam Atticæ regionis, quæ oſſibus ejus injiceretur, glebulam invenit; juſſus extra fines projici, intra quos optimus civis vixerat.

Savaro. Vide Alex. ab Alex. libro 6. cap. 14. Genial. dierum.

1 *A ſervis ſepultus eſt.*] Longe aliter iſta refert Plutarchus.

TIMO-

TIMOLEON.

XX.

TIMOLEON [1] Corinthius. Sine dubio magnus omnium judicio hic vir extitit. Namque huic uni contigit, quod neſcio [2] an ulli, ut patriam, in qua erat natus, [3] oppreſſam à tyranno liberaret; & à Syracuſis, quibus auxilio erat miſſus, inveteratam ſervitutem depelleret, totamque Siciliam multos annos [4] bello vexatam, à barbariſque oppreſſam, ſuo adventu [5] in priſtinum reſtitueret. Sed in his rebus non ſimplici fortuna conflictatus eſt: &, id quod difficilius putatur, multo ſapientius tulit ſecundam quam adverſam fortunam. Nam quum frater ejus Timophanes [6] dux à Corinthiis delectus, tyrannidem [7] per milites mercenarios occupaſſet, particepſque regni poſſet 1

1 *Timoleon.*] In Plutarchi codicibus *Timoleon* ſcriptum video ἀπὸ τῆς τιμῆς. In noſtris libris editis & Gifanii Lucretiano Indice *Thymoleon* ἀπὸ τοῦ θυμοῦ. Quaſi leonino animo, id eſt, excelſo præditus. De hoc præter Putarchum ac Diodorum Polybius lib. II. & XI. Livius lib. XXXV. & XXXIX. Pauſanias in Arcadicis. *Schottus.* Apud Ariſtophanem Ranis act. IV. ſcen. 2. ſcriptum eſt Θυμολέων. *Gebhard.* Timoleontis autem pater fuit Timenætus, auctore Diodoro Siculo lib. XVI. ſed, ut vult Plutarchus in Timoleonte, Timodemus: mater autem Demariſte. *Lambin.* De hoc vide Diodorum l. 16. Plutarch. Polyæn. lib. I. Strateg. Suidam. *Savaro.* Præcipuus ejus ſcriptor Timæus intercidit.

2 *An ulli.*] Ita Vet. Cod. perſpicue magis quam *an nulli.* ut frequenter Cicero, Græcorum exemplo. mox *conflictus* in eodem pro *conflictatus*, ut *exercitus* pro *exercitatus.* Schott.

3 *Oppreſſam à tyranno.*] A fratre majore natu, Timophane. *Lambin.*

4 *Bello vexatam.*] Quod geſtum eſt à Carthaginienſibus partim adverſus tyrannum Dionyſium majorem, duce Dione: & Dione interfecto, Callippum, qui menſeis XIII. tyrannidem obtinuit, ut narrat Diodor. lib. XVI. & Callippo ſubacto, Hipparinum Dionyſii F. qui annos duos imperio paterno potitus eſt: deinde Dionyſium ipſum, qui imperium amiſſum recuperavit. *Lambin.*

5 *In priſtinum reſtitueret.*] Elegant. Vulgo *ſtatum* addunt. *Gebhard.*

6 *Dux à Corinthiis.*] In bello adverſus Argivos & Cleonæos. *Lambin.*

7 *Per milites mercenarios.*] Corinthii veriti, ne idem ſibi accideret, quod & antea, Corintho amiſſa, & à ſociis ipſis occupata, quadringentos milites mercenarios alere decreverunt, quibus Timophanem præfecerunt. Ille autem rebus omnibus honeſtis & juſtis neglectis ac deſpectis, confeſtim ea ad exitum perduxit, quibus civitatem in ſuam poteſtatem redigere poſſet; & multis civibus principibus ac primariis indi-

poſſet eſſe: tantum afuit à ſocietate ſceleris, ut antetulerit ſuorum civium libertatem fratris ſaluti,[1] & patriæ legibus obtemperare ſanctius duxerit quam imperare patriæ. Hac mente[2] per aruſpicem[3] communemque affinem, cui ſoror ex iiſdem parentibus nata, nupta erat,[4] fratrem tyrannum interficiendum curavit. Ipſe non modo manus non attulit, ſed ne aſpicere quidem fraternum ſanguinem voluit. Nam dum res conficeretur, procul in præſidio fuit, ne quis ſatelles poſſet ſuccurrere. Hoc præclariſſimum ejus facinus non pari modo probatum eſt ab omnibus. Nonnulli enim læſam ab eo pietatem putabant,[5] & invidia laudem virtutis obterebant. Mater vero poſt id factum neque domum ad ſe filium admiſit, neque aſpexit, quin eum fratricidam impiumque deteſtans compellaret. Quibus[6] verbis adeo eſt commotus,[7] ut nonnunquam vitæ finem facere voluerit, atque ex ingratorum hominum conſpectu

ta cauſa necatis, ſe ipſe tyrannum conſtituit. *Idem.*

1 *Et patr. legibus, &c.*] Sic noſter codex. Giſanius, *& patriæ parere legibus, quam imperare ſatius duxerit.* Quomodo & Ultraj. editum. Longol. & Magius pro *ſatius* legunt *Santius.* Hoc probat Lambinus, illud damnat. *Schottus.*

2 *Per aruſpicem.*] Huic Theopompus nomen imponit Satyro, Ephorus & Timæus Orthagoræ. Ego illi Satyri nomen fuiſſe proprium puto, Orthagoræ vero adjectitium laudis cauſa, quod vera ex aruſpicina reſponderet. *Longol.*

3 *Communemque affinem.*] Hunc Æſchylum vocat Plutarchus, & uxoris Timophanis fratrem fuiſſe dicit. De hoc Thymoleontis pio ſimul atque impio facinore, idem Plutarchus in Politicis mentionem facit. *Mag. Affinem.*] Id eſt, ſororium ſororis virum interprete ipſo Nepote. Vide Not. ſupr. in Dione. Præterea ſic intellige Val. Max. l. 2. c. 7. exemp. 7. & l. 1. c. 1. exemp. 7. Auſon. in parental. carm. 16. Lemma, *Pomponius maximus affinis.* cur affinis dicatur ratio ſequitur: *Conjux namque mea tu conſociate ſorori.* Idem Carm. 21. Vide Not. in Sidon. Carm. 5. & 20. infra in Attico. *Savaro.*

4 *Fratrem tyrannum interficiendum curavit.*] Juſtam cenſens injuſte imperium aut tyrannidem occupantis interfectionem, ex veteri lege Rhadamanti, & pluribus Græcorum, de quibus Grotius de Jur. Bell. & Pac. lib. 1. cap. 4. 17. *Loccenius.* Adde judicium Clapmarii de Arcanis Rerump. IV. 20.

5 *Et inv. l. v. obterebant.*] Sic Vatinius Nepotis æqualis Tullio lib v. ad famil. dixit *proſternere atque obterere obtrectationes & invidias malevolorum.* atque ipſe Cicer. pro Cæcina, *Calumniam obterere atque contundere.*

6 *Verbis.*] Sic vulgati. Mss. *rebus* in Alcib. *His Lacun rebus commotus.* In Eumene: *his rebus Eumenes permotus.* In Datame: *Piſidæ nova re commoti.* Savar.

7 *Ut nonnunquam vitæ finem facere voluerit.*] Inedia ſe exſtinguere. Plutarchus: Ὥρμησε μὲν ὡς λιμῷ θησόμενον ἀπάγεσθαι βοῦς. Sed mollem animum illum dicas, qui præclariſſimi facinoris ſibi conſcius

ſpectu morte decedere. Interim Dione Syracuſis interfecto, Dionyſius rurſus [1] Syracuſarum potitus eſt. Cujus adverſarii opem à Corinthiis petiverunt, ducemque, quo in bello uterentur, poſtularunt. Huc Timoleon miſſus, incredibili felicitate Dionyſium totaSicilia depulit. Quum interficere poſſet, noluit, [2] tutoque, ut Corinthum perveniret, effecit, quod utrorumque Dionyſiorum opibus Corinthii ſæpe adjuti fuerant. Cujus benignitatis memoriam volebat exſtare, [3] eamque præclaram victoriam ducebat, in qua plus eſſet clementiæ quam crudelitatis. Poſtremo, ut non ſolum auribus acciperetur, ſed etiam oculis cerneretur, quem, & ex quanto regno ad quam fortunam [4] detruſiſſet. Poſt Dionyſii deceſſum, [5] cum Iceta bellavit, qui adverſatus fuerat Dionyſio, quem non odio tyrannidis diſſenſiſſe, ſed cupiditate, indicio fuit, quod ipſe, expulſo Dionyſio, imperium dimittere noluit. [6] Hoc ſuperato

2

conſcius abſurdiſſimo mulierculæ judicio tantopere conturbaretur. *Gebhard.* Eratque hoc Stoicorum artificium. Vide *Ernſtium*, in Introductione ad veram vitam, cap. 22.

1 *Syracuſarum potitus eſt.*] Ita tamen ut Iceta tyrannus Acradinam & Neapolim teneret, Dionyſius Inſulam: ut tradit Diodorus lib. VI. *Lambin.*

2 *Tutoque ut Corinthum perveniret.*] Ubi ludum Dionyſius aperuit. Vide proverbium, *Dionyſius Corinthi*, & Plutarch. in Timoleonte de dictis factiſque etiam Dionyſii. *Schottus.* Exſtat in Cicerone ad Attic. IX. 9. Quintil. VIII. 6. Laërtii Platone. Valer. Max. lib. VI. 9. aliis.

3 *Eamque præclaram victoriam ducebat.*] Vulgati, *& quod eam præclaram victoriam ducebat.* Platonis eſt ſententia lib. I. de Leg. initio, maximam eſſe victoriam ſeipſum vincere, & in adverſis animo non demiſſo, nec in ſecundis elato eſſe: Κράτιστον, ὦ ξένε, τὸ νικᾶν αὐτὸν αὑτόν, πασῶν νικῶν πρώτη τε καὶ ἀρίστη, τὸ δ' ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ, πάντων αἰσχίστόν τε ἅμα καὶ κάκιστον. *Schot.*

4 *Detruſiſſet.*] *Detuliſſet* vetuſta lectio eſt. *depuliſſet* Ultraj. *Schott.*

5 *Cum Iceta bellavit.*] Cum ſpiritu *Hicetam* in Diodoro & Gemiſto Plethone editur: membranæ enim *Hecatam* præferunt, depravate ut opinor. *Idem.* Erat hic unus ex amicis Dionis. *Ernſtius. Cum Iceta.*] Monuit Schottus *Hicetam* ex Diod. & Gemiſto Plethone legendum. Qui Ciceroni *Nicetas* corrupte, ut opinor, ex aſpiratione in literam *n* verſipellem facta. Nam Græcis communiter Ἱκέτας συρακούσιος. Diog. Laërt. in Philolao: ᾧ πύκλον τῷ γλῶ κινεῖδε πρῶτον εἰπεῖν, οἱ δ' Ἱκέταν συρακούσιον φασί. Vide Turnebum lib. XVI. cap. 18. Adv. *Icetas* autem pro *Hicetas*; ut *Iphicrates*, Hiphicrates; *Iſter*, Hiſter; *Ageſilaus*, Hageſilaus, & alia in Excerptis. *Kench.*

6 *Hoc ſuperato.*] Id eſt, arcem relinquere coacto & ex arce depulſo, idque nullo ex Corinthiis vulnerato, ut tradit Plutarchus. Sed Diodorus lib. XVI. narrat, Timoleontem cum Iceta pactionem feciſſe, & tranſegiſſe. Sic enim ille: Ἔχων δὲ πόλεμον πρὸς Ἱκέτην,

perato Timoleon [1] maximas copias Carthaginenſium [2] apud Crimeſſum flumen fugavit, ac ſatis habere coëgit, ſi liceret Africam obtinere, qui jam complures annos poſſeſſionem Siciliæ tenebat. [3] Cepit etiam Mamercum Italicum ducem, hominem bellicoſum & potentem, qui ty-
3 rannos adjutum in Siciliam venerat. Quibus rebus confectis, quum propter diuturnitatem belli non ſolum regiones, ſed etiam urbes deſertas videret; conquiſivit quos potuit, primum Siculos, [4] deinde Corintho arceſſivit colonos, quod ab his initio Syracuſæ erant conditæ. Civibus veteribus ſua reſtituit, novis [5] bello vacuefactas poſſeſſio-

ται, διλαβόσθαι πρὸς αὐτὸν, ἢ προσαλαβόμενος τὰς μεθ' αὑτὸν στρατιώτας, ἐμεθείως νίξησι τὴν ἰδίαν δύναμιν. Sed quæ hic à Probo dicuntur, referenda ſunt ad ea, quæ poſtea conſecuta ſunt. Nam Icetam etiam Diodorus tradit aliquando à Timoleonte eſſe ſuperatum, & honore ſepulturæ affectum. Μετὰ δὲ ταῦτα ἡ Ἰκέτην κρίνα πολεμήσας ἤθαψε. Plutarchus quoque narrat, eum Timoleonte vivo captum una cum filio, eoſque, ut tyrannos & proditores, ſupplicio eſſe affectos. Eſt autem hic Icetas is, qui Areten Dionis uxorem, & ſororem Ariſtomacham, & filium adhuc puerum, vivos merſerat. *Lambin.*

1 *Maximas copias.*] Peditum ſeptuaginta millia: equitum & curtuum bellicorum circiter decem; naves longas ducentas: onerarias, quæ partim equos, partim tela, partim frumentum & cetera id genus, portabant, plures mille: ut tradit Diod. eodem libro, cum quo congruit & Plutarchus, quod ad peditum numerum attinet; nam de cetero apparatu nullum apud illum verbum. *Idem.*

2 *Apud Crimeſſum.*] *Criniſſum* exemplar ſcriptum habet. Sed *Crimeſum* ex Plutarcho reſtituendum. *Long.* Qui hunc fluvium Κρεμήσον appellat. Ex Diod. lib. XIX. fere in principio (nam lib. XVI. ubi hac de re agitur, hunc fluvium nomine generis appellat, fluvium) *Cre-*

miſſum. Sic enim ille illo loco: καθ' ὃν δὴ χρόνον Τιμολέων μὲν ὁ Κορίνθιος νικήσας τὴν ἐπὶ τῷ Κρημισσῷ μάχην, τὰς Καρχηδονίας μετέδωκε τῶν Συρακουσίας πολιτείας πᾶσι τοῖς βουλομένοις, &c. *Lambin.* Ex Dionyſ. Halicarn. lib. I. Strabone VI. & Suida, patet legendum eſſe *Crimiſſum* per ἰῶτα. Apud Lycophronem vero, & Zetzem ejus interpretem vox *Crimiſſus*, duplici Σ. quod & Xylander obſervavit, ſcripta reperitur. *Magius.*

3 *Cepit etiam Mamercum.*] Plutarchus hunc Cataniæ fuiſſe Tyrannum, ſcriptum reliquit. *Mag.* Vide Polyænum lib. Strategematum. Commemorat & hunc Mamercum Diodorus lib. XVI. ubi tamen mendoſe legitur Μάμερκος, pro Μάμερκος. *Lambin.*

4 *Deinde Corintho arceſſivit colonos.*] Qui erant numero 5000. *Diodorus*, τοὺς δὲ ἑξακισχιλίους ἢ καὶ τοὺς ἀπὸ Κορινθίων ἐπιμερθέντας οἰκήτορας φιλοφρόνως ὄντας ἀνέθρεψεν πενταετηρίδας.

5 *Bello vacuefactas poſſeſſiones.*] Uſus eſt hac voce ſupra in Cimone, itemque Cicero Catilinar. I. ut legendum docuit Carrio I. antiq. lect. 18. Hoc Juriſconſultis eſt *in vacuum venire*, eum neglecta poſſeſſio atque deſerta eſt, præſertim longioris temporis præſcriptione. *Schottus.* Cimone: *Scyrum vacuefecit.* Val. Max. 2. 7. I. *vacuefactus exercitus.* Savaro.

1 *Dele-*

ſeſſiones diviſit; urbium mœnia disjecta, fanaque [1] deleta refecit; civitatibus [2] leges libertatemque reddidit; ex maximo bello tantum otium toti inſulæ conciliavit, [3] ut hic conditor urbium earum, non illi qui initio deduxerant, videretur. [4] Arcem Syracuſis, quam munierat Dionyſius ad urbem obſidendam, à fundamentis disjecit; [5] cætera tyrannidis propugnacula demolitus eſt, deditque operam, ut quam minime multa veſtigia ſervitutis manerent. Quum tantis eſſet opibus, ut etiam invitis imperare poſſet, tantum autem haberet amorem omnium Siculorum, ut nullo recuſante regnum obtineret, [6] maluit ſe diligi quam metui. Itaque, quum primum potuit, imperium depoſuit, & privatus Syracuſis, quod reliquum vitæ fuit, vixit. Neque vero id imperite fecit. Nam quod cæteri reges imperio vix potuerunt, hic benevolentia tenuit. Nullius honos huic defuit, [7] neque poſtea Syracuſis res ulla geſta eſt publica, de qua prius ſit decretum, quam Timoleontis ſenten-

1 *Deleta.*] Sic Lambinus. Savaro *Deſerta* tuetur. Neutrum in noſtris ſchedis apparet. *Schott.* Supr. *Deſertas urbes videret.* in Hamilc.; *Carthago deſerta.* Savaro.

2 *Leges libertatemque reddidit.*] Αὐτονομίαν, καὶ δημοκρατίαν. *Lambin.*

3 *Ut hic cond. urbium.*] Sic Cicero Catil. 3. *Non minus nobis jucundi atque illuſtres ſunt ii dies, quibus conſervamur, quam illi quibus naſcimur: quod ſalutis certa lætitia eſt, naſcendi incerta conditio, & quod ſine ſenſu naſcimur, cum voluptate conſervamur.* Schottus.

4 *Arcem Syracuſis.*] Exſtat de arcibus elegans Demetrii Pharii dictum apud Strabonem lib. VIII. ubi tamen male *Phalereo* tribuitur, ut docuit Pet. Victorius lib. XX. Var. Lection. cap. 4. *Schott.* Ex quatuor veluti urbibus Syracuſas conſtare, ſcribit Cicero, quæ appellantur Inſula, Acradina, Tyche, & Neapolis. Inſula autem potitus Timoleon & caſtellis, quæ antea Dionyſio parebant; arces adverſus eam comparatas, certaque τὰ τυραννεῖα ἐκ θεμελίων demolitus eſt. Diodorus Siculus, cujus hiſtoriam Nepos continuo ſequitur: Τιμολέων δὲ ἀθροίσας πᾶσαν τὴν νῆσον, καὶ φρούρια τὰ διαφύσεως (majori) πρόπυργον ἱσταμένου, τὰς μὲν κατὰ τὴν ἀκροπόλεως, καὶ τὰ τυραννεῖα κατέσκαψε, τοῖς δὲ φρουροῖς ἀπέδωκε πᾶσι τὴν ἐλευθερίαν. Vide ſequentia. *Keuchen.*

5 *Cætera tyrannidis propugnacula.*] In quorum uno, quod hodie vocatur *Caſtrum Merket*, marmoreum ſtemma, teſte Mario Aretio & Franc. Maurolyco apud Gualtherum in antiquis Siciliæ tabulis inventum eſt: EXTINCTORI TYRANNICAE. Quod ſine dubio Timoleonti erectum eſt. *Ernſt.*

6 *Maluit ſe diligi, quam metui.*] Juſtin. lib. IX. cap. 9. *Amari pater malle, hic metui.* Vide Berneggeri Quæſt. Miſcell. 207. & Forſtner. ad Annal. Taciti 6.

7 *Neq; poſtea Syracuſis.*] Brevius hæc Attic. *Hunc in omni procuratione reipubl. actorem, auctoremque habebant.* Gebh.

ſententia cognita. Nullius unquam conſilium non modo antelatum, ſed ne comparatum quidem eſt: neque id magis benevolentia factum eſt, quam prudentia. Hic quum ætate jam provectus eſſet, [1] ſine ullo morbo lumina oculorum amiſit. quam calamitatem ita moderate tulit, ut neque eum querentem quiſquam audierit, neque eo minus privatis publiciſque rebus interfuerit. [2] Veniebat autem in theatrum, quum ibi concilium populi haberetur, [3] propter valetudinem vectus jumentis junctis, atque ita de vehiculo, quæ videbantur, dicebat; neque hoc ulli quiſquam tribuebat ſuperbiæ. [4] Nihil enim unquam neque inſolens, neque glorioſum ex ore ejus exiit. Qui quidem quum ſuas laudes audiret prædicari, nunquam aliud dixit, quam [5] *ſe in ea re maximas diis gratias agere, atque habere, quod quum Siciliam recreare conſtituiſſent, tum ſe potiſſimum ducem eſſe voluiſſent.* Nihil enim rerum humanarum ſine deorum numine [6] agi putabat. Itaque ſuæ domi [7] ſacellum Αὐτομαλίας conſtituerat, idque ſanctiſſime colebat.

1 *Sine ullo morbo lumina oculorum amiſit.*] Plutarchus: ἤδη πρεσβύτερος ὢν ἀπημβλώθη τὼ ὄψει, εἶτα τελέως ἀπηρώθη μετ' ὀλίγον. Eſt autem λαμπαὶ. Sunt enim *lumina ſolis*, *lumina vitæ*. Lucret. lib. III. *Lumina ſis oculis*, id eſt, *ſuorum oculorum*, ut interpretatur *Lambinus*. Multos qui & oculis capti fuerint, moderateque eum caſum tulerint, enumerat Cicero Tuſcul. v. & Marc. Spalatenſis. *Schott.*

2 *Veniebat autem in theatrum.*] Nam Græcis & Græcienſibus pleriſque *theatrum* pro curia, foro, comitio fuit. Vide Lipſium ad Taciti II. Hiſt. Bernegg. ad Juſtin. XXII. 2. Jo. Pricæum not. ad Actor. XIX. 29. *Boſius.*

3 *Propter valetudinem vectus jumentis junctis.*] Supra in Phocione: *cum propter ætatem pedibus jam non valeret, vehiculoque portaretur.* Savar. Ὁ δ' ἁμαξήλατος ἐπὶ ζεύγους, ὡς τὸ ἁλίσιον ἐπορεύετο. *Plutarch.* Similis Appius Claudius in Hiſt. Romana.

4 *Nihil enim unquam neque inſolens, neque glorioſum.*] Meminit J. Lipſius in not. ad lib. II. cap. 15. Politicorum.

5 *Se in ea re Diis maximas, &c.*] Recte additur præpoſitio, quæ in noviſſimis editionibus non comparet. non enim dicunt Latini, *Gratias agere aliqua re.* ſed *in aliqua re. de* & *pro.* in quibus voculæ illæ idem quod propter. ſic 25. II. 6. *Cavit ne aliqua in re plecteretur.* ſic 4. 2. 6. *in quo facto domum revocatus.* 4. 1. 3. 15. 10. 16. *reprehendi in aliqua re.* Vorſtius.

6 *Agi.*] *Geri* Vet. Codex & Ultraj. ut ſupr. in Dione & Attici vita. *Schott.*

7 *Sacellum* Αὐτομαλίας.] Αὐτομαλία, Deæ nomen. Vide Plutarchum περὶ εἱμαρμένης: & Gyraldum in Hiſt. Deorum, Syntagm. 16. Non aſſequuntur rem, qui *per caſum*, ſive, ut Lambinus, *per caſum fortuitum* vertunt. Melius Xylander, *Fortem Fortunam.* Coluit haud

bat. Ad hanc hominis excellentem bonitatem mirabiles acceſſerunt caſus. Nam prælia maxima [1] natali die ſuo fecit omnia: quo factum eſt, ut ejuſdem natalem feſtum haberet univerſa Sicilia. Huic [2] quidam Laphyſtius, homo petulans & ingratus, [3] vadimonium quum vellet imponere, quod cum illo ſe [4] lege agere diceret, & complures concurriſſent, qui procacitatem hominis manibus coërcere conarentur: Timoleon oravit omnes, ne id facerent. [5] Namque id ut Laphyſtio, cæteriſque liceret, ſe maximos labores ſummaque adiiſſe pericula. Hanc enim ſpeciem libertatis eſſe, ſi omnibus, quod quiſque vellet, legibus experiri liceret. Idem, quum quidam Laphyſtii ſimilis nomine Demænetus, in concione populi rebus geſtis ejus detrahere cœpiſſet, ac nonnulla inveheretur in Timoleonta, dixit, nunc demum ſe [6] voti eſſe damnatum, namque hoc à diis immortalibus ſemper precatum, ut talem libertatem reſtituerent Syracuſanis, in qua [7] cuivis liceret,

haud dubie cum Siculis hoc numen Timoleon, eo reſpectu, quo Fortuna omnium actionum, laborum humanorum domina & moderatrix credita eſt; ut ſit illa ipſa ἀγαθὴ τύχη, cui multa Græci Romanique monumenta conſecrarunt. Cujus cultum ex veteri Aſtrologia deducendum autumat Seldenus de Dis Syris, Syntagm. 1. cap. 3. Retulit ad hujus Deæ auſpicia ac numen, quidquid habuit Timoleon ſucceſſuum; unde patet ſcilicet ex ipſo textu qualis Dea & quo fine culta. *Boeclerus.*

1 *Natali die ſuo fecit omnia.*] Memorabilia non pauca de certorum dierum eventibus obſervatis collegit Forſtnerus in Nat. ad Tacit. lib. 1. *Idem.*

2 *Quidam Laphyſtius.*] In Mss. quibuſdam, & impreſſis codicibus legitur non *Laphyſtius*, ſed *Lameſtius*. Veruntamen ex Plutarcho, & probatiſſimæ fidei exemplaribus apparet legendum eſſe *Laphyſtius*. Mag. Plutarchus Λαφύστιον vocat. *Boſius.*

3 *Vadimonium quum vellet imponere.*] Ms. noſter Codex legit *Badimonium*. Quod idem vocabulum eſt. Sic in Excerpt. ex Veter. Lexicis Græco-Latinis, quæ H. Stephanus edidit: Ὀμιλ. β. ſcriptum eſt: ἰγγύλω φεύγα. *Badimonium fuge*, pro *vadimonio*. Quæ tranſpoſitio literarum pueris nota eſt. *Ernſt.*

4 *Lege agere diceret.*] Mox *legibus experiri.* Lege Briſſonii formulas. *Schott.*

5 *Namque id ut Laphyſtio, cæteriſque liceret.*] Plutarchus: Ὧν Λαφυστίῳ μὲν αὐτὸν πρὸς τινὰ δίκῃ κατηγωνιστῷ, ἢ εἶα δορυφορεῖν, ἢ δὴ κωλύειν τὰς πολίτας· ἐκὼν γὰρ αὐτὸς ὑπομεῖναι τοσούτους πόνους ἢ κινδύνους ὑπὲρ τοῦ νόμοις χρῆσθαι τὸν βουλόμενον Συρακουσίων. *Lambin.*

6 *Voti eſſe damnatum.*] Sic Oberti Giſanii codex recte præfert, quomodo, ne quid diſſimulem, Maro:

—— *damnabis tu quoque voti.*

Noſter tamen *voti eſſe compotem*, quomodo & Horatius in Arte:

—— *voti ſententia compos.*

Schottus.

7 *Cuivis liceret.*] Hoc ipſum eſt, quod

liceret, de quo vellet, impune dicere. Hic quum diem ſupremum obiiſſet, publice à Syracuſanis in gymnaſio, quod Timoleonteum appellatur, tota celebrante Sicilia, ſepultus eſt.

quod his verbis ſignificat Plutarchus: Οἷς ἔξεστο, Συρακουσίοις ἐπιδεῖν τὴν παῤῥησίας κυρίους γνωμῶν. Nam κύριοι ſunt παῤῥησίας, hoc eſt, domini, ſeu compotes ſunt libertatis dicendi, quibus impune licet de quo velint dicere. *Lambin.* Tacit. 1. Hiſt. 1. 6. *Rara temporum felicitas, ubi ſentire quæ velis, & quæ ſentias dicere licet.*

1 *In gymnaſio, quod Timoleonteum appellatur.*] Non in gymnaſio, ſed in foro ſepultum adſerit Plutarchus, ſed gymnaſium nomine hoc in gratiam illius conſtitutum. *Longol.* Ejus meminit Polyæn. lib. v. in Agathoclem. Com. 8. *Gebhard.*

DE

DE REGIBUS.

HI [1] fere fuerunt [2] Græciæ gentis duces, qui memoria digni videantur, [3] præter reges. [4] Namque eos attingere noluimus, quod omnium res geſtæ [5] ſeparatim ſunt relatæ: neque tamen hi admodum ſunt multi. [6] Lacedæmonius autem Ageſilaus, [7] nomine, non poteſtate, fuit rex, ſicut cæteri Spartani. Ex his vero, [8] qui dominatum imperio tenuerunt, excellentiſſimi fuerunt, ut nos judicamus, 1

1 *Hi fere fuerunt.*] Vitæ Timoleontis in Ms. ſtatim iſta continuantur, ſicut & ex aliis codicibus non una editio expreſſit. *Boecl.*

2 *Græciæ gentis.*] Dictum ut *Græcia civitas* ſupra in Alcibiad. *Græcia terra* Gellio VII. 5. *terra Sicilia* eidem III. 7. & alibi, *terra Italia, Hiſpania*; de quibus Voſſius lib. de Conſtruct. cap. 2. Fuit tamen in Msc. Boecleri, *Græcæ gentis*. Boſius. Mox *videbantur* & *voluimus*.

3 *Præter reges.*] Nempe majorum gentium. *Ernſtius.*

4 *Namque eos attingere.*] *Adjungere* habent noſtræ membranæ. *Schott.* Vitis nimirum Græciæ excellentium Imperatorum. Neſcio, an ideo vulgata lectio moveri debeat. *Gebhard.*

5 *Separatim.*] Alio libro, qui Regum vitas continebat. Ille autem liber non exſtat. *Lambin.* Quem tamen exaraſſe, argumento hæc erunt, quæ Timoleontis vitæ ſubdit: *Hi fere fuere Græciæ gentis duces, qui memoria digni videbantur, præter reges. Namque eos attingere noluimus, quod omnium res geſtæ ſeparatim ſunt relatæ; neque tamen hi admodum ſunt multi.* Voſſius.

6 *Lacedæmonius autem, &c.*] Ultraj. *Lacedæmonius.* de hoc ſupra Nepos. Numer. 17. & Plutarchus ac Xenophon copioſe. *Schottus.*

7 *Nomine non poteſtate.*] Nepos in Ageſilao: *Mos eſt enim à majoribus traditus, ut duos haberent ſemper Reges, nomine unius, quam imperio. Duo illi Reges ſimul creabantur.* Auctor Panegyrici ad Maximianum: *Sic fit, ut tantum vobis imperium commune ſit, & planè, ut gemini illi Reges Lacedæmone Heraclidæ, Rempublicam pari ſorte teneatis. Quanquam hoc vos meliores & juſtiores quam illos mater Aſtu coëgit, cum nemini fateretur, quem prius edidiſſet in lucem, pari ætatis auctoritate regnare: hoc vos ſponte facitis.* Lipſius. Sed notandum improprie dictos fuiſſe Reges. Dionyſius Halicarnaſſenſis: Οὐδὲ γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι αὐτοκράτορας ἦσαν. Nam αὐτοκρατὴς βασιλεία, non erat Spartanorum Regum, ſed merus tantum principatus. *Keuchen.*

8 *Qui dominatum imperio tenuerunt.*] Proba lectio, neque pervertenda. Intelligit enim eos, qui dominati ſunt in volentes nolentes, neque legibus alienis ſe conſtringi paſſi ſunt. Interpolatum dudum fuerat: *Qui domitum Orbem imperio tenuerunt.* Gebhard. Et ſic *Orbem* interpretari debebit, Orbem terrarum, οἰκουμένην. *Lambin.*

1 Cyrus.

mus, Perſarum, [1] Cyrus, & [2] Darius Hyſtaſpis filius; quorum uterque privatus, [3] virtute regnum eſt adeptus. [4] Prior horum apud Maſſagetas [5] in prælio [6] cecidit: Darius, [7] ſenectute

1 *Cyrus.*] Major, Aſtyagis Medorum Regis filius, qui ſua virtute Medorum regnum eſt adeptus, ac imperium ad Perſas tranſtulit. *Lambin.* In Tarich Muſulmanico dicitur كخسرو. Apud Ebræos קורש quaſi hæres, aut dominus. Perſis Coreſch, ex Ebræo חרס Sol. Vide Plutarchum in Artaxerxe. Τὸ Κῦρος plenam auctoritatem, atque imperium denotat apud *Platonem*, *Sophoclem*, *Galenum*, *Philonem*. Unde Cyrus, idem quod Κύριος, ſeu Dominus. *Keuchen.* Nomen expreſſum ex Perſico Koſra, quod Imperatorem ſignificat, & communis omnium Regum Perſarum titulus eſt. Unde & Cæſar Latinorum & Germanorum, ab eadem origine. *Horn.* Fuit autem Cyrus ipſe Medo-Perſa. Medus à matre, Perſa à patre, unde dictus ἡμίονος. *Grotius.* Apud Alphæum: *Veniet Perſa Semiaſinus, qui vobis jugum ſervitutis imponet.* Et hinc Crœſo reſpondit oraculum; *Tunc finem regni ſui fore, quando mulus potitus eſſet ſede Regis Medorum.* Vide Joſeph. Scaligerum, in Notis ad Fragment. Beroſi.

2 *Darius Hyſtaſpis filius.*] Δαρεῖος, φρόνιμος. Heſychius. Ἐρξείης. Herodotus. Hyſtaſpes in Tarich dicitur كشتاسب Kiſchtasb, eſtque ipſius Darii nomen. *Keuchen.*

3 *Virtute regnum eſt adeptus.*] Cyrus Aſtyagem regno expulit, Perſarum uſus armis, unde ſumma Imperii ad Perſas tranſlata. *Hiſtor. Sacr.*

4 *Prior horum apud Maſſagetas.*] Gentes ſupra mare Caſpium, Scythas. Nomen à Mes & Geris compoſitum. Mes & Gether fuerunt poſteri Sem. *Keuchen.* Unde Getæ, Gothi, Gitæ, Kitæ, Scythæ, unius nominis gens in multos populos diviſa. Arabes الخط vocant, qui ſunt Chatæi veterum, Ptolemæo Χάται, nobis hodie, Catai, vel Kitaini. *Horn.*

5 *In prælio.*] Quod deſcribit Herod. 1. Juſtin. 1. Strab. XI. Cauſa hujus non alia fuit quam inſatiabilis ambitio. Nam ut Arabs, qui Timuri res ſcripſit, teſtatur, illa Scytharum regio غاية لرض اكابر الرمان. Quam quiſque ſubegiſſet, ſummum ſe militaris gloriæ verticem attigiſſe putabat. *Horn.*

6 *Cecidit.*] *Occidit*, Vetus Codex. *Schott.* Secundo anno poſtquam Tarquinius Superbus Romæ regnare cœperat. *Sulpitius.* Quod contra Hieronymum & Euſebium. Cecidit anno ætatis LXX. Monarchiæ VII. completo, Imperii ſui univerſi XXX. *Chronolog.* De mortis genere cum Nepote conſentiunt Herodotus ac Juſtinus. Sed Herodotus teſtatur, alios de Cyri morte ſermones fuiſſe. *Diodorus* crucifixum ſcribit. *Xenophon* & *Cteſias* vulneratum in prælio, & paullo poſt ex vulnere deceſſiſſe, & in Paſargadis ſepultum. Strabo XV. Deinde Alexander in Paſargadas venit, ubi erat antiqua regum ſedes. Ibi Cyri ſepulturam vidit, ἐν σηριδείσῳ πύργῳ, ὑ μίαν τοῦ διάσῃ τῶν δένδρων ἐκπεκυρμμένον, cum hac inſcriptione: Ω ΑΝΘΡΩΠΕ ΕΓΩ ΚΥΡΟΣ ΕΙΜΙ Ο ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΤΟΙΣ ΠΕΡΣΑΙΣ ΚΤΗΣΑΜΕΝΟΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ· ΜΗ ΟΥΝ ΦΘΟΝΗΣΗΣ ΜΟΙ ΤΟΥ ΜΝΗΜΑΤΟΣ. Alii inſcriptionem hanc fuiſſe referunt:

Ἐνθάδε' ἐγὼ κεῖμαι Κῦρος βασιλεὺς βασιλήων.

Vide ſis Magni *Salmaſii* Plinianas Exercitationes ad Solini Polyhiſtora.

7 *Senectute diem obiit ſupremum.*] Cum regnaſſet annos XXXI. & dies XX. ægro-

nectute diem obiit ſupremum. Tres ſunt præterea ejuſdem generis, [1] Xerxes, & duo Artaxerxes, [2] Macrochir & [3] Mnemon. Xerxi maxime eſt illuſtre, quod maximis poſt hominum memoriam exercitibus [4] terra marique bellum intulit Græciæ. At Macrochir præcipuam habet laudem ampliſſimæ pulcherrimæque corporis formæ, quam incredibili ornavit virtute belli. Namque illo [5] Perſarum nemo fuit manu fortior. Mnemon autem juſtitiæ fama floruit. [6] Nam quum matris ſuæ ſcelere [7] amiſiſſet uxorem, [8] tantum

ægrotaſſet. *Cteſias* 1. Herodotus, quem ſecutus Sulpicius, regni ſui annos numerat XXXVI. Quibus communiter addunt VII. menſes, quibus Magi regnum tenuerunt. Et tum XXXVII. ſunt. *Chronolog.* Tradunt cippo ſepulchri inſcriptum, quod bonus venator, nec minor potator fuerit, κυνηγῶν ἐκράτουν, οἶνον πολὺ πίνειν ἐδυνάμην, καὶ τοῦτο φέρειν καλῶς. Strabo, Athenæus.

1 *Xerxes.*] In Tar. اسفندیار Iſphandiar. In ſacris annal. אחשורוש, ut ex nomine probat *Scaliger*. Χέρξης denotat Martium, vel bellicoſum, quem Græci ἀρήϊον vocant. In lingua Græca æquipollent tria nomina: Δαρεῖος, Ἐρξείης. Ξέρξης, Ἀρήϊος. Ἀρταξέρξης, μέγας Ἀρήϊος. Sed notandum commune illud Regum Perſarum nomen fuiſſe, non ſecus ac Cyri, aut Aſſueri. *Keuchen.*

2 *Macrochir.*] Qui alio nomine in libro Eſther אחשורוש, *Achaſchueros*. Μακρόχειρ in Tarich dicitur בהמן יד, Kai Bahman, cognomento Daras Daſt, id eſt, Longimanus. Quia tam longis brachiis erat, ut ſtans, rectuſque manibus genua contingeret. *Strabo* XV. Vel, quia dextram ſiniſtra habebat longiorem. *Plutarchus* in Artaxerxe. R. David Kimchi intempeſtive ſubtilis, Longimanum à magna potentia dictum vult. Alii à liberalitate. Vide *Philipp. Melancht.* in Chron. Quæ Regum propria virtus, unde δίεργέται vocantur. *Keuchen.*

3 *Mnemon.*] Μνήμων, id eſt, *Memor*, ſive, ut Hieronymus interpretatur, *Recordans*. Hic Dario Notho ſucceſſit, ut ille Xerxi. Nomen ejus proprium fuit Arſicas, quamvis Darſem ferat nuncupatum Dinon. Tradit Plutarchus, quod hic Arſicas à Patre Dario Rex deſignatus, καὶ Ἀρταξέρξης μελλονομασθείς. Idem fuit Cyri Junioris frater, Darii & Paryſatidis filius. Quod & ἀναβάσεως primo comprobat Xenophon, qui & Cyrum ab illo antiquiore omnium fuiſſe Perſarum βασιλικώτατον pronunciavit, præcipueque imperio dignum.

4 *Terra marique bellum intulit Græciæ.*] Adi luculentam materiam de iſto bello & expeditione in Vita Themiſtoclis, & adde inſignem locum Cteſiæ Gnidii, antiqui Scriptoris τῶν Περσικῶν.

5 *Perſarum nemo.*] Vetus Codex *Perſes nemo*. Schottus.

6 *Nam cum matris ſuæ ſcelere.*] Paryſatidis. Quæ à Græcis Φαρσίεις vocata. Cteſias XVI. Sed hæc ſunt nomina Perſica, à Græcis prave detorta. *Salmaſ.*

7 *Amiſiſſet uxorem.*] Statiram, quam veneno ſuſtulerat. *Plutarch.* Quo pacto illud paraverit, docet idem Cteſias.

8 *Tantum indulſit dolori, ut cum pietas vinceret.*] Nempe matre Babylonem dimiſſa, ſolum ancillam ejus Gingin, ſeu ut Cteſias vocat, Gingen, miniſtram ſceleris ſupplicio affecit. *Pietas* igitur

tum indulſit dolori, ut eum pietas vinceret. Ex his duo eodem nomine, [1] morbo naturæ debitum reddiderunt. 2 [2] Tertius ab Artabano præfecto ferro interfectus eſt. [3] Ex Macedonum autem genere, duo multo cæteros anteceſſerunt rerum geſtarum gloria, Philippus Amyntæ filius & [4] Alexander Magnus. Horum alter [5] Babylone [6] morbo com-

erga matrem intelligenda eſt, non erga defunctam uxorem, ut vir doctus videtur accepiſſe. *Boſius.*

1 *Morbo naturæ debitum reddiderunt.*] Prior regnavit annos XII. *Sulpic.* Diodorus & Euſebius tantum XI. numerant. Præter illos XVI. cum patre Xerxe imperavit. Igitur in univerſum LVI. Sed XVI. anni non ſupputantur à Chronologis. Poſterior regnavit annos LXII. *Plutarch. Sulpic.* Sed confundunt hujus imperii tempus Chronologi. Alii annos ſtatuunt LV. Nonnulli numerant XLIV. Plures XLIII. & attigiſſe volunt XLIV. Quanquam Euſebius ei tribuat annos XL. tantum. Quomodo etiam Beda, quorum ſententia maxime probabilis. *Keuchen.*

2 *Tertius ab Artabano præfecto, ferro interfectus eſt.*] Lege *Juſtinum* in principio III. *Oroſium* II. cap. II. *Diodor.* XI. *Ariſtot.* V. de republ. adminiſtr. 10. Quem Nepos ac Juſtinus Artabanum vocant, is Ariſtoteli eſt Ἀρταπάνης, Cteſiæ Ἀρταπανος. *Bongarſ. Ms. interemptus.*

3 *Ex Macedonum autem genere.*] *Gente*, Scriptus liber, & Ultrajectina Editio. *Schott.*

4 *Alexander.*] Macedonia patria fuit ſpecialis Alexandro Magno, non item generalis, aut ſingularis. Et ſic intelligenda verba I. Machab. cap. I. verſ. I. Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου (υἱὸς) ὁ Μακεδὼν ἐξῆλθεν ἐκ τῆ χιτίμ. Generalis fuit Græcia, unde Dan. VIII. verſ. 20. vocatur מלך יון Rex Javan, hoc eſt, Græcorum. Singularis fuit civitas Pella in Macedonia; unde Pellæus Juvenis apud Poëtas præcipue decantatus. *Keuchenius.* Fuit ſpurius, ex adulterio, ut creditur; Pauſaniæ cum Olympiade genitus. Quod ex Plutarcho & Juſtino ſatis clare apparet; & conſtanter Perſæ ac Arabes affirmant. *Schickardus. Voſſius.* Arabes cum ذو القرنين Bicornem vocant, non tam ob partum Orientis & Occidentis imperium, quam à cornuta Alexandri effigie nummis exhibita, ut Jovis Ammonis filius agnoſceretur. *Golius.*

5 *Babylone.*] Quo conceſſit, Coſſæis ſubactis, ad audiendas omnium fere gentium legationes. *Diodor.* XVII. *Arrian.* VII. Et quanquam Magi urbem hanc ei fatalem fore prædicarent, tamen ab Anaxarcho Philoſopho perſuaſus, hæc contempſit, ac Urbem ingreſſus eſt. *Juſtin.* XII. *Plut. Alex.*

6 *Morbo conſumptus eſt.*] Caſſandri fraude, & ingenito vitio periit, veneno ſcilicet & crapula. Igitur Dæſii quinto apud Eumæum, ſeptimo & XV. apud Perdiccam epulatus, ſequentes dies ſomno dedit, ut Ælianus ex diariis Alexandri refert. Addit Βαγώα δὲ ἐδωκεν τῇ τελευτῇ μεθ' εἰκοσθαι, τῇ δ τρίτῃ ἐκαθωδε, legendum πέμπλῃ, vel epulatus eſt apud Bagoam τελευτῇ φθίνοντος, τῇ τρίτῃ ἐκαθωδε, Dæſii XXVII. ſequenti obdormiit ſimul & obiit. Arrianus ex iiſdem diariis ait in morbum incidiſſe Dæſii XIIX. Sequenti die nihilominus apud Theſſalum Medium (Juſtinus Medicum perperam vocat) Dæſii 20. apud Nearchum potaſſe, ac tandem Dæſii 28. periiſſe. Addit: *Mortuus eſt Olympiade* 114. *Prætore Hegeſia. Vixit annos duo & triginta, & tertii menſes octo. Regnavit annos duodecim, & hos octo menſes*, hoc eſt, mortuus eſt

conſumptus eſt: Philippus [1] Ægis [2] à Pauſania, quum ſpectatum ludos iret, juxta theatrum occiſus eſt. Unus Epirotes, [3] Pyrrhus, [4] qui cum populo Romano bellavit. Is quum [5] Argos oppidum oppugnaret in Peloponneſo, lapide

eſt exeunte primo Olympiad. 114. anno. *Capellus.* Periodi Julianæ quater milleſimo, trecenteſimo, nonageſimo primo. Mundi ter milleſimo & 627. Urbis Romæ 431. *Ub. Emm.* A regno Salmanaſſaris, 424. *Ptolemæus.* Vixit annos 33. *Euſebius. Cicero* 32. *Hieronym.* & menſes 8. *Arrian.* Deceſſit anno ætatis 34. *Juſtin.* Regnavit annos 11. *Strabo, Gellius.* 13. *Livius.* 12. primo Macab. Author. Et 6. menſes, *Euſeb.* 7. *Diodor.* 8. *Arrian.* cujus ſupputatio ut omnium accuratiſſima eſt, ita veriſſima. Cæterum valde errarunt in annis regni Alexandri deſignandis Patres quidam & Hiſtorici, idque vel in defectu, vel exceſſu. Quorum omnium nugaciſſima eſt opinio Clement. Alexandrini, 1. Stromat. qui imperium Alexandri ad ann. 18. extendit. *Keuch.* Non abſurde ſtatuas in viſione Daniel. cap. 7. imperium Græcorum comparari pardo, quia Alexander M. fuerit vinoſus, uſque adeo ut ſi eos minus ſequi viſum fuerit, qui veneno interiiſſe arbitrantur, ſatis tamen cauſæ ſola in vinolentia fuerit, cur periret Babylone. *Voſſius.* Ab ejus obitu æra Græcorum ducitur, de qua Muhammed Alferganus ex verſione Golii: *Romani & alii æram deducunt ab initio annorum Alexandri, dicti bicornis, qui quidem dies fuit feria ſecunda.* MS. omittunt *eſt.*

1 *Ægis.*] Αἰγαὶ Macedoniæ oppidum. *Plin. Diod.* Apud Ptolemæum eſt Αἰγαία, quam Μηλιὰς ἐπίθετον appellatam, tradit *Stephanus.* Atque heic erant Regum Macedonum ſepulturæ olim & Mauſolæa, ut adnotavit Plinius. *Caſaub.*

2 *A Pauſania.*] Ariſtoteles lib. v. Polit. cap. 10. Ἦ δ' ὃς (inquit) Φιλίππου μὲν Παυσανίας διὰ τὸ ἐᾶσαι ὑβρισθῆναι αὐτὸν, ὑπὸ τ' ἐκεῖ Ἄτταλον. Lege Diodorum Siculum in lib. de geſtis Philippi, Juſtinum 1x. Oroſ. 111. cap. xlv. Ciceronem de Fato cap. 111. Ælianum, Val. Maximum, Plutarchum in Alex. Pauſaniam. Meminit Ovidius in Ibin; dum inquit:

Aut ut Amyntiadem turpi dilectus amore
Oderit, & ſævo vulneret enſe puer.

Magius. *Bongarſius.* Occiſus eſt anno primo Olympiadis cxi. Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, auctoribus Diodoro & Arriano: quæ quidem Olympias celebrata eſt die 18. Auguſti. *Joſ. Scalig.*

3 *Pyrrhus.*] Materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus. *Trogus* xvii. Hic cognomento *Aquilæ* delectatus fuit, quemadmodum Antiochus Rex Syriæ, *Hieracis*, vel *Accipitris.* Plutarch.

4 *Qui cum P. Romano bellavit.*] Ter. Primo, cum Conſule Levino, in quo prælio ceciderunt Romanorum ſeptuaginta millia, ex Pyrrhi parte quadraginta millia. *Plutarchus.* Secundo, cum C. Fabritio Luſcino, & Q. Æmilio Papo ad Aſculum, in quo victoria tamen ad Pyrrhum magis inclinavit, cum Romanorum ſexaginta millia cecidiſſent, Pyrrhidarum vero tria millia & quingenti quinque. Poſt hoc prædixit, ſibi funditus pereundum eſſe, ſi adhuc uno prælio Terrarum Dominos viciſſet. *Plutarch. Florus.* Tertio, rurſus bellum inſtaurat, in quo victus, & à Curio Conſule Italia pulſus eſt. Ait Pauſanias, Græcum neminem ante Pyrrhum, bellum Romano imperio intuliſſe. Quod de vera illa, ac Veteri Græcia intelligendum. Nam antea cum multis Italiæ Græcis populis, & ipſis Tarentinis Romani conflixerunt. *Keuchen.*

5 *Argos oppidum in Peloponneſo.*] In Argia regione. *Ptolem.* Duo ſunt Plinio in hoc tractu oppida hononyma, alte-

[1]lapide ictus interiit. Unus item [2]Siculus; Dionyſius prior, nam & manu fortis & belli peritus fuit, &, id quod in tyranno non facile reperitur, [3]minime libidinoſus, non luxurioſus, non avarus, nullius rei denique cupidus, niſi ſingularis perpetuique imperii, [4]ob eamque rem crudelis. Nam dum id ſtuduit munire, nullius pepercit vitæ, quem ejus inſidiatorem putaret. [5]Hic quum virtute tyrannidem ſibi peperiſſet, magna retinuit felicitate, [6]majorque annos ſex-

num Hippium, alterum Dipſium. Quod πολυδίψιον ex Homero vocat Strabo. Apud Stephanum & Pauſaniam dicitur φορώνικον, & hoc primum & genuinum nomen. Ubi & ἰάσιον ponitur pro Hippium. Vide *Ortelium*.

1 *Lapide ictus interiit.*] Plutarchus, Pauſanias, Polyænus, Strabo, & Auctor de Vir. Illuſtr. κεφαλίδα, ſive *tegulam* vocant. Quomodo Ovidius in Ibin:

Aut ut Achilleidem cognato nomine clarum
Opprimat hoſtili tegula jacta manu.

Polyænus lib. VIII. teſtæ ictu exanimatum refert: ἐμπεσούσης ἐπὶ τὸν κεφαλὴν αὐτῷ κεραμίδος. Quæ verba reperiuntur apud Plutarchum. Sed Nepotis opinionem roborat Paulus Diaconus l. II. cap. 20. *Apud Argos Achaiæ florentiſſimam Urbem Spartani regni aviditate ſeductus, ſaxo ictus occubuit.* Verbotenus deſcripſit Oroſium lib. IV. cap. 2. Juſtinus lib. XXV. cap. 5. *Repulſus à Spartanis Pyrrhus, Argos petit: ibi dum Antigonum in urbe clauſum expugnare conatur, inter confertiſſimos violentiſſime dimicans, ſaxo de muris ictus occiditur.* Zonaras: Πύῤῥος μὲν ἓν ἐπιφανέστατον ἐν στρατηγοῖς γενόμενος, ἐπὶ τὸν Ἄργη ἐλάσας στρατεύσας ὁ πολλῷ ὕστερον ἐν Ἄργει ἀπέθανε. γυνὴ γὰρ τις, ὡς λόγος ἔχει, παιδίον αὐτὸν ὁρᾷν, δοὺς τῇ τέγει ἐπιθυμήσαι ἁλῶναι, καὶ ἐμπεσοῦσα διέφθειρεν αὐτόν. *Gebh.* Non abſimilis fuit Mardonius Satrapes, eodem mortis genere exaoimatus, ut tradit in Ariſtide *Plutarchus*. Hinc Lacedæmonii τὸ χρεμαχθὲς improbarunt, quod in illis vel à muliere vir interficeretur fortiſſimus.

2 *Siculus; Dionyſius prior.*] Optima narratio & breviſſima de vita & rebus geſtis Dionyſii exſtat apud Ciceronem in v. Tuſculana. Confer Juſtinum XX.

3 *Minime libidinoſus.*] Cicero: *Atqui de hoc homine à bonis auctoribus ſic ſcriptum accepimus, ſummam fuiſſe eius in victu temperantiam, eumque in rebus gerendis, virum acrem & induſtrium: eundem tamen maleficum natura & injuſtum.*

4 *Ob eamque rem crudelis.*] Suſpicioſus. Lege Plutarchum *in Dione*.

5 *Hic cum virtute tyrannidem ſibi peperiſſet.*] Poſt longam narrationem comparatæ à Dionyſio tyrannidis, hæc tandem ſubdit Diodorus libro XIII. Μετὰ δὲ ταῦτα συναγαγὼν ἐκκλησίαν τὰς ἀντιπροέξαλας αὐτῷ καὶ δυναλωτάτων ὄνλας, Δαφναῖον καὶ Δήμαρχον ἀνεῖλε. Διονύσιος μέλλων ἓν ἐκ γραμματέως, καὶ τυχόντος ἰδιώτου, τὴν μεγίστης πόλεως καὶ ἐλλιμένων εὐχρήνθη τύραννος. Adi Demoſthenem in Oratione περὶ Λεπτίνου.

6 *Majorque annos ſexaginta natus, deceſſit.*] Tradit Plin. lib. VII. cap. 54. ipſum præ gaudio vitæ ſupremum diem obiiſſe. Verba ſunt: *Gaudio obiere, præter Chilonem, de quo diximus, Sophocles, & Dionyſius Siciliæ tyrannus, uterque accepto tragicæ victoriæ nuntio.* Addit Diodorus, accepto hujus victoriæ nuntio, lætitia elatum, liberalius epulatum eſſe, & ſeſe vino largius cum amicis ingurgitaſſe: hinc natam eſſe cruditatem,

qua

ſexaginta natus, deceſſit florente regno. Neque in tam multis annis cujuſquam ex ſua ſtirpe funus vidit, quum ex [1] tribus uxoribus [2] liberos procreaſſet, multique ei nati eſſent nepotes. [3] Fuerunt præterea multi reges [4] ex amicis Alexandri Magni, [5] qui poſt obitum ejus imperia ceperunt. 3

qua morbo implicitus, tandem exſtinctus eſſet. Tyrannidem obtinuit ἐπὶ τελικοῦλα ἔτη ὀκτώ. *Diod.* Quomodo Cicero: *Duodequadraginta Dionyſius tyrannus annos fuit opulentiſſimæ & beatiſſimæ civitatis.* III. de Natur. Deor. *Hunc igitur nec Olympius Jupiter percuſſit, nec Æſculapius miſero, diuturnoque morbo intabeſcentem interemit: atque in ſuo lectulo mortuus cum tympanidiis in regnum illatus eſt: eamque poteſtatem, quam ipſe per ſcelus erat nactus, quaſi juſtam & legitimam, hæreditatis loco, filio tradidit.* Lambin.

1 *Tribus uxoribus.*] *Habuit duas uxores, Ariſtomachen, civem ſuam; & Doridem Locrenſem.* Cicer. Diod. Plutarch. Addit Ælianus, alteram eum ſecutam in caſtra, alteram revertentem excepiſſe, XIII. Var. Hiſtor.

2 *Liberos procreaſſet.*] Nepos in Dione: *Ariſtomachen, ſororem Dionis habuit in matrimonio, ex qua duos filios, Hipparinum & Nyſæum* (hunc Narſæum vocat Diodorus) *procreavit; totidemque filias, Sophroſynem & Arten.*

3 *Fuerunt præterea multi Reges.*] *Magni Reges.* Codex Ms. & Ultrajectina Editio. *Schott.*

4 *Ex amicis Alexandri Magni.*] Ἐξ ἑταίρων. *Lambin.* Quos ſupra in Eumene *familiares* vocat. Sulpicius alibi *ſervos*, id eſt, aulicos, & alibi *ſtipatores.* Significat autem Principes & Duces exercitus Macedonici, qui ejus venerationis, ac virtutis erant, ut ſingulos Reges eſſe putares, ait Juſtin. lib. XIII. *Druſius.* Hoc innuunt *pueri illuſtres* σωμάτων ἔφοι, 1. Machab. 1. ℣. 7. quibus *diviſit regnum ſuum, dum adhuc viveret.* Inde aliquanto tempore, ſine uſurpatione regali, ſuſceptas partes procuraverunt, Arridæo quodam Philippo, Alexandri fratre regnante, cui perimbecillo, verbo datum imperium videbatur, res autem penes eos erat, qui ſibi exercitum & provincias diſtribuerant. Neque vero hic rerum ſtatus diu manſit, omneſque ſe reges appellari maluerunt. *Sulpic.* Itaque Alexandro mortuo ſervi ejus, occupato ſuo quiſque loco, omnes ſibi diadema impoſuerunt. *Auctor* Machab. Gentes ſubactas diviſerunt in Satrapias, Perdicca diviſore, ex auctoritate Philippi. *Appian.* Cæterum hæc Monarchiæ diviſio non fuit ſubſtantialis, ſed tantum accidentalis. Quemadmodum enim Monarchia prima poſt obitum Sardanapali non finita fuit, ſed in duos quaſi ramos diviſa: Sic etiam Monarchiam tertiam defuncto Alexandro, non ſuſtulit ejus in IV. partes diſtractio. Quonquam harum Reges ſimul junĉti non regnarunt ſecundum potentiam Alexandri, qua dominatus eſt. Et ſic quatuor partes illæ non κεχωρισμένως, ſed λελωμένως conſideratæ, unam Monarchiam abſolvunt. Quod IV. illa capita pardi quadrucipitis figurabant, quæ licet in ſe diſtincta, nihilominus tamen in una beſtia fuerunt. Dan. 7. ℣. 6. *Keuchen.*

5 *Qui poſt obitum ejus imperia ceperunt.*] Oroſius lib. III. cap. 21. *Alexander per duodecim annos trementem ſub ſe orbem ferro preſſit. Principes vero ejus* XIV. *annis dilaniaverunt, & veluti opimam prædam à magno leone proſtratam avidi diſcerpſere catuli, ſeque ipſos in rixam invicem invitatus præda æmulatione fregerunt.*

perunt. [1]In his Antigonus, [2]& hujus filius Demetrius: [3]Lyſimachus, [4]Seleucus, *Ptolemæus. Ex his Antigonus, quum

1 *In his Antigonus.*] Aſiæ & Syriæ Satrapes primus fuit Antigonus. Eum bello vicerunt Seleucus & Ptolemæus: unde contentio inter hos duos de regno Syriæ. Qua de re videndus lib. v. Polybius, ubi inter alia Antiochus queritur de injuria quam ſibi fecerat Ptolemæus in occupandis Syriæ locis. Antigonum enim & Seleucum, qui primi ea loca occupaverant, veriſſimos & juſtiſſimos Dominos fuiſſe ajebat. Ideoque ad ſe, non ad Ptolemæum, Syriæ regnum quaſi hæreditario jure pertinere. Quippe Ptolemæum adverſus Antigonum pugnaſſe non ſibi, ſed Seleuco eorum locorum imperium quærentem. Præterea communem omnium Regum conceſſionem in medium adferebat. Nam, quo tempore, ſuperato Antigono, dividere inter ſe regna Caſſander & Lyſimachus, & Seleucus voluerunt; Seleuci eſſe omnem Syriam judicavere. Hæc ibi. Quæ fortaſſe moverunt Euſebium, ut ſcripſerit, Seleucum primum in Syria regnaſſe ann. 32. *Druſ.*

2 *Et hujus filius Demetrius.*] Qui *Poliorcetes* dictus, hoc eſt, urbium obſeſſor. Cujus cognominis vanitatem arguit Plutarchus in Demetr. *Berneccer.* Vitruvius x. 23. *Hic Demetrius propter animi pertinaciam Poliorcetes eſt appellatus.* Quod Plinius *expugnatorem* reddidit. VII. 38. Fuit filius Antigoni, ut hoc Nepos & Juſtinus: non Antiochi, ut emendavit ad Trogi Prolog. XV. Hiſtor. Philipp. Bongarſius. Socer Seleuci Nicanoris, Syriæ Regis, cui filiam ſuam Stratonicen in uxorem dederat. *Keuch.* Hic ille Demetrius, qui Demetrium Phalereum Caſſandri Macedoniæ Regis auſpiciis, ſub ſpecie Oligarchiæ Athenis dominantem, urbe expulit, & priſtinam Reipublicæ formam ac libertatem reſtituit. Anno altero Olymp. CXIIX. iſtud accidit, auctore Diodoro lib. XX. Tum igitur populus Athenienſis incredibili geſtiens lætitia ob recuperatam libertatem, poſt annorum XV. ſervitutem, in ordinando Demetrio nihil reliqui fecit. Facta ſunt de illius honoribus varia Senatuſconſulta, quorum ſummam habes apud Plutarchum & Diodorum. Refert Plutarchus inter alia decretum fuiſſe, δεχθαι Δημήτριον, ὁσάκις ἂν ἐπιδημῇ τοῖς Δημητρίοις καὶ Διονύσοις ξενιοῦσθαι. *Caſaub.* Ms. pro *hujus* legunt *ejus.*

3 *Lyſimachus.*] Agathoclis filius, VII. Rex Macedoniæ. Vide *Arrian.* Indic. III. 12. Thraciam, adpoſitaſque Thraciæ Ponticas gentes obtinere juſſus. *Curtius* X. 10. Quondam unus è cuſtodibus Alexandri. *Pauſan. Plinius.* Qui illuſtri Macedoniæ loco natus, virtute illuſtrior fuit. *Juſtin.* Regnavit annos V. Quinque initio regna fuerunt, Aſiæ, Thraciæ, Macedoniæ, Syriæ, Ægypti. Poſtea quicquid Lyſimachi fuerat, Macedonico regno adjectum, partim ab aliis occupatum eſt. Vide Diodor. Juſtin.

4 *Seleucus.*] Cognomento Nicanor. *Euſebius.* Nicator, alii. Quæ putatur eſſe vera Macedonica dialectus. Appellatio à victoriis, quas habuit. Alii dictum ita putant à Nicatore quodam cæſo. *Druſius.* A victoriis dictum Νικήτωρ, tradit Appianus Syriaco. Ammianus XXIII. *Nicatori Seleuco victoriarum crebritas hoc indiderat cognomenti.* Unde intelligitur, quid idem ſibi velit lib. XIV. *Seleucus efficaciæ impenetrabilis Rex, ut indicat cognomentum.* Nam *impenetrabilis* ἐνεργητικὸς hic eſt omnia impetrans ac pervincens. Sicut *impenetrabilis Orator* Plauto Moſt. v. 11. Hinc fanum ſive ἡρῶον Seleuco à filio Antigono conſecratum, dictum fuit Νικητήριον. Appian. Syriac. *Berneccer.* Anno M. 3661. fœdus initum eſt inter ſucceſſores Alexandri Magni. Caſſander præficitur Europæ, Lyſimachus Thraciæ, Ptolemæus Ægypto, Antigonus Aſiæ, Seleucus Syriæ. *Diodor.* A cujus anni autumno

quum adverſus Seleucum Lyſimachumque dimicaret, [1] in prælio occiſus eſt. [2] Pari leto affectus eſt Lyſimachus à Seleuco. Nam ſocietate diſſoluta, bellum inter ſe geſſerunt. At Demetrius, quum [3] filiam ſuam Seleuco in matrimonium dediſſet, neque eo magis fida inter eos amicitia manere potuiſſet, [4] captus bello [5] in cuſtodia ſocer generi periit morbo. Neque ita multo poſt Seleucus à Ptolemæo Cerauno

autumno ordiuntur Chronologi annos Seleucidarum, ſive æram Chaldæorum, cujus annos Ptolemæus annotavit. Et ab hujus fine, aut ſequentis initio anni Græcorum in Libris Machab. annotati numerantur. *Bucholz.* Anno XII. à morte Alexandri, occupata Babylone, hic Syriæ & totius Orientis imperium ſibi vindicavit, ſedemque regni conſtituit in Syria. *Ub. Emm.* A quo tempore incipiunt famo'a illa ſæcula Syromacedonum & Seleucidarum in Aſia, quorum plena eſt omnis antiquitas. *Keuchen.*

* *Ptolemæus.*] Κεραυνὸς, Philadelphi frater. Polybius II. Καίτοι ὃ καθ' ἑαυτὸν Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, καὶ Λυσίμαχος, ἔτι δὲ καὶ Σέλευκος, καὶ Πτολεμαῖος ὁ Κεραυνὸς μετήλλαξαν ἀβίως. Imperavit Macedoniæ menſes IX. poſt Lyſimachum. Πτολεμαῖος, ἀ πτόλεμος, vel πόλεμος, *bellum.* Vel תלמי *Talmai*, porca. חלם. Fuit commune nomen Regum Ægyptiorum, non ſecus ac Pharao. Unde omnes reliqui Ægypti Reges poſtmodum Ptolemæi dicti, ſolo cognomento à ſe invicem deſcernebantur. *Keuchen.* Ptolemæorum genealogia in Strabone & ex eo in Manutio de quæſitis per epiſtolam. *Schottus.*

1 *In prælio.*] Ad ipſum. *Appian.* De eo prolixe Plutarchus in Demetr.

2 *Pari leto affectus eſt Lyſimachus.*] Non ſervat temporum ordinem Probus. Nam poſt Demetrii mortem Lyſimachus cum Seleuco conflixit. *Lambin.* Et hæc ultima fuit pugna ſucceſſorum Alexandri, in qua occiſus eſt Lyſimachus. Anno à morte Alexandri 42. ætatis 74. imperii 5. *Keuchenius.* Lege Excerpta ex Memnonis hiſtoriis. Octoginta annorum facit Lyſimachum Hieronymus, cum oceumberet in prælio adverſus Seleucum. Vide Lucianum de longævis. *Voſſius.*

3 *Filiam ſuam.*] Stratonicen ex Phylla, alteram enim uxorem habebat, Deidamiam. *Lambin.*

4 *Captus bello.*] Apud Galaman. *Juſtin.* Gazam: *Diod. Plutarch. Arrian.* Quomodo Bongarſius ad Juſtinum legit. Putat tamen magnus Voſſius Juſtinum ſcripſiſſe *Gamalan*, quæ eſt urbs Gazæ proxima in Idumæa. *Keuch.* Deinde, non fuit captus bello, ſed aufugit primum ad portas Amani; mox cum ſibi manus adferre cogitaſſet, à ſuis prohibitus, ultro ſe Seleuco genero dedidit. Cicero 12. Offic. *Quid? Macedones, nonne Demetrium reliquerunt, univerſique ſe ad Pyrrhum contulerunt?* Lamb.

5 *In cuſtodia.*] Tradit Plutarchus, Seleucum humanum ſe ac liberalem in captum Demetrium præbuiſſe, eumque in Cherſoneſum Syriacam miſiſſe, & cum rigoroſis carcerariis juſtum famulorum numerum dediſſe, quibus quotidie ad res neceſſarias uteretur: pecuniæ præterea vim ſatis magnam attribuiſſe in victum & amictum, ita ut facultatem haberet opipare & ſplendide vivendi, poſtremo, ambulationes, porticus, hortos amœnos, ac ſaltus denſos, in quibus venari poſſet, conceſſiſſe. Ita Demetrium corpus exercentem, & apparatu regio utentem, æquo animo fortunam initio tuliſſe, & beate biennium vixiſſe. Ad extremum vero cum inertiæ, otioque ſeſe dediſſet, neque ſolito vivendi more uteretur, ex nimia eruditate in morbum

rauno [1] dolo interfectus eſt; [2] quem ille à patre [3] expulſum [4] Alexandria, alienarum opum indigentem, receperat. [5] Ipſe autem Ptolemæus quum vivus filio regnum tradidiſſet, [6] ab illo eodem vita privatus dicitur. De quibus quoniam ſatis dictum putamus, non incommodum videtur non præterire Hamilcarem & Hannibalem, quos & animi magnitudine & calliditate omnes in Africa natos, præſtitiſſe conſtat.

incidiſſe, & ita exſtinctum eſſe. *In Demetrio.*

1 *Dolo interfectus eſt.*] Lege Pauſaniam in Attic. imperavit annos 32. *Euſeb.* 42. *Appian.* 30. Alii.

2 *Quem.*] Ceraunum. *Ille:* Seleucus. *A Patre:* Ptolemæo Lagi filio. *Lamb.*

3 *Expulſum Alexandria.*] Quæ fuit Ægypti celebre ab omni ævo emporium. Magnam cognominat *Galenus.* Hæc prius Ῥακῶτις vocata. *Cedrenus.* Racotis: *Plin. Stephan. Pauſan.* Apud Strabonem Ῥακῶτις pars Alexandriæ eſt, olim vicus. XVII. Urbs Λεοντόπολις in Euſtath. quam per excellentiam πόλιν olim appellavere, ut Romani Romam ſuam, Urbem. Quo faciunt auguſtæ illæ ἐπωνυμίαι in Rebus Romanis; Σεβάστη, Γαλλία, Κλαυδία, Δομιτιανή, Ἀλεξιωληεία, & ſexcentæ aliæ, quarum fœcundam nobis meſſem congeſſit Incomparabilis ille Geographus. Quanta autem urbs fuerit, vide præ reliquis apud Tatium Alexandrinum, lib. v. Τῶν κτ' Κλεοπάτρας καὶ Ἀντωνίου; Philonem in Flaccum; ut & Tyrium Belli Sacr. 27. *Keuchenius.*

4 *Expulſum Alexandria.*] In Giſanii membranis, *Alexandrea.* Quod & ipſe veſtigium antiquitatis agnoſcit, in Vet. libro expreſſum. Sic *Decelea* pro Decelia, de qua nos plura ad Frontinum. *Idem.*

5 *Ipſe autem Ptolemæus, cum vivus filio regnum tradidiſſet.*] Rarum exemplum illis temporibus. Nam & pater filium, & filius patrem, & frater fratrem regnandi cauſa interimebat. Itaque Plutarchus in Demetrio, ad illum locum, ubi Antigonus Demetrium filium venatu redeuntem, cum venabulo & jaculis ad ſe recipit, eique os ad oſculandum præbet: cum Antigonus legatis quibuſdam, qui tum forte aderant, & jam dimiſſi revocati ab eo fuerant, mandaſſet, ut ſuis civibus renuntiarent, ſibi cum filio tam bene convenire, ut eum non metueret armatum: acclamat, ὅτως ἀρχὴ πάντη δυσκοινώνητον ἡ ἀρχὴ, καὶ μεῖζον ἀπιστίας, καὶ δυσνοίας, ὥστε ἀγαλλεσθαι τὸν μέγιστον τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων, καὶ πρεσβύτατον, ὅτι μὴ φοβεῖται τὸν υἱὸν, ἀλλὰ περιέστεται λόγχῃ ἔχοντα τὸ σώματος πλησίον. Et mox: Τὸ μὲν γὰρ ἀδελφὰς ἀναιρεῖν, ὥσπερ οἱ γεωμέτραι τὰ ἀτιμαλα λαμβάνουσιν, ἵνα σωμαχρεῖτο κοινόν τι νομιζόμενον αἷμα, καὶ βασιλικὸν ὑπὲρ βασιλείας. *Lamb.*

6 *Ab illo eodem vita privatus dicitur.*] Juſtinus XXIV. à Gallis regno ſpoliatum captumque, vitam ferro amiſiſſe, ait. Plutarchus in vita Pyrrhi, contra Galatas profectum, cum exercitu periiſſe. *Magius.*

HAMIL-

HAMILCAR.

XXI.

HAMILCAR[1] Hannibalis filius, [2]cognomine Barcas, Carthaginienſis. [3]Primo Punico bello, ſed tempo- 1

[1] *Hamilcar.*] Romani βαρβαρικώτερον enuntiabant hæc barbara nomina quam Græci. Hannibal, Hamilcar, dicebant, quæ Græci Ἀννίβας, Ἀμίλκας, græcatiore, ut ita dicam, pronuntiatione. *Salm.* Amilcar nomen Punicum eſt, & Regem denotat. Milici etiam, quod Annibalis Soceri nomen, & hujus filiæ Imilces, quod eſt Regina, & Imilconis Carthaginienſis ducis, non aliunde ſunt petenda. Melech enim Rex eſt, Malcha Regina; quæ Milicum & Imilcem pronuntiabant. Ita qui κατ' ἐπιβολὴν, ut ait Strabo, Tyriis cultus Hercules, dicebatur Μίλκαρτος, ſive Μίλκαρθος, qui depravate Μιλκάνδαερος dicitur Euſebio in Oratione de laudibus Conſtantini. *Selden. Hamilcar.*] De hujus virtutibus, prudentia, & fortitudine, legendus eſt præter Nepotem, Plutarchus *Catone majore.* Ubi ipſius Catonis de eo judicium diligenter perpendendum. *Ernſt.* De nomine v. Selden. de DIs Syris ſynt. 1, 6. & Voſſ. de Idololatr. 2. 11. Hujus imaginem è nomiſmate argenteo hac forma expreſſam exhibet Urſinus in Imaginib. num. 9.

Apud Fulvium Urſinum in nomiſmate Argenteo

2 *Cognomine Barcas.*] Ita præter noſtrum Polybius, Appianus, & ex emendatione Jo. Valentini Porphyrius περὶ Χοιχῆς II. 57. ubi vulgo Βάλκας legitur. Mss. *Barcha* vel *Barca* habent, quomodo & Frontin. III. 10. 9. inflexit. Gentile nomen fuiſſe docet illud Silii Italici lib. 1.

— *Ortus Serrana priſca*
Barcæ de gente. —

Quid Suidæ in mentem venerit neſcio, cum ita ſcriberet: Ἀμίλκας, ὁ καὶ Φαβίας. Et alibi: Φαβίας ὁ καὶ Ἀμίλκας. Niſi fors duos Hamilcares confudit. *Boſius.* Vide præterea notas Savaronis in Sidonii Carm. 2. & 5.

3 *Primo Punico bello.*] Pœnico, *Codex Danielis.* In Veteri Inſcriptione:

[1]temporibus extremis, [2]admodum adoleſcentulus, in Sicilia præeſſe cœpit exercitui. Quum [3] ante ejus adventum & mari & terra male res gererentur Carthaginenſium; ipſe ubi adſuit, nunquam hoſti ceſſit, [4] neque locum nocendi dedit: ſæpeque è contrario occaſione data, laceſſivit, ſemperque ſuperior diſceſſit. Quo facto, quum pene omnia in Sicilia Pœni amiſiſſent, [5] ille Erycem ſic defendit, ut bellum eo loco geſtum non videretur. [6] Interim Carthaginenſes [7] claſſe [8] apud inſulas Ægates [9] à Cajo Lutatio conſule

Bello Pœnicio, id eſt, *Punico*. Nam *Punicum* pro *Pœnico*; ut *punico* pro *pœnico*. Gloſſæ: Pœni, Ἀφροι. Φοίνικες. Inde φοίνιξ Ἀλκαῖος apud Apſyrtum ὡς ἐπὶ παντὸς βοὸς τὰ ὦ ὡς ἐπὶ τῆς βόας συμβαίνοντα πάθη, καὶ τὰ πρὸς αὐτὰ βοηθήματα, ἄρτια γλυφάπτῃ Μαγὼν τῷ Καρχηδονίῳ τῇ φοίνικι Ἀλκαίῳ. *Salmaſius.*

1 *Sed temporibus extremis.*] Nempe anno primi hujus belli Punici XVIII. Olympiad. CXXXIII. Anno autem Urbis Io v. Hamilcar bello huic præfectus, Italiæ oram maritimam populatus eſt. Polyb. v. 56. *Ernſt.*

2 *Admodum adoleſcentulus.*] Id eſt, *peradoleſcentulus*, ut loquitur in Eumene. *Lambin.* Tacitus lib. IV. Annal. de L. Antonino: *Hunc admodum adoleſcentulum ſororis nepotem ſepoſuit Auguſtus in civitatem Maſſilienſium.* Curtius *admodum juvenem* dixit. VII. Juſtinus *admodum puerum*, & *parvulum*. Gebh.

3 *Ante ejus adventum.*] Ms. *aut ejus adventu.*

4 *Neque locum nocendi dedit.*] Neque hoſtibus facultatem, aut occaſionem nocendi dedit. *Lamb.* Occaſionem aperuit, ut hoſtes nocere poſſent. Sic ſupra Pelopida: *Sed ut quemcunque ex proximo locum fors obtuliſſet.* Gebhard.

5 *Ille Erycem ſic defendit.*] Imo oppugnavit. Nam tenebant Romani à L. Junio paullo ante captum, ut teſtatur Polyb. lib. I. cujus verba ſunt hæc: Διὸ καὶ βεβαιότατα αὐτῷ προσεκαθέσθησαν ἀφορμῆς κατειλημμένῃ πρὸς εἰκοσπήσεις τὴν Ἔρυκα, καὶ γάνος τε τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν καὶ τὴν πόλεως ἐπιφανῆ. Vide ſequentia de obſidione ejus contra Romanos. *Lambin.* Stephanus: Ἔρυξ, πόλις Σικελίας ἀπὸ Ἔρυκος τοῦ Ἀφροδίτης, καὶ Βύτης. Thucydides Elymorum urbes in Sicilia duas eſſe dicit, Erycem & Egeſtam. Ἔλυμα vocat Dionyſius pro Eryce: Αἰγέσταν καὶ Ἔλυμα. Quinimo Ἔλυμον appellabat montem, qui aliis Ἔρυξ. Mons autem Eryx, in qua Urbs Eryce, ſupra Drepanum. Servius: *Eryx mons Siciliæ ſupra Drepanum.* Salmaſ. De ſitu ejus accurate inter alios Polybius, lib. I.

6 *Interim Carthaginienſes.*] Duce Annone. *Polyb.*

7 *Claſſe.*] Undiquaque expedita, ac validis inſtructa remigiis. *Polyb.* Illam claſſem trecentarum navium fuiſſe, tradit Auctor de Viris Illuſtribus. Idem Polybius ducentas numerat. Nonnulli & hoſtium & Romanorum conjunctas DCLXXX. tantum fuiſſe volunt, ut parum probata ſit in numero fides. *Keuchenius.*

8 *Apud inſulas Ægates.*] Quæ in mari noſtro Carthaginenſium ſinui objacent. Pomponius lib. 2. cap. 7. (unde Plinius hauſit lib. 3. 8.) *Contra Carthaginis ſinum Tarichiæ, & Ægates, Romana cladè memorabiles.* de quo loco ad Melam & Victor. cap. 41. de vir illuſt. *Schottus.*

9 *A Cajo Lutatio Conſule.*] Auctor de Viris Illuſtribus cap. XLI. hunc non *Cajum*, ſed *Quintum Lutatium* vocat: & trecentas naves habuiſſe dicit, quibus

ſule Romanorum ſuperati, [1] ſtatuerunt belli finem facere, [2] eamque rem arbitrio permiſerunt Hamilcaris. Ille, etſi flagrabat belli cupiditate, [3] tamen paci ſerviendum putavit, quod patriam [4] exhauſtam ſumptibus, diutius calamitatem belli ferre non poſſe intelligebat: ſed ita ut ſtatim mente agitaret, ſi paululum modo res eſſent refectæ, bellum renovare, Romanoſque armis perſequi: [5] donicum aut [6] vi certe viciſſent, aut victi [7] manum dediſſent. Hoc

bus ſexcentas Pœnorum, quarum dux erat Himilco, apud Ægates inſulas inter Siciliam & Africam oppreſſit, finemque bello impoſuit. *Magius.* Sane haud parum dormitat Magius. imo graviſſime hoc loco errat. Nam Quinti prænomine appellatus Caji frater, qui ſequenti anno fratris ſui Conſulatum excepit, Urbis Conditæ DXII. Hinc iſte error, qui aut temporum aut literarum cognatione plurimos decepit. Ipſe etiam Plinius, ſeu, quiſquis auctor de Vir. Illuſtribus, uni omnia tribuit, à quo non parum abeunt plerique rei Romanæ Scriptores. Qui victoriam hanc, & triumphum navalem Cajo adſcribunt; pacem vero Pœno datam Quinto, qui etiam de Faliſcis triumphavit, ut ex Triumph. tabulis videre eſt. Scribendum ergo hoc loco Cajus Lutatius, quod prænomen & faſti nuper Romæ effoſſi agnoſcunt. *Keuchen.*

1 *Statuerunt belli finem facere.*] Qui finis incidit in annum Romæ Conditæ DII. Cajo Lutatio Catulo, & Poſthumio Albino Conſulibus. Annus iſte Carthaginis DCXLI; Olymp. CXXXIIII tertio ſurgente, cum claſſis Punica felici prælio ad Ægates inſulas à Conſule C. Catulo eſſet deleta. *Vid. Emm.*

2 *Eamque rem arbitrio promiſerunt Hamilcaris.*] Miſſis primo ad eum literis & nuntiis. Polybius; Διὸπερ ὀξέως ἀφῆκε φάσκοντες πρὸς τὸ Βάρκαν, ἐπέτρεψαν ἐκείνῳ περὶ τῶν ὅλων. *Lambinus.*

3 *Tamen paci ſerviendum putavit.*] Polybius elegantiſſime tales vocat ἰδέας τοῦ καιροῦ. lib. III. monetque inſidiatores temporum accurate cavendos: quos ibidem ait εἶκειν τοῖς παροῦσιν ſeu τοῖς καιροῖς. *Gebhard.* Quibus vero conditionibus pax ſit facta, exponit late Polybius eodem libro.

4 *Exhauſtam ſumptibus.*] Ita Cicero lib. VI. Epiſt. ad Attic. *Illo imperante exhauſtam eſſe ſumptibus & jacturis provinciam.*

5 *Donicum.*] Pro *donec.* ſic ſæpe Ennius extulit Lucretius, item Plautus, atque adeo Tullius, niſi ut pleraque antiqua à ſemidatis eſſent librariis obliterata. *Schottus.*

6 *Vi.*] Ab eſt hæc vox à MS.

7 *Manum dediſſent.*] Sidonius Polemio ante carmen 13. *Do quidem abſens obtrectatoribus manus, ne dictum dicere videar.* Vide Notas. *Savaro. Manus* reſcribo multitudinis numero, ex fide membranarum, & veterum ſcriptorum auctoritate, ceſſitque in proverbium, *manus dare*, ut & herbam porrigere. Ducta autem à gladiatoribus victis tralatio eſt. nam & vetere verbo *digitum tollere* victi dicebantur, & *manum dare.* Virgilius:

— *& victum tendere palmas*
Videre Auſonii. —

Sidonius in Narbone:

Palmam tu digito dares Menander.

Cicero in Conſolatione apud Lactantium lib. 3. 28. *Victum ſe à fortuna turpiter confitetur, Cedo inquit, en manum tollo.* Græcos etiam multitudinis numero, χεῖρας προΐεσθαι extuliſſe obſervo. Legendus Pet. Faber lib. I. Agoniſtici cap. 8. *Schottus.*

[1] Hoc conſilio pacem conciliavit; in qua tanta fuit ferocia, [2] ut quum Catulus negaret ſe bellum compoſiturum, niſi ille cum ſuis, qui Erycem tenuerant, armis relictis, [3] Sicilia decederent: ſuccumbente patria, ipſe periturum ſe potius dixerit, quam cum tanto [4] flagitio domum rediret. Non enim ſuæ eſſe virtutis, arma à patria accepta adverſus
2 hoſtes, adverſariis tradere. [5] Hujus pertinaciæ ceſſit Catulus. At ille ut [6] Carthaginem venit, multo aliter, ac ſperabat, rempublicam ſe habentem cognovit. Namque [7] diuturnitate externi mali tantum exarſit inteſtinum bellum,

1 *Hoc conſilio pacem conciliavit.*] Vel XXIII. annorum inducias, per quot annos bellum prius duraverat. *Keuch.*

2 *Ut cum Catulus.*] *Ut* abeſt à Ms. & ponitur ante *ſuccumbente*.

3 *Sicilia decederent.*] Plinius, ſeu quiſquis Auctor de Viris Illuſtr. c. 41. *Pacem petentibus hac conditione conceſſit, ut Siciliâ, Sardiniâ, & cæteris inſulis intra Italiam, Africamque decederent, Hiſpaniâ citra Iberum fluvium abſtinerent.* Magius. Quanquam Hiſpaniam illam non putem adſcriptam huic fœderi; ſed ei, quod cum Aſdrubale ictum in Hiſpaniis fuit, qui ſororem Annibalis in matrimonio habebat. Polybius III. *Schottus.*

4 *Flagitio.*] Arma enim adverſariis tradere flagitium erat. ſupr. in Chabria in fine. *Savaro.* Cum tanta infamia. Nam *flagitium* notare infamiam ac dedecus ante quaſi ſeculum nos docuit Joſeph. Scaliger ex loco Plauti Epid. act. 3. ſcen. 4.

Flagitio cum majore poſt reddes tamen.

Tacit. lib. III. Annal. cap. 20. *Illam obſidionem flagitii ratus.* Gebh.

5 *Hujus pertinaciæ ceſſit Catulus.*] Non abſimiles fuere huic fracti bellis & cladibus eximaniti Carthaginienſes, qui cum intoletabiles Reguli & duras pacis conditiones audiſſent; tutius rati ſunt, ſeſe armatos, quam miſeros vivere. *Hiſtor. Miſcella* II, 29. Adde Lipſium V. Poiit. 2c. 27. ſeqq. & Zevecot. Obſ. ad Florum II. 15. Cæterum Msc. Boecleri vox *Catulus* aberat; & poteſt abeſſe. *Boſius.*

6 *Carthaginem.*] Urbe ſic dicta per excellentiam, ut ante monuimus. Nam קרתא Phœnicibus Urbs eſt, Karthagena civitas hortorum, quam Græci οἰνόσσαν verterunt. Alio nomine apud Plautum appellatur Chædreanech, quaſi תצריעך vel חדרי, ἕταυλις Ἄναχ. Unde ab Anakæis fortiſſima natione ſtructa videtur, qui Kiriatharba per Calebam ejecti in Chananæa defecerunt. *Horn.* De qua fuga pluribus *Scaliger de emend. Tempor. Voſſius* I. Gram. IX. *Seldenus* de Dis Syris. Ex Carthada factum eſt Carthago. *Solin.* Sed illud merum Phœnicium, hoc Punicum; id eſt, jam depravatum Phœnicibus aliquantum temporis in Africa commoratis. Nec dubium, quin Græcum Καρχηδὼν ab eadem origine ſit deductum & inflexum. Quod Siculorum proprium, qui Θ. mutant in χ. Sic quæ Carthada vel Carthado Pœnis, ipſi dixerunt Καρχηδών. ut ὄρνιθας, ὄρνιχας. Ipſi Africæ vicini hoc nomen cæteris Græcis tranſmiſerunt. Falluntur igitur auctores plerique Græciæ, qui Καρχηδόνα conditam ſcripſere, ἀπὸ Καρχηδόνος τινὸς ἀνδρὸς φοίνικος. Nam idem nomen Καρχηδὼν, & Carthago, deflexum à Punico vel Phœnicio Carthago. *Salmaſius.*

7 *Diuturnitate externi mali.*] Polyb. Μετὰ δὲ τὰς ἀλλοιώσεις ταύτας, ἰδιόν τι ἐξ ἀρ-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

lum, ut nunquam pari periculo fuerit Carthago, [1] niſi quum deleta eſt. [2] Primo mercenarii milites, qui adverſus Romanos fuerant, deſciverunt, quorum numerus erat viginti millium. Hi totam [3] abalienarunt Africam, ipſam Carthaginem oppugnarunt. Quibus malis adeo ſunt [4] Pœni perterriti, ut auxilia etiam à Romanis petiverint, [5] eaque impetraverint. Sed extremo, quum prope jam ad deſperationem perveniſſent, [6] Hamilcarem imperatorem fecerunt. Is non ſolum hoſtes à muris Carthaginis removit,

ἢ ὁπλίσιον ἀμφοτέροις σωίζειν πατρίδα. ἐξεδέξατο γὰρ πόλεμος ἀμφύλιος Ῥωμαίοις μὲν πρὸς τοὺς φαλίσκους καλεμένους. *Lambinus.* Hujus principes atque auctores fuerunt Spendius, genere Campanus, fortuna ſervus, Matho Afer, & Autaricus Gallus. Cauſſa belli narratur à Polybio, eodem libro, cum variis circumſtantiis.

1 *Niſi cum deleta eſt.*] Unde adjungit idem Polybius: Τέλος δὲ οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς χώρας ἐκινδύνευσαν, ἀλλὰ καὶ περὶ σφῶν αὐτῶν, καὶ τῆς πατρίδος ἐδάφους. Deleta eſt Carthago à P. Scipione Africano Æmiliano, ſeptingenteſimo anno quam condita fuerat. *Livius, Oroſius, Eutropius.* Cum ſtetiſſet annis DCLXVII. abhinc annos CLXXVII. Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Coſ. *Velleius.* Euſebius in Chronico duas affert opiniones, quarum prior non longe diſſentit à Paterculo. Computat enim, Carthaginem veniſſe in poteſtatem Romanorum anno à conditione ſui DCLXXIII, vel, ut alii affirmant, DCCXLVIII. Prior numerus uno anno plus habet, quam Paterculi ratio. Marcus Cicero I. de Republ. *Nec tantum Carthago habuiſſet opum ſexcentos fere annos, ſine conſiliis & diſciplina.* Vide Scalig. Animadverſionibus Euſebianis ad annum MCLXVII. & MDCCCXXI. maxime vero canonibus Iſagogicis. Altera Velleji opinio refert, Carthaginem ſtetiſſe annos DCCXLVIII. cui accedit aliquantum Solinus, qui Urbem poſt annos DCCXXXVII. quam exſtructa fuit, exciſam voluit. Oroſius etiam haud parum à ſe abit, quando libro IV. cap. 6. ſcribit; Carthaginem conditam fuiſſe ab Eliſſa, ante Urbem Romam duos & ſeptuaginta annos: Poſtea, cap. 23. ejuſdem libri ait; anno ab Urbe Condita, DCIII. Vel, DCVI. (nam utroque modo legitur) fuiſſe deletam. Verum eo modo defendi poteſt, quod plerumque boni ſcriptores ſummatim tempus comprehendunt, non ſubtiliter annos computantes. Adhoc tam intricata eſt hujus rei fides, ut non mirum ſit, Auctores adeo in diverſas ſententias abire. Cæterum Urbs incendiis diruta fuit. Horatius l. b. IV. Carm. Od. 8.

Non incendia Carthaginis impiæ,
Ejus, qui domita nomen ab Africa
Lucratus rediit, clarius indicant
Laudes, quam Calabræ Pierides.

Addit Florus, *per continuos decem & ſeptem dies vix potuiſſe incendium exſtingui.* lib. II. cap. 15. *Keuchen.*

2 *Primo mercenarii milites.*] Hiſpani, Nomades, Afri, Ligures, Galli, Græci, & alii. *Lambin.*

3 *Abalienarunt Africam.*] A Carthagine. *Lamb.* Sic Cimone; *inſulæ alienatæ*, & *oppida alienata*, dixit. *Gebh.*

4 *Pœni.*] Carthaginienſes.

5 *Eaque impetraverint.*] Omittit hæc Cod. Ultrajectinus, ut certe Polybius nihil horum commemorat, ſubſidia Romanos Pœnis miſiſſe. *Schott.*

6 *Hamilcarem Imperatorem fecerunt.*] Cum in Geſcone, quem initio huic bello præfecerant, & in Hannone parum proſ-

vit, quum amplius centum millia facta eſſent armatorum, [1] ſed etiam eo compulit, ut locorum anguſtiis clauſi, [2] plures fame quam ferro interirent. Omnia oppida abalienata; in his [3] Uticam atque [4] Hipponem, [5] valentiſſima totius Africæ, [6] reſtituit patriæ. neque eo fuit contentus, ſed

præſidii eſſe cognoviſſent. *Lamb.*

1 *Sed etiam eo compulit.*] Qualis ille apud Claudianum Stilico, qui

— *tot barbara ſolus*
Millia jampridem miſeram vaſtantia
Thracen
Finibus exiguæ vallis concluſa tenebat.

2 *Plures fame quam ferro interirent.*] Τέλος ὖσαι τῇ λιμῷ συναλχομένους ἐδίεν ἀλλήλων σώματα ἀναλισκόμενα, τῇ δαιμονίᾳ τινὶ οἰκείαν ἀμοιβὴν αὐτοῖς ἐπιφερούσῃ, τῇ πρὸς τὰς τέλας ἀσεβείᾳ καὶ ἀδικίᾳ. *Polyb.*

3 *Uticam.*] Quam *Uticam* Latini dicunt, Græci converſis vocalibus Ἰτύκαιον appellant, id eſt, *Iticam*. Stephan. Ἰτύκη, πόλις Λιβύης, Τυρίων ἄποικος. *Lambin.* Punicarum in Africa urbium, ſi Carthaginem demas, nulli ceſſit Utica. Sexaginta autem ſtadiis à Carthagine diſtabat, ut reſtatur Appianus; nempe verſus occaſum. Fuit hæc Τυρίων ἄποικος, quod & Juſtinus affirmat lib. XIIX. Cum & opibus & multitudine Tyrii adundarent, miſſa in Africam juventute, Uticam condidere. Itaque de antiquitate gloriabatur non parum, quin & eo nomine Carthagini præferebatur. Silius Italicus lib. III.

Proxima Sidoniis Utica eſt effuſa manipliſ,
Priſca ſitu, veteriſque ante arces condita Byrſæ.

Ariſtoteles in libro Mirabilium: Τῆς δὲ Λιβύης ἐν Ἰτύκῃ καλουμένῃ, ἣ κεῖται μὲν ὡς λέγουσιν, ἐν τῷ κόλπῳ τῷ μεταξὺ Ἑρμείας καὶ Ἴαπυξ ἄκρας, ἐπέκεινα δὲ Καρχηδόνος ὡς σταδίοις ἑξακοσίοις. ἣ καὶ πρότερον κτισθῆναι λέγεται αὐτῆς τὴν Καρχηδόνος ἔτεσιν ἑξακοσίοις ὀγδοήκοντα ἔπειτα, ὡς ἀναγράφεται ἐν ταῖς Φοινικικαῖς ἱστορίαις. Vellejus Paterculus citra Codri tempora, qui Sauli fuit æqualis, Tyrios paucis annis poſt Gades Uticam condidiſſe refert. Urbi igitur tam vetuſtæ nomen fecit ipſa antiquitas. Utica enim, vel Ityca Punice, עתיקא, Itica, id eſt, priſca dicebatur. *Bochart.* Qui nunc locus à barbaris Mazachares appellatur. *D. Mar. Niger.*

4 *Hipponem.*] Ab Utica ad Hippi promonrorium Hippi Urbs, cui palus adjacet atque hæc palus Hipponitis vocatur. Hanc Urbem & Hippuacram appellat Diodorus lib. xx. Stephanus, alii. Etiam media antiquitas Hipponem Zarithum appellavit, ſicuti Zetam dixere pro dictâ. Διάρρυλος autem à Græcis appellata propter aquarum irrigua: nam in vicinia erat ſtagnum Hipponenſe, unde & Plinius ad Caninium lib. IX. Epiſt. *Eſt in Africa Hipponenſis colonia mari proxima: adjacet navigabile ſtagnum: ex hoc in modum fluminis æſtuarium emergit, quod vice alterna, prout æſtus aut repreſſit, aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur ſtagno. Omnis hic ætas piſcandi, navigandi, atque etiam natandi ſtudio tenetur.* Hæc ille. Hippo autem dictus non ab equis, Græca appellatione; ſed Syris & Arabibus ſtagnum, ſinum denotat. Qualem Hipponis ſitum fuiſſe docuimus. *Bochart.*

5 *Valentiſſima.*] Legendum fortaſſe eſt, *opulentiſſima*. Verumtamen nihil muto. *Valentiſſima* autem interpretor, validiſſima, ſeu potentiſſima. *Lambin.*

6 *Reſtituit patriæ.*] Uno prælio ſex hoſtium millibus interfectis, duobus captis, aliis in fugam verſis: altero decem millibus cæſis, quatuor captis, decem fugatis: tertio omnibus fere copiis ad internecionem cæſis ac deletis, reliquis ad deditionem compulſis. *Idem.*

1 *Tan-*

ſed etiam fines imperii propagavit: tota Africa [1] tantum otium reddidit, ut nullum in ea bellum videretur multis annis fuiſſe. Rebus his ex ſententia peractis, fidenti ani- 3
mo atque [2] infeſto Romanis, quo facilius cauſa bellandi reperiretur, effecit, ut imperator cum exercitu [3] in Hiſpaniam mitteretur, [4] eoque ſecum duxit filium Hannibalem annorum novem. Erat præterea cum eo adoleſcens illuſtris & formoſus, Haſdrubal, quem nonnulli diligi [5] turpius, quam par erat, ab Hamilcare loquebantur. Non enim maledici tanto viro deeſſe poterant. Quo factum eſt, [6] ut à præfecto morum Haſdrubal cum eo vetaretur eſſe. Huic ille filiam ſuam in matrimonium dedit, [7] quod moribus

1 *Tantum otium.*] Tantam quietem, pacem & tranquillitatem. Sic ſupra in Timoleonte: *tantum otium tori inſulæ conciliavit.* Cicero I. de Offic. *Neque in rep. periculum fuit gravius unquam nec majus otium.* Ita legit, non ut vulgo, *odium*, doctiſſimus Victorius VII. Variar. 13. & ex antiquis libris Carolus Longius.

2 *Infeſto Romanis.*] Polyb. lib. III. Ἐμφυὲς ἐπὶ τὸ ἔργον. *In iracundia perſeverabat Hamilcar*, nimirum *adverſus Romanos.* Quam iracundiam eodem lib. δυσμένειαν Ἀμίλκου vocat. *Lamb.*

3 *In Hiſpaniam mitteretur.*] Lege Juſtin. XLIV. Appian. in Iberica, & heic Polybium.

4 *Eoque ſecum duxit filium.*] Tranſvectus fretum Gaditanum & columnas Herculis. *Polyb.* Addit, in illis locis ipſum annos fere novem commoratum, multum Hiſpaniæ populos bello, plures perſuadendo Carthaginienſibus ſubjeciſſe.

5 *Turpius.*] Libidinoſius, obſcœnius. Sic Liv. XXI. annal. *Medius Haſdrubal inter patrem & filium octo ferme annos imperium obtinuit: flore ætatis, uti ferunt, primo Hamilcari conciliatus: gener inde ob altam indolem animi aſcitus: & quia gener erat, factionis Barchinæ opibus, quæ apud milites, plebemque, plus quam modicæ erant; haud ſane voluntate principum in imperio poſitus.* Lamb.

6 *Ut à præfecto morum.*] Erant igitur præfecti, ſeu magiſtri morum apud Carthaginienſes, ut & apud Romanos, qui dicebantur & cenſores. Cicero in Cluentiana: *Tu es præfectus moribus.* Lamb. *Sane cenſuræ initium*, (Livii verba ſunt) *fuit rei à parva origine ortæ, quæ deinde tanto incremento aucta eſt, ut morum diſciplinæque Romanæ penes eam regimen eſſet.* Inde Genſores Romæ magiſtratus quinquennalis, penes quem autoritas maxima, ſummumque arbitrium animadvertendi in mores civium. Et erat ſub nutu illorum æſtimatio facultatum cujuſque civis, ad cenſum de iis pendendum. *Livius* IV. Cæterum, alia morum præfectura, alia cenſura fuit. Cæſar Cenſor non fuit, ſed morum præfectus, ut à Cicerone nominatur. hoc eſt, rem habuit, titulum per ſpeciem modeſtiæ recuſavit. Pars poteſtatis ejus fuit, morum cura; quam uſurpavit, unde & Præfectus morum dictus, non Cenſor. *Caſaub.*

7 *Quod moribus eorum interdici non poterat ſocero gener.*] Alii *genero*, utrumque verum. Verecundiæ autem hos inter ſerviendum monet in Offic. Cicero lib. I. *Non lavantur cum ſoceris generi.* Schottus. Ms. *ſocer à genero.*

1 Ha-

ribus eorum interdici non poterat ſocero gener. De hoc ideo mentionem fecimus, quod [1] Hamilcare occiſo, [2] ille exercitui præfuit: [3] reſque magnas geſſit, [4] & princeps [5] largitione vetuſtos pervertit mores Carthaginenſium; [6] ejuſdemque poſt mortem [7] Hannibal ab exercitu accepit
4 imperium. At Hamilcar, [8] poſteaquam mare tranſiit, in Hiſpaniamque venit, magnas res ſecunda geſſit fortuna, maximas bellicoſiſſimaſque gentes ſubegit: equis, armis, viris, pecunia totam locupletavit Africam. Hic quum in Italiam bellum inferre meditaretur, nono anno poſt-

1 *Hamilcare occiſo.*] In prælio adverſus Vectones. *Polyb.* Incidit mors ejus in annum 3742. Mundi conditi.

2 *Ille exercitui præfuit.*] In hujus locum gener ipſius Haſdrubal mittitur. *Juſtin.* Τὸν δὲ στρατηγίαν οἱ Καρχηδόνιοι παρέδοσαν Ἀσδρούβᾳ τῷ ἐκείνου κηδεστῇ, ἐπὶ τελευτῇ τοῦτο. *Polyb.* Idque propterea, quod filii immaturi tum erant imperio. Quatuor autem reliquit filios ſuperſtites: quos totidem catulos leoninos in perniciem Romanorum ab ſe, dicere ſolitus eſt, educari: Haſdrubalis ingenium Livius prodit initio lib. XXI. *Ernſt.*

3 *Reſque magnas geſſit.*] Quo tempore prudenter & utiliter imperium ſuum adminiſtrabat; cum Carthagine nova condita, magna Carthaginienſibus adjumenta attulit ad res gerendas, propter loci opportunitatem maxime, tum ad res Hiſpanienſes, tum Africanas. *Polyb.* II.

4 *Et Princeps.*] Ἐκ τοῦ πόλεως πρώτων. Princeps heic idem obtinet, quod primus, quæ vocis germana ratio. Locutio frequens, apud Tranquillum, & alios. *Keuch.*

5 *Largitione vetuſtos pervertit mores Carthaginenſium.*] Ut ſuis cœptis & placitis approbator eſſet populus contra infenſos Barcinæ factioni. *Gebhardus.* Titus Livius XXI. Annal. paullo aliter rem narrat. Ita ille: *Is plura conſilio, quam vi gerens, auſpiciis regulorum magis, conciliandiſque per amicitiam principum novis gentibus, quam bello aut armis rem Carthaginienſium auxit.* Lamb.

6 *Ejuſdemque poſt mortem.*] Quali mortis genere obierit Haſdrubal, non commemorat hoc loco Nepos. Alii ambigere nos non ſinunt. Tradit Juſtinus, ipſum à ſervo Hiſpani cujuſdam, ulciſcente domini injuſtam necem, interfectum eſſe. Polybius diſertim teſtatur, in diverſorio ſuo noctu à quodam natione Gallo privatarum injuriarum cauſa fuiſſe interemptum. Nonnulli volunt, in venatione necem ipſi illatam. Appianus: Ἀσδρούβαν ὑπὸ τῶν ἐπὶ τοῖς δὲ Ἰβηρείας τῶν ὑπὸ Καρχηδονίοις κεδνοτάτων, ἀνὴρ δὲ λόγου, ἔτι δεκάτῳ ὡμῶς διεφθάρη, λαθὼν ἐν κωμηταῖς ἀναιρεῖ. Ad quem accedit XXI. Annal. Livius. Non ergo dubitandum videtur, quin hoc mortis genere interfectus ſit Haſdrubal. Præter enim adducta Hiſtoricorum teſtimonia, multa alia ſunt, ex quibus liquido id videre eſt. Incidit ejus mors in annum Urb. Cond. 32. ut ſupputant Chronologi. *Keuchen.*

7 *Hannibal ab exercitu accepit imperium.*] Juſtinus: *Major utroque Hannibal imperator, Hamilcaris filius ſuccedit.* Appianus: Ἡ στρατιὰ ὑπὸ τοῦ Ἀννίβου, καίπερ ὄντα νεμεσητὸν νέον, ἀρέσκοντα δὲ ἰσχυρῶς, στρατηγὸν ἀπέδειξεν αὐτὸν, ἐπὶ Καρχηδονίων βουλῇ συνέθετο.

8 *Poſteaquam mare tranſiit.*] Fretum Gaditanum, tranſvectus columnas Herculis. *Polyb.*

1 *Ad-*

poſtquam in Hiſpaniam venerat, in prælio pugnans [1] adverſus Vettones [2] occiſus eſt. [3] Hujus perpetuum odium erga Romanos maxime concitaſſe videtur ſecundum bellum Punicum. Namque Hannibal, filius ejus, aſſiduis [4] patris obteſtationibus eo eſt perductus, ut interire, quam [5] Romanos non experiri mallet.

1 *Adverſus Vettones.*] Sic ſcribendum duplici *tt.* non *Vecłones.* Græce Οὐέττονες populi ſunt Hiſpaniæ citerioris intra Anam & Tagum fluvios ad Orientale Toletanorum latus. Strabo III. Ἐν δὲ τοῖς Ἄνω μέρεσι καὶ Καρπτανοὶ, καὶ Ὀρητανοὶ, καὶ Οὐεττόνων τυχοὶ νέμουσι. Item Plinius lib. IV. cap. 20. finitimos Carpetanis facit. Prudentius hymno de S. Eulalia, Emeritam Vettonum metropolim nominat:

Nunc locus Emerita eſt tumulo
Clara colonia Vettonia:
Quam memorabilis amnis Ana
Præterit & viridante rapax
Gurgite mœnia pulchra lavat.

Strabo vero in Turdulis Auguſtam Emeritam collocat: ſed Hiſpano in Hiſpanicis potius habenda fides, quam Græco homini. *Schott.* In Msc. Boecleri *Veteones.* Dauſquius Comment. in Sil. Ital. pag. 18. mallet *Vetones.* Boſius.

2 *Occiſus eſt.*] Ad caſtrum altum, ut ait Livius Decad. III. lib. IV. *Mag.* Καὶ τὸ πάχωσις ἀξιολογίστως, οἱ μὲν Γέρρες αὐτοῖς ἐπιφαμένοις, αὐτόν τε τὸν Βάρκαν, καὶ πολὺ πλῆθος ἀμυνομένων ἐπ' αὐτοῖς, διέφθειραν. *Appian.* M. Æmilio & M. Junio Coss. *Caſſiodorus.*

3 *Hujus perpetuum odium erga Romanos.*] Pro *contra Romanos.* Sic ſolet Nepos. Hæc idem diſerte tradit Polybius lib. III. *Lambin.* Valerius Max. lib. IX. cap. 3. Livius XXI. & XXV. alii.

4 *Patris obteſtationibus.*] Præter Polybium lib. 2. Livium 21. & 35. infr. in Hannibale Valerius lib. 9. l. 3. *Savare.*

5 *Romanos non experiri.*] Periclitari, vel, periculum facere virtutis & potentiæ Romanorum. *Lambinus.* Infra in Hannibale: *Hic autem velut hæreditate relictum odium paternum erga Romanos ſic conſervavit, ut prius animam, quam id depoſuerit.* Schottus.

HAN-

HANNIBAL.

XXII.

1 HANNIBAL,[1] Hamilcaris filius, Carthaginienſis. Si verum eſt, quod nemo dubitat, ut populus Romanus[2] omnes gentes virtute ſuperarit, non eſt inficiandum, [3] Hannibalem tanto præſtitiſſe cæteros imperatores prudentia, quanto populus Romanus antecedebat fortitudine

1 *Hannibal.*] Denotat Orientalibus nomen gratioſum. חבו, id eſt, Hanno, gratioſus. Unde & Anna & Joannes nomen accepit, בעל ſive Baal autem Dominum notat. *Thyſius.* De HANNIBALE paſſim Græci, Latinique hiſtorici, ſed præcipue Polybius, Appianus in Annibalicis, & alibi, Livius à lib. 21. ad 40. uſque, & compendio Florus 2, 6.7.8. Juſtinus 29. 31. 32. & ſcriptor de viris illuſtribus cap. 42. Hujus imaginem hac formâ à Fulvio Urſino è nomiſmate argenteo expreſſam heic inſerere viſum.

Apud Fulvium Urſinum in nomiſmate Argenteo

2 *Omnes gentes virtute ſuperavit.*] Victus enim prælio quidem nonnunquam, bello vero nunquam, ut ait Cæcilius apud Nonium. *Schott.*

3 *Hannibalem tanto præſtitiſſe cæteros imperatores prudentia.*] Quod quoque fuit judicium Peſcennii Nigri. Nam quos alii Scipiones extulerunt, exiſtimavit *felices illos fuiſſe magis, quam fortes.* Ælius Spartianus in Nigri Vita capite 11. *Nec alias fabulas unquam habuit, niſi de Annibale, cæteriſque talibus. Denique cum Imperatori facto quidam Panegyricum recitare vellet, dixit ei; Scribe laudes Marii vel Annibalis, vel alicujus Ducis optimi vita functi, & dic quid ille fecerit, ut eum nos imitemur.* Gebh. Vide ſis glorioſam illam contentionem de præſtantia Scipionis, Hannibalis & Alexandri apud Lucian. ὁ τυραννοκτόνος. *Schottus.*

1 *Sem-*

ne cunctas nationes. Nam quotieſcunque cum eo congreſſus eſt in Italia, [1] ſemper diſceſſit ſuperior. Quod niſi domi [2] civium ſuorum invidia debilitatus eſſet, Romanos videtur ſuperare potuiſſe. [3] Sed multorum obtrectatio devicit unius virtutem. Hic autem [4] velut hereditate relictum odium paternum erga Romanos [5] ſic confirmavit, ut [6] prius animam, quam id depoſuerit. qui quidem [7] quum patria pulſus eſſet, & alienarum opum indigeret, nunquam deſtiterit animo bellare cum Romanis. Nam, ut 2 omittam [8] Philippum, quem abſens hoſtem reddidit Romanis;

1 *Semper diſceſſit ſuperior.*] In Hamilcare: *ſemperque ſuperior diſceſſit.* Lamb.

2 *Civium ſuorum invidia.*] Quam ſibi conciliavit Hannibal remp. bene adminiſtrando; partim judicibus, qui antea perpetui erant, eoque dominabantur, factis annuis: partim ærario publico, & vectigalibus populi Carthaginienſis, quæ & negligentia dilabebantur, &, (ut fere fit) prædæ, quæſtuique, principibus quibuſdam civitatis, & magiſtratibus erant, ad certam rationem revocatis: ut tradit Livius lib. xxx. Annal. *Lamb.*

3 *Sed multorum obtrectatio devicit unius Virtutem.*] Bella antitheſis: in qua multos uni, obtrectationem Virtuti opponit. *Idem.* Sic apud Apulejum aliquem inſimulatum quorundam aſtu projecit extorrem ſæviens invidia. Qualis iſte in Tacito conſpiratione inimicorum & invidia falſi criminis oppreſſus. Vide Lucianum *de non temere credendo.*

4 *Velut hereditate relictum odium paternum.*] Ipſe Hannibal apud Livium xxxv. *Odi Romanos, odioque ſum Romanis. Id me verum dicere pater Hamilcar & DI teſtes ſunt.* Tale Ægiſthi patruelis in Agamemnonem. *Vellejus* lib. 1. Et Paconii Agrippini, paterni in principes odii heredis. *Tacit.* xvi. *Gebh.*

5 *Sic confirmavit.*] *Conſervavit:* Editio Pariſ.

6 *Prius animam depoſuerit.*] Sic infr. in Pariſian. vitam ponere. *Atque eodem loco ſepultus, ubi vitam poſuerat.* Savaro.

7 *Quum patria pulſus eſſet, & alienarum opum indigeret.*] Sic ſupra De Regibus: *Quem ille a patre expulſum Alexandria, alienarum opum indigentem receperat.* Lamb. Savaro.

8 *Philippum.*] Demetrii Macedonum Regis filium, Perſei patrem. De quo *Livius* epitom. xxix. & xxxi. *Juſtinus* lib. xxix. & *Plutarchus* in Paullo Æmilio, & *Faſti*, ſub annum ab U. C. dlii. *Schott.* Tradit Juſtinus, hunc à Demetrio Illyriorum Rege ad bellum Romanis inferendum, fuiſſe impulſum: & cum Romanos à Pœnis iterato prælio victos didiciſſet, aperte ſe hoſtem Romanis profeſſum; naveſque, quibus in Italiam exercitum trajiceret, fabricare cœpiſſe; ac legatum ad Hannibalem jungendæ ſocietatis gratia cum epiſtolis miſiſſe. *Mag.* Romani legati cum in ſenatu expoſuiſſent, compertum Patribus Romanis eſſe & Philippum regem, ante ab Hannibale maxime accenſum, bellum P. R. feciſſe: & nunc literas, nunciosque ab eo ad Antiochum regem profectos: haud quieturum, antequam bellum toto terrarum orbe conciſſet: nec ei impune debere eſſe, ſi ſatisfacere Carthaginienſes P. R. vellent: nihil eorum ſua voluntate & publico conſilio factum eſſe, Carthaginienſes reſponderunt: quicquid æquum cenſuiſſent Romani, facturos eſſe. *Livius* 33. Annal.

manis; [1] omnium his temporibus potentiſſimus rex [2] Antiochus fuit. [3] Hunc tanta cupiditate incendit bellandi, ut uſque à [4] rubro mari arma conatus ſit inferre Italiæ. Ad quem [5] quum legati veniſſent Romani, qui de ejus voluntate

1 *Omnium potentiſſimus Rex.*] Quippe, qui Aſiam & Syriam tenuit annos ſeptem & triginta; Mediam quoque, Perſiam, Hyrcaniam, Bactrianam, & omnes, excepta Parthia, ſuperioris Aſiæ provincias victo Achæo recepit. *Polyb.* VII. VIII. X. XI. *Juſtin.* XXX. *Appian.* in Syriac. Judæam quoque Ægyptio regi eripuit. *Joſeph.* XII. 3.

2 *Antiochus.*] Frater Callinici. Qui primo ἱέραξ dictus, ob rapacem naturam. Vide Strabonem 16. Juſtinum 27. Poſtea ob victorias & imperii amplitudinem, *Magni* cognomentum accepit. *Keuchen.* Hunc ad arma Romanis inferenda concitaſſe Hannibalem, refert Liviana Epitome lib. 33. & 34. & Juſtin. lib. 32. *Schott.*

3 *Hunc tanta cupiditate incendit bellandi.*] Polyb. Livius, Appianus illam hiſtoriam magis exaggerant. Mortuo Ptolemæo Philopatore, Antiochus deceſſit in Ægyptum, præſidio nudam ac vacuam correpturus. Cum eo Hannibal Epheſi congreditur, inimicorum calumniis patria ſua profugus. Qui calumniabantur, eum in contentione ſemel adverſus Romanos ſuſcepta perſeverantem & pervivacem, & belli gerendi cupidum eſſe, neque pacem colere poſſe. Quo tempore Carthaginienſes Romanis parebant fœderibus interpoſitis alligati. Hannibalem igitur rei militaris, & imperandi ſcientia clarum Antiochus honorifice excepit, & apud ſe retinuit, atque in comitibus ſuis habuit. Ita Appianus & fere Polybius. Prolixius rem narrat Livius, XXXIII.

4 *Rubro mari.*] Sive Erythræo. Quod à mirabili Pharaonis clade Arabibus dicitur بحر قلزم ab oppid. القلزم quod eſt Lacit. gr. XXVIII. min. XXX. in littore Ægypti oppoſito Elanæ, ſeu promontorio Pharan. Locus inde dictus, quod prope ſubmerſus credatur Pharao. قلزم enim eſt deglutire, abſorbere. Unde Turcis mare rubrum dicitur فرعون دعزي Pharaonis mare. Hodie pro Goizuma eſt سوء يمس Sues. *Golius.* Lege ἐκ τῆ Ἀραβαρχίδος πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσης ἐκλογάς. Mela lib. III. *Rubrum mare Græci, ſive quia ejus color is eſt, ſive quia ibi Erythras regnavit, ἐρυθρὸν θάλασσαν appellant.*

5 *Quum legati veniſſent Romani.*] Τότε Ῥωμαίοις σωθέντες ἤδη τῶν αἰτωλῶν ἐπιβολὴ, ἐξαπέστελλον πρεσβευτὰς πρὸς Ἀντίοχον, βελόμενοι μὴ λαθεῖν σφᾶς τὸν τῆ βασιλέως παρασκευήν. *Polyb.* Hi fuerunt P. Sulpitius, & P. Julius apud Livium, Dec. IV. lib. v. Plutarchus vero in T. [illegible]ro Flaminio alterius nomen [illegible]rt. Vocat enim P. Vellium [illegible] Julium dicere debuerit. Sed non mirum. Homo enim Græcus, & in eo ſæpe parum diligens, Romanorum nomina pervertit. *Magius.* Juſtinus cum Polybio ſimpliciter legatos nominat, omiſſis nominibus. Ita ille XXXI. *Romani quoque ad Antiochum legatos miſere, qui ſub ſpecie legationis, & regis apparatum ſpecularentur, & Hannibalem aut Romanis mitigarent, aut aſſiduo colloquio ſuſpectum, invidiamque Regi redderent.* Keuch. Sane inter legatos erat P. Scipio, qui Annibalem devicerat. Præter Livium XXXV. Appianus, Lucianus in dialog. Mortuorum, Plutarchus in Flaminio ſub finem. Conſilium autem legatorum explicat Frontinus I. VIII. VII. *Bongarſ.* Miſſi adhoc Carthaginem legati Romani, qui apud Senatum arguerent, Hannibalem cum Antiocho rege conſilia

UNIVERSITY OF MICHIGAN

tate explorarent, darentque operam conſiliis clandeſtinis, [1] ut Hannibalem in ſuſpicionem regi adducerent, tanquam ab ipſis corruptum alia atque antea ſentire; neque id fruſtra feciſſent; idque Hannibal comperiſſet, ſeque ab interioribus conſiliis ſegregari vidiſſet: [2] tempore dato adiit ad regem, eique quum multa de fide ſua, & odio in Romanos commemoraſſet, hoc adjunxit: *Pater* (inquit) *meus Hamilcar*, [3] *puerulo me, utpote non amplius novem annos nato, in Hiſpaniam imperator proficiſcens Carthagine*, [4] *Jovi Optimo Maximo hoſtias immolavit.* [5] *Quæ divina res dum conficiebatur, quæſivit à me, vellemne ſecum in caſtra proficiſci. Id quum libenter accepiſſem, atque ab eo petere cœpiſſem*, [6] *ne dubitaret ducere:* tum ille, *Faciam* (inquit) *ſi fidem*

lia belli faciendi inire. Illi fuerunt, C. Servilius, M. Claudius Marcellus, & Q. Terentius Culleo. Lege Livium. *Keuchen.*

1 *Ut Hannibalem in ſuſpicionem regi adducerent.*] Effecerunt autem id crebris cum eo ſociatis colloquiis. Livius XXXV. *Propter colloquia cum Villio ſuſpectus regi.* Gebhard. Οἱ δὲ πρέσβεις ἐξεπέμποντο μὲν ὑπὸ Ἀννίβου, σπεύδοντες εἰς ὑποψίαν ἐμβαλεῖν πρὸς Ἀντίοχον· ὃ δὴ σωτῆρα ἡγοῦντο. *Polyb.*

2 *Tempore dato adiit ad regem.*] Omnino probanda Msctorum fides: *Tempore dato adiit ad regem.* Et hæc eſt Corneliana χρῆσις. Supra Themiſtocle: *Ut Lacedæmonem venit, adire ad magiſtratus noluit.* Et ſtatim: *Ad ſenatum Lacedæmoniorum adiit:* Ἀφικόμενος. *Keuchen.* Sed ante ipſum iiſdem verbis Savaro: qui locum addit ex Dione.

3 *Puerulo me, utpote non amplius novem annos nato.*] Ἔφη γὰρ, καθ' ὃν καιρὸν ὁ πατὴρ αὐτὸν ἐπὶ τὸν εἰς Ἰβηρίαν ἄξοδον μέλλοι στρατοῦσθαι μετὰ τῆς δυνάμεως, ἔτη μὲ ἔχειν ἐννέα. *Polyb.* Livius Decad. IV. lib. V. puerum admodum tunc fuiſſe Hannibalem dicit. Quomodo apud Florum, puer Hannibal ad aram patri juraverat. Plinius, ſive Auctor de Vir. Illuſtribus, non novem annos tunc natum Hannibalem teſtatur, ſed undecim. Niſi locus ſuſpectus ſit, ac librariorum culpa depravatus. *Magius.* Vide *Eutropium* lib. III. *Oroſium* IV. De novem annis canit Juvenalis:

Hoc puer ad Lybicas juraverat Hannibal aras.

4 *Jovi Optimo Maximo hoſtias immolavit.*] Idque ex inſtituto & more patrio. Καὶ ποιῶσι τὰ νομιζόμενα, ut loquitur Polybius. Fuit is & aliarum gentium ritus, ut conſtat paſſim ex hiſtoriis. Hoſtias immolabant, antequam ad hoſtes proficiſcerentur; victimam poſt partam victoriam, cum Diis gratias agerent, pro victis hoſtibus. Sic Marcellus captarum Syracuſarum, & Hannibalis ante Nolana mœnia à ſe primum fugere coacti, gloria inflammatus, cum ſummo ſtudio niteretur, ut Pœnorum exercitum aut in Italia proſterneret, aut Italia pelleret, ſolenni primum ſacrificio voluntates Deorum explorabat. Val. Max. lib. I. 6. *Keuch.*

5 *Quæ divina res dum conficiebatur.*] Nonius cap. 4. *Facere rem divinam, religionibus exhibere.* v. de Notas in Sidonii epiſt. 17. lib. 5. *Savar. Rem divinam facere* Latini ſolent dicere de his qui ſacrificant & victimas mactant. *Salmaſ.*

6 *Ne dubitaret ducere.*] Ne cunctare-

fidem mihi quam poſtulo dederis, ſimulque ad aram adduxit, apud quam ſacrificare [1] *inſtituerat,* [2] *eamque, cæteris remotis, tenentem,* [3] *jurare juſſit,* [4] *nunquam me in amicitia cum Romanis fore. Id ego, jusjurandum patri datum, uſque* [5] *ad hanc diem ita conſervavi, ut nemini dubium eſſe debeat, quin reliquo tempore eadem mente ſim futurus. Quare* [6] *ſi quid amice de Romanis cogitabis, non imprudenter feceris, ſi me celaris.*

quum

tur: vel, ne vereretur ducere: omnem ducendi moram præcideret. Tale fere eſt illud in Ageſilao: *quare venire ne dubitaret.* Ubi tamen vulgo legitur, *non dubitaret.* Lambin.

1 *Inſtituerat.*] Forte melius, *inſtiterat,* id eſt, ceperat. Sic & in Alcibiade: *Itaque tempus ejus interficiendi quærere inſtituerunt.* Malim, *inſtiterunt.* Vide Manutium in Epiſt. Cic. ad Familiares.

2 *Eamque, cæteris remotis, tenentem.*] Sic *Polybius*, Valer. Maximus l. IX. cap. 14. in externis exemplis 3. *Hannibal mature adeo patris veſtigia ſubſecutus eſt, ut eo exercitum in Hiſpaniam trajecturo, & ob id ſacrificante, novem annorum natus, altaria tenens juraret, ſe, cum primum per ætatem potuiſſet, acerrimum hoſtem pop. R. futurum, ut pertinaciſſimis precibus inſtantis belli commilitium exprimeret.* Savaro. Ipſe Hannibal apud Livium, XXXV. *Pater Hamilcar, Antioche, parvum admodum me, cum ſacrificaret, altaribus admotum, jurejurando adegit, nunquam amicum fore pop. Romani.* Cæterum jurantes aram tenebant. Cicero pro L. Flacco: *Ergo is, qui, ſi aram tenens juraret, crederet nemo per epiſtolam, quod volet, injuratus probabit?* Alia exempla paſſim ſuppetunt Plautus, Varro, Virgilius, Apulejus, quorum loca in Adverſariis ſuis illuſtravit doctiſſimus Turnebus lib. 16. cap. 10. & lib. 19. 19. item lib. 26. 2. Talis fuit Latinus apud *Virgil.* XII. Æneid. Ptolemæus apud *Juſtin.* XXIV. Pſyche apud *Apulejum* VI. Atque hic Græcorum mos, qui jurandi cauſa ad aras accedebant. *Cicero* pro Balbo. Qualis moriturorum ritus. *Senec.* Herc. Fur. II. 3. *Plinius* XXXV. Et Pœnorum, qui aram & ſacra tangentes, vel agnum læva, dextra ſilicem tenentes, Deos, hominesque conteſtantur, ut ſi illos ſcientes fallerent, ita ſe Jupiter feriret, quemadmodum ipſi agnum percuterent. *Alex.* ab Alex. V. 10. Unde volunt Grammatici, aras, antiquitus quaſi anſas dictas. *Varro, Macrob. Servius* ad v. Æn. De quo vide Incomparabilem Briſſonium de Formulis. In Romanorum ritu *aram tenere* vel *tangere* eſt ὀμνύω τὰ Ῥωμαίων ἱερά, ut loquitur Theo. Meminit Turneb. lib. XIX. cap. 19. Adv. & alibi Jos. Scaliger ad Manilium. *Keuch.*

3 *Jurare juſſit.*] Atque ab illo jurejurando Hannibalis ad illum diem, quo imperium accepit, anni numerantur ſeptemdecim. *Salmaſ.*

4 *Numquam me in amicitia cum Romanis fore.*] Livius XXXV. *Nunquam amicum fore populi Romani.* Hiſtor. Miſcella lib. III. cap. 5. *Se, ut primum poſſet, adverſus Romanos pugnaturum.* quod non eſt expreſſum, longeque minus eſt. Nam qui pugnat adverſus aliquem, odium exſuere, atque ex hoſte amicus fieri poteſt. Polybius, μήποτε Ῥωμαίοις ἐπιβουλεύσειν. Appianus *Annibalic.* Ῥωμαίοις ἐπιβουλῶν ἄπολις ἀλείψειν. *Ibericis:* Ἀσσεις ἐχθρὸς ἔσεσθαι Ῥωμαίοις. *Gebhard.*

5 *Ad hanc diem.*] Sex & triginta annos. *Livius.*

6 *Si quid amice de Romanis cogitabis.*] Si Romanis conſules, ſeu conſulere voles. *Lamb.* Ἐπὰν ὁ Ἀλκιβιάδης ἢ φιλίαν σωτηρίαν πρὸς αὐτούς. *Polyb.*

1 *Haſ-*

quum quidem bellum parabis, teipſum fruſtraberis, ſi non me in eo principem poſueris. Hac igitur ætate cum patre in Hiſpaniam profectus eſt. Cujus poſt obitum [1] Haſdrubale imperatore ſuffecto, equitatui omni præfuit. Hoc quoque interfecto, exercitus [2] ſummam imperii ad eum detulit. Id Carthaginem delatum, publice comprobatum eſt. [3] Sic Hannibal minor quinque & viginti annis natus imperator factus, proximo triennio [4] omnes gentes Hiſpaniæ bello ſubegit. [5] Saguntum fœderatam civitatem [6] vi expugnavit:

1 *Haſdrubale imperatore.*] Genero Hamilcaris. Vide in *Hamilcar.*

2 *Summam imperii ad eum detulit.*] Polyb. III. *Cum nuncius ex caſtris Carthaginem perlatus eſſet, Hannibalem uno totius exercitus ore, & communi omnium militum conſenſu imperatorem eſſe declaratum; continuo populus convocatus ſine ulla ſententiarum varietate exercitus judicium ac voluntatem comprobavit, ac ratam fecit.* Electus eſt belli imperator anno ætatis XXVI. Nam duce patre Amilcare IX. annos in Hiſpania militavit, VIII. ſub ejus genero Aſdrubale. *Schott.*

3 *Sic Hannibal minor quinque & viginti annis.*] Hoc modo de Regibus loquitur: Dionyſius *major annis ſexaginta natus deceſſit.* Ita Cicero: *aliquot annis minor natu*, in quæſt. Academ.

4 *Omnes gentes Hiſpaniæ.*] Plus quam quadraginta hominum millia in fugam vertit; quibus ſuperatis, nullus jam eum hoſtis intra Iberum audebat intueri, præter Saguntinos. *Polyb.* De quibus ita loquitur Livius XXI. Annal. *Hannibal agmine quadrato amnem ingreſſus, fugam ex ripa fecit, vaſtatiſque agris intra paucos dies Carpetanos quoque in deditionem accepit. Et jam omnia trans Iberum, præter Saguntinos, Carthaginienſium erant. Cum Saguntinis bellum nondum erat: cæterum jam belli cauſa certamina cum finitimis ſerebantur, maxime Turdetanis.* Lambin.

5 *Saguntum fœderatam civitatem.*] De cujus ſitu Polybius III. Ἡ δὲ πόλις αὕτη κεῖται μὲν ἐπὶ τοῦ πρὸς θάλατταν καθήκοντι πρόποδι τοῦ ὄρεινοῦ τοῦ συναπτόντος τὰ περὶ τὴν Ἰβηρίαν καὶ Κελτιβηρίαν. ἀπέχει δὲ τῆς θαλάττης ὡς ἐπὶ σταδίους. νέμουσι δὲ χώραν οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν, πάμφορον, καὶ διαφέρουσαν ἁπάσης τῆς Ἰβηρίας. Livius: *Civitas ea longe opulentiſſima ultra Iberum fuit, ſita paſſus mille ferme a mari.* Florus: *Saguntus, vetus Hiſpaniæ civitas & opulenta, fideique erga Romanos magnum quidem, ſed triſte monumentum.* Quippe quæ CC. ante excidium Trojæ annis condita. *Plinius* XVI. 40. Cæterum ultimo fœdere cautum fuerat, ut Iberus diſterminaret ditionem Romanorum & Carthaginienſium. Saguntus ultra Iberum quidem, fœdere tamen cum Romanis juncta, & ideo excepta ne quid in eam liceret Carthaginienſium armis, utque libera maneret inter utriuſque populi imperia. Hannibal cui propoſitum erat bellum movere Romanis, ne fœdifragus palam videretur, non Saguntinis arma aperte nec ſtatim intulit, ſed in Olcadum fines, quæ gens ultra Iberum amnem in ea parte, quam Romani non exceperant, exercitum induxit; ut non recta petiiſſe Saguntinos, ſed rerum ſerie ducente, finitimis perdomitis, continentia jungendo, ad oppidum ejuſdem regionis ultra Iberum ſitæ oppugnandum quaſi tractus videri poſſet. Ut Hiſpaniæ ergo urbem Saguntum in belli cauſam delegit, id eſt, ejus Hiſpaniæ, quæ ultra finem eſſet imperii Romani, hoc eſt, ultra amnem Iberum. *Salmaſ.*

vit: [1] tres exercitus maximos comparavit. [2] Ex his unum in Africam miſit, [3] alterum cum Haſdrubale fratre in Hiſpania reliquit, tertium in Italiam ſecum duxit: [4] ſaltum Pyrenæum tranſiit: quacunque iter fecit, [5] cum omnibus inco-

6 *Vi expugnavit.*] Octavo menſe obſidionis. Polyb. Τέλος ὃ ἐν ἑπτὰ μησὶ καὶ ἑβδομήκοντα ἑλὼν πόλιν. Vide Livium XXI. Urbs everſa & Hannibalis & Saguntinorum manibus, qui ſe ſuaque omnia in pyram conjecerunt, nec arbitrium victoris exſpectarunt. *Salmaſ.* Inde pavor ac trepidatio totam Urbem pervaſit, alius inſuper tumultus ex arce auditur; turris diu quaſſata procidit, perque ruinam ejus cohors Pœnorum impetu facto cum ſignum imperatori dediſſet, nudatam ſtationibus, cuſtodiiſque ſolitis hoſtium eſſe Urbem: non cunctandum in tali occaſione ratus Hannibal, totis viribus aggreſſus, Urbem momento cepit: ſigno dato, ut omnes puberes interficerentur. *Auct.* Ingens intra urbem per obſeſſos fames, adeo, ut humanas carnes comederent. *Perſeus.* Satyr. *Senec.* Controv. *Auguſt.* lib. III. 21. Cæterum expugnata eſt Urbs, anno poſt Romam conditam DXXXV. bello Punico ſecundo. Recepta vero, anno DXXXIX. pulſo Punico præſidio, teſte Livio XXI. Vide Oroſium lib. IV. Orcheſtræ, cap. 14. & Sigonium in lib. XXI. Livii. *Schott.*

1 *Tres exercitus maximos comparavit.*] Equites mille ducentos, peditum decem & ſeptem millia, octingentos quinquaginta reliquit in Africa, ut eſſent Carthagini & Africæ præſidio. Adhæc Haſdrubali in Hiſpania manere juſſo tradebantur quinqueremes quinquaginta, quadriremes duæ, triremes quinque, equitum duo millia & quingenti, elefanti viginti & unus, peditum undecim millia, equitum ad novem millia. *Polyb.* Vide ſis Livium.

2 *Ex his unum in Africam.*] Tredecim millia, octingentos quinquaginta pedites cetratos, funditores baleares octingentos ſeptuaginta, equites miſtos ex multis gentibus mille ducentos. *Liv.*

3 *Alterum cum Haſdrubale fratre in Hiſpania reliquit.*] Haſdrubali fratri, viro impigro Hiſpaniam provinciam deſtinat: firmatque eam Africis maxime præſidiis; peditum Afrorum undecim millibus octingentis quinquaginta; Ligu ribus trecentis; Balearibus quingentis. Ad hæc peditum auxilia additi equites Libyphœnices, miſtum Punicum Afris genus, trecenti: & Numidæ, Maurique, accolæ Oceani, ad mille octingentos, & parva Ilergetum manus ex Hiſpania ducenti equites; & ne quod terreſtris deeſſet auxilii genus, elefanti quatuordecim: claſſis præterea data ad tuendam maritimam oram, quia qua parte belli vicerant, ea tum quoque rem geſturos Romanos credi poterat: quinquaginta quinqueremes, quadriremes duæ, triremes quinque; ſed aptæ, inſtructæque remigio triginta & duæ quinqueremes erant, & triremes quinque. *Idem.*

4 *Saltum Pyrenæum tranſiit.*] Ἦγε δι' αὐτῶν Πυρηναίων καλουμένων ὀρῶν. *Polyb.* Poſtquam per Pyrenæum ſaltum traduci exercitus cœptus eſt. *Livius.* Vide Appian. Ἀννιβαϊκῇ. *Lamb.* Tranſiit autem per ſaltum Pyrenæum & ipſam Celticam, quæ nunc vocatur Gallia; ut olim ſpeciatim Romanis. Saltum Pyrenæum vocat Nepos, quem Ptolemæus Πυρηναῖα, id eſt, montem illum, qui Hiſpaniam à Gallis dividit, & ad Occidentalem late Oceanum ſe extendit. Legendi paſſim antiquiſſimi Geographi. Apud Stephanum eſt Πυρήνη, unde Silio Pyrene. Cæterum accidit hic Hannibalis tranſitus per ſaltum illum poſt dejectos Celtiberos & Afros, ut videre eſt in Appiano & aliis. *Keuchen.*

5 *Cum omnibus incolis conflixit.*] Exſtat hujus rei longa narratio apud Polybium

UNIVERSITY OF MICHIGAN

incolis conflixit: neminem niſi victum dimiſit. Ad [1] Alpes poſteaquam venit, [2] quæ Italiam ab Gallia ſejungunt, quas nemo unquam cum exercitu ante eum [3] præter Herculem Grajum tranſierat ([4] quo facto is hodie ſaltus Grajus appellatur) Alpicos conantes prohibere [5] tranſitum concidit: loca patefecit, itinera muniit, [6] effecitque ut ea elephan-

bium lib. III. & Livium XXXI.

1 *Alpes.*] Quæ *Pœninæ* ab Hannibale denominatæ ſunt. *Plinius* lib. III. Nat. hiſt. cap. 17. Et Paulus Warnefridus lib. II. de geſtis Longobard. cap. 18. ait: Alpes *Appenninæ* dictæ ſunt à Punicis, hoc eſt, Hannibale & ejus exercitu. *Ernſt.* Rejecit tamen hanc opinionem Livius XXI. 38. *Boſius.*

2 *Quæ Italiam ab Gallia ſejungunt.*] Quum in promontorio quodam militibus ſuis oſtentabat. *Livius.* Apud Herodianum: μέσσα ἐκείνα ἔρη, ἃ οἵα ἂν ἄλλα ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς χῷ, ἐν τείχεσ χήμασι πρόκειται, ἃ προβέβληται Γαλλίας.

3 *Præter Herculem Grajum.*] Ammian. l. XV. *Primam* (per Alpes viam) *Thebanus Hercules, ad Geryonem exſtinguendum & Tauriſcum lenius gradiens, prope maritimas compoſuit Alpes.* Silius Ital.

Primus inexpertas adiit Tyrinthius arces.

Unde apud Livium ſe æmulum Herculis itinerum jactabat Hannibal. Herculi *res* ipſa *virtutis admirationem & immortalitatis fidem dedit*; ut loquitur Juſtinus; & *Annibalis per Alpes tranſitum in portento prope à majoribus habitum*, ſcribit Plinius. Ergo æmulus Herculis itinerum Hannibal, non tamen ut alter ab ipſo fuerit in tranandis Alpium montibus. Quod mendacio non carere tradidit Polybius, lib. III. *Keuchen.*

4 *Quo facto is hodie ſaltus Grajus.*] Ergo ab Hercule Grajo ſaltus Grajus, ſive Herculeus. Vide *Plin.* III. 17. & 20. Hereulis tranſitus multa veſtigia indicantur; Herculis Monœci portus, & harum Alpium nomen & Lepontii ita dicti creduntur, quod ab Hercule eo loco relicti fuerint. Auctor *Simlerus.* Ita Herculea via apud Ariſtotelem de admirandis, quæ ducit ex Italia per Galliam uſque ad Celtiberos. Et Alpium Grajæ fauces, quibus ipſum tranſiiſſe memorant Pœni. In Tungris adhuc Herculis veruſtiſſimum Sacellum, ut ſupra januam effigies oſtendit, & alia monumenta, quæ Herculem Grajum repræſentant. *Keuchen.*

5 *Tranſitum concîdit.*] Incredibili labore & induſtria. Quippe ad minuendam rupem, per quam via una eſſe poterat, ducti milites, cum cædendum eſſet ſaxum, arboribus circa immanibus dejectis ſtruem ingentem lignorum faciebant; eamque cum & vis venti apta faciendo igni coorta eſſet ſuccendebant, & ardentia ſaxa infuſo acero molliebant. *Livius.* Et hæc eſt illa via, ἣ χῆ νεῦ ἐξὶν ἐπὶ τὸ ἑῶν ἐλέφασιν, καὶ ἡμιόνοισι δίοδος Ἀννίβᾳ, ut tradit *Appianus.* Loquitur de Cremonis jugo, ubi transgreſſus Hannibal. Alii Penninum vocant, vel Pœninas. Sic Franciſcus I. Gallorum Rex, per eaſdem Alpes inuſitatum iter curulibus tormentis aperuit. *Jovius* in Leone X. Quales Turcæ in Germaniam irrumpentes anno Chriſti MCLXXXVII. *Sabellicus*, Ennead. X. 7. *Tranſitu* V.C. atque hoc melius: mox *Alpinos* malit Lambinus.

6 *Effecitque ut ea elephantus.*] T. Livius: *Ita torridam incendio rupem ferro pandunt, molliuntque anfractibus mediis clivos, ut non jumenta ſolum, ſed elephanti etiam deduci poſſent.* Mos præliandi cum elephantis, frequens antiquis Regibus. Hos contra Romanum exercitum primus in Lucania Pyrrhus Rex eduxit.

elephantus [1] ornatus ire poſſet, qua antea unus homo inermis vix poterat repere. [2] Hac copias traduxit, in Italiam-
4 que [3] pervenit. Conflixerat [4] apud Rhodanum cum P. Cornelio Scipione conſule, eumque pepulerat. [5] Cum hoc eodem

Poſtea Hannibal in Africa, Rex Antiochus in Oriente, Jugurtha in Numidia, copioſos habuerunt: adverſus quos diverſa ſunt excogitata arma. De elephanto enim ὅσῳ ἐς ἔργα καὶ ἀνδρῶν χειρίας, non χεῖρας, ut ſine ſenſu alii emendaverunt.

1 *Prætor factus eſt.*] Livius XXXIII. *Horum in tam impotenti regno (neque enim civiliter nimiis opibus utebantur) Prætor factus Hannibal, vocare ſe ad quæſtorem.* Juſtinus *conſulem* vocat lib. XXXI. Quod idem eſt. Nam à Pop. Carthaginienſi electus fuit Sufes. Sufes Pœnorum lingua ſummum magiſtratum denotat, quem conſtituebant Romæ Conſules, apud Pœnos Sufetes. Meminit Seneca lib. de Tranquil. cap. 3. *Non uis niſi Conſul, aut Prytanes, aut Ceryx, aut Sufes adminiſtrare Rempublicam.* Vide Feſtum, ad quem Scaliger vocem à שפט deducens, idem eſſe vult, quod Græcis ὄφορες, ſive ἐπόπλης aut ἐπίσκοπος. Quippe non amplam tantum dignitatem, qualis in ſummo magiſtratu, ἓν πάντες ὡς ἥρωα τιμῶσι. ſed & inſignem ſapientiam, qualis in magiſtratu eſſe debet, reſpicit. Inde Iuſtinus Hannibalem vocat virum ad proſpicienda, cavendaque pericula peritum; nec minus in ſecundis adverſa, quam in adverſis ſecunda cogitantem. lib. XXXI. *Keuchenius.*

2 *Poſtquam rex fuerat anno ſecundo & vigeſimo.*] His improprie dictis Regibus accenſeri poſſunt & filii quibus regium nomen datum à patribus regiam vim retinentibus. Talis is Darius fuit, quem pater Artaxerxes judicatum interfici juſſit. Plutarchus Artaxerxe. *Grotius.*

3 *Ut enim Romæ Conſules, ſic Carthagine quotannis annui bini reges creabantur.*] Quemadmodum Lacedæmoniis bini præfecti, mox bini Reges, nomine magis, quam imperio. Vide quæ ad *Ageſilaum* notata ſunt. Illud regimen multis gentibus commune. Apud Iberos bini deliguntur reges, alter qui jura dat, alter qui populis præeſt. Quod apud Achæos ſimile accepimus, ut binos prætores annuos ſibi præficerent, qui publicas res ſimul & judicia curarent: aliquando decem, quos δημιοργοὺς vocabant. *Alexand. ab Alexand.* III. 3. Sed aliquando judicum ordo præfuit, qui rerum & perſonarum jus habebant apud Carthaginienſes. Cæterum iſti Reges annui Sufetes quoque nominabantur. Ut parum abſit, quin iidem fuerint cum Prætoribus. Quemadmodum conſulatus & prætura, proprie imperia dicebantur apud Romanos. Sed notandum Pœnorum Duces Regis quoque titulo fuiſſe inſignitos. Quod ex Hannonis periplo liquet, cujus frons *Hannonis Carthaginienſium regis.* Similiter Imilco *Rex Carthaginienſium* apud Juſtinum & Oroſium. Quod ex perpetua plerunque auctoritate obtinuerunt. Unde Procopius lib. I. de bello Gothico dicit, barbaros duces ſuos, reges vocare. *Keuch.* Apud Carthaginienſes duo fuere Sufetes, id eſt, Judices, ſimiles Conſulibus Romanis, penes quos ſumma poteſtas in populum fuit, & plane regia, hoc uno dempto, quod duo eſſent; quem numerum binarium non admittit regius ſtatus, quia judicari à quoquam recuſat, qui ullum obtinet. At ubi duo ſunt poteſtate & imperio æquales, unus ab altero poſtulari capitis, & condemnari poteſt. Improprie itaque Probus Sufetes illos Carthaginienſes *Reges* appellavit annuos, quia ne reges eſſent, duabus his rebus efficiebatur, & quod annui, & quod bini. *Salmaſius.*

1 *Ex*

fuerat in bello. Namque effecit, [1] ex novis vectigalibus non ſolum ut eſſet pecunia, quæ Romanis ex fœdere penderetur, ſed etiam ſupereſſet, quæ in ærario poneretur. Deinde [2] anno poſt præturam, [3] M. Claudio, Lucio Furio Coſſ. Romani legati Carthaginem venerunt. Hos Hannibal ſui expoſcendi gratia miſſos ratus, priuſquam his ſenatus daretur, [4] navem conſcendit clam, atque [5] in Syriam [6] ad Antiochum profugit. Hac re palam facta Pœni naves duas, quæ eum comprehenderent, ſi poſſent conſequi, miſerunt; bona ejus publicarunt, domum à fundamentis disjecerunt; ipſum [7] exulem judicarunt. At Hannibal anno tertio, poſtquam domo profugerat, [8] L. Cornelio, Quinto Minu- 8

1 *Ex novis vectigalibus, non ſolum ut eſſet pecunia.*] Livius XXXIII. *Adjecit aliud, quod bono publico ſibi proprias ſimultates irritavit; vectigalia publica partim negligentia dilabebantur, partim prædæ ac diviſui principum, quibuſdam & magiſtratibus erant; quia & pecunia, quæ in ſtipendium Romanis ſuo quoque anno penderetur, deerat: tributumque grave privatis imminere videbatur. Hannibal poſtquam vectigalia quanta terreſtria, maritimaque eſſent, & in quas res erogarentur, animadvertit; & quid eorum ordinarii Reipubl. uſus conſumerent, quantum peculatus averteret; omnibus reſiduis pecuniis exactis, tributo privatis remiſſo; ſatis locupletem Rempubl. fore ad vectigal præſtandum Romanis, pronuntiavit in concione, & præſtitit promiſſum.* Lambin. Hinc orta Romæ eſt ab optimatum factione illa ſuſpicio contra Hannibalem; ut qui in pace res novas, & cum Antiocho ſecreta belli conſilia adverſum Romanos moliretur. *Keuchen.*

2 *Anno poſt præturam.*] Qui Urbis Cond. DLVIII. anno II. Olymp. CXLVI. Alii priori anno id accidiſſe volunt.

3 *M. Claudio, Lucio Furio Coſſ.*] M. Claudio Marcello, L. Furio Purpurcone. *Lambin.*

4 *Navem conſcendit clam.*] Inter Adrumetum & Thapſum, ubi erat in ſua tuti. Quo die Africa excedens in Cercinam inſulam trajecit. Poſtero Tyrum allabitur & excipitur à conditoribus Carthaginis. Lege de hac fuga ipſius Livium XXXIII. & Ciceronem II. de Oratore. Contigit illa M. Porcio Catone, L. Valerio Flacco Coſſ. *Keuch.*

5 *In Syriam.*] Antiochiam; quæ pars Syriæ Plinio, Melæ, & antiquis Geographis. Inde profectum Antiocham, Epheſi conſequitur, & ab eo benigne excipitur. Livius: *Epheſi regem eſt conſecutus, fluctuantem adhuc animo, incertumque de Romano bello: ſed haud parvum momentum animo ejus ad moliendum adventus Hannibalis fecit.* Videndus Juſtinus XXXI.

6 *Ad Antiochum.*] Magnum: Qui Seleuci Callinici filius. De quo ante dictum.

7 *Exulem judicarunt.*] *Dicarunt* eſt in membranis noſtris & Ultraj. fortaſſe verius, pro addixerunt, unum è tribus prætoris verbis, *do, dico, addico.* Schott. *Ipſum exulem judicarunt.*] Delituit in Mss. ſyllaba *ju*, ſcriptumque erat *dicarunt*, quod Schottus illico arripit exponitque *addixerunt.* At quis ita è Latio loquitur *addicere* vel *dicare exulem* pro exſilio multare? *Gebhard.*

8 *L. Cornelio, Q. Minutio Coſſ.*] L. Cornelio Merula, & Q. Minucio Thermo Coſſ. Is annus Urbis DLXI, primus Olympiadis CXLVII. *Chronol.*

Minutio Coſſ. [1] cum quinque navibus Africam acceſſit [2] in finibus Cyrenæorum, [3] ſi forte Carthaginienſes ad bellum Antiochi ſpe fiduciaque inducere poſſet, cui jam perſuaſerat, ut cum exercitibus in Italiam proficiſceretur. Huc [4] Magonem fratrem excivit. Id ubi Pœni reſciverunt, Magonem, [5] eadem qua fratrem, pœna affecerunt. Illi deſperatis rebus quum ſolviſſent naves, ac [6] vela ventis dediſſent, Hannibal ad Antiochum pervenit. De Magonis interitu duplex memoria prodita eſt. Namque alii naufragio, alii à ſervis ipſius interfectum eum, ſcriptum reliquerunt. [7] Antiochus autem ſi tam in agendo bello parere voluiſſet conſiliis ejus, quam in ſuſcipiendo inſtituerat, [8] propius Tiberi, quam Thermopylis de ſumma imperii dimicaſſet.

1 *Cum quinque navibus Africam acceſſit.*] Atqui non modo ipſe eo non acceſſit, ſed ne literas quidem mittere auſus eſt, ne quo caſu interceptæ, ejus conſilia patefacerent. Livius XXXIV. *Sententia ejus una atque eadem ſemper erat, ut in Italia bellum geretur; Italiam & commeatus & militem præbituram externo hoſti, ſi nihil ibi moveatur, liceatque P. R. viribus & copiis Italiæ extra Italiam bellum gerere: neque Regem, neque gentem ullam parem Romanis eſſe; ſibi centum tectas naveis, XVI. millia peditum, mille equites deposcebat: ea ſe claſſe primum Africam petiturum: magnopere confidere & Carthaginienſes ad rebellandum, ab ſe compelli poſſe; ſin illi cunctentur, ſe aliqua parte Italiæ bellum excitaturum Romanis.* Vide ſequentia. *Lamb.*

2 *In finibus Cyrenæorum.*] Qui & Cyrenenſes appellantur. Salluſtius in Jugurthino: *Qua tempeſtate Carthaginienſes pleraque Africæ imperitabant: Cyrenenſes quoque magni atque opulenti fuere.* Cyrene, Cyrenaïca, Africæ provincia Ptolemæo, unde Cyrenenſes, Cyrenæi.

3 *Si forte Carthaginienſes ad bellum Antiochi ſpe fiduciaque inducere poſſet.*] Quod multis modis, ac vario ſtrategemate apud Appianum induxit. Poſt crebros ad regem ſermones & conſilia, miſſus tandem Carthaginem Ariſto quidam ex comitibus ejus, qui clam nocte libellum veſtibulo curiæ affigeret, hac ſententia: Ὅτι πάντας ὁ Ἀντίοχος τοὺς βαλβιτὰς ὁπλίταις τῇ παλαίδι συμφράξει μετ' Ἀντιόχου. *Keuch.*

4 *Magonem fratrem excivit.*] Hoc verum eſſe non poteſt. Quippe Mago Hannibalis frater in prælio adverſus P. Quintilium Varum prætorem, & M. Cornelium proconſulem, in agro Inſubrium Gallorum vulnus accepit, ex quo interiit. *Livius* XXX.

5 *Eadem, qua fratrem, pœna.*] Bona ejus publicarunt, domum à fundamentis disjecerunt, ipſum exulem judicarunt. *Lambin.*

6 *Vela ventis dediſſent.*] Loquela Poëtica dictum. Virgil. non uno loco:

Vela damus ventis. —

7 *Antiochus autem ſi tam in agendo bello.*] Lege Livium XXXVI. Annalium: Ubi aperte oſtendit, Antiochum prævidiſſe, fieri poſſe; ut, quemadmodum quondam Lacedæmonii à Perſis circumventi fuerant: ſic ipſe à Romanis, callibus per invias rupes inventis, circumveniretur.

8 *Propius Tiberi, quam Thermopylis.*] De bello loquitur, quod adverſus Manium Acilium Glabrionem cum Scipione

micaſſet. Quem etſi [1] multa ſtulte conari videbat, tamen nulla deſeruit in re. Præfuit paucis navibus, [2] quas ex Syria juſſus erat in Aſiam ducere, hiſque adverſus Rhodiorum claſſem [3] in Pamphylio mari conflixit. Quo quum multitudine adverſariorum ſui ſuperarentur, ipſe quo cornu rem geſſit [4] fuit ſuperior. [5] Antiocho fugato, verens ne 9
dederetur, (quod ſine dubio accidiſſet, ſi ſui feciſſet poteſtatem) [6] Cretam ad Gortynios venit, ut ibi, quo ſe conferret, conſideraret. Vidit autem [7] vir omnium callidiſſimus, [8] magno ſe fore periculo, niſi quid prævidiſſet, propter avari-

Scipione Naſica Conſulem inſtruxit Antiochus. De quo conſulendus *Plutarchus* in Catone, *Juſtinus* XXXI. *Livius* XXXVI. *Frontinus* II. 4.

1 *Multa ſtulte conari.*] Ut exercitum conſcripſiſſe armis inauratis. Quo oſtenſo Hannibali, *Hicne*, inquit, *exercitus Romanis ſufficiet? Sufficiet*, reſpondit Pœnus, *vel maxime avaris.* Agell. ex veterum memoriis l. 5. cap. 5. Noct. Atticar. Huc quoque pertinet ſcomma alterum Hannibalis de Phormione Philoſopho, cujus ludum audiendi gratia ingreſſus erat, apud Tullium II. de Oratore. *Schott.*

2 *Quas ex Syria juſſus erat in Aſiam ducere.*] T. Livius libro XXXVII. *Itaque & Hannibalem in Syriam miſerat*, (Antiochus) *ad Phœnicum arceſſendas naves: & Polyænidam quo minus proſpere geſta res erat, eo eximia eas, quæ erant, reficere, & alias parare naves juſſit. Ipſe in Phrygia gubernavit.* Lambin.

3 *In Pamphylio mari.*] Idem Livius eodem libro: *In confinio Lyciæ & Pamphyliæ Phaſelis eſt: prominet penitus in altum, conſpicitur que prima terrarum, Rhodum à Cilicia petentibus, & procul navium præbet proſpectum. Eo maxime, ut in obvio claſſi hoſtium eſſent, electus locus eſt.* Lambin. Unde *Phaſelicum mare* vocat Euſtathius, ab adjacente Urbe.

4 *Fuit ſuperior.*] Diſſentit parum Livius XXXVII. Vide ipſum. Ubi fuſe utramque claſſem deſcribit.

5 *Antiocho fugato.*] In Aſiam, à Glabrione victus. Juſtin. 31. Contigit illud M. Acilio Glabrione, & P. Corn. Scipione Naſica Coss. Is annus U. DLXIV. *Keuchen.*

6 *Cretam ad Gortynios venit.*] Juſtinus 32. *Namque Hannibal, cum ab Antiocho Romani inter cæteras conditiones pacis deditionem ejus depoſcerent, admonitus à rege, in fugam verſus Cretam defertur.* Gortynii vero ſunt Cretæ incolæ. Stephanus de Urbibus: Γόρτυν πόλις Κρήτης, id eſt, *Gortyn*, ſeu, ut Latini appellant, *Gortyna*, urbs Cretæ. Plinius lib. IV. cap. 12. Cretæ oppida maxime inſignia enumerat; refert autem Gortynam inter eas, quæ in Mediterraneo ſitæ ſunt. *Lambin.*

7 *Vir omnium callidiſſimus.*] De callido hoc Annibalis, aſtutoque conſilio, quo inſidias avarorum Cretenſium eluſit, Jul. Frontinus, Polyænus, & Juſtinus 52. extremo. Sic Pœnus corvos deluſit hiantes, ſalvuſque evaſit, ut Mithridates Ponti rex fugiens, Romanos perſequentes auro ſparſo dilapſus decepit. Et caſtor Ponti animal venatorum inſidias ſectis ſibi verendis effugere fertur. Auctor Plinius & Ælianus. *Schott.*

8 *Magno ſe fore periculo.*] Sic è duobus Mſs. legit Schoppius Veriſimil. IV. 14. Alii *in periculo.* Boſius. Nimirum vitæ ipſius, opibus enim occiſo exule inhiabant. Juſtinus ibidem: *Ibi cum*

avaritiam Cretenſium. Magnam enim ſecum pecuniam portabat, de qua ſciebat exiſſe famam. Itaque capit tale conſilium. Amphoras complures complet plumbo, ſummas operit auro & argento. [1] Has Gortyniis præſentibus [2] deponit in templo Dianæ, ſimulans ſe ſuas fortunas illorum fidei credere. [3] His in errorem ductis, [4] ſtatuas æneas, quas ſecum portabat, omnes ſua pecunia complet, eaſque in propatulo domi abjicit. Gortynii templum magna cura cuſtodiunt, non tam à cæteris quam ab Hannibale, ne quid illo inſcientibus his tolleret, ſecumque aſportaret. Sic conſervatis ſuis rebus Pœnus, illuſis Cretenſibus omnibus, [5] ad Pruſiam in Pontum pervenit: apud quem eodem animo fuit

diu quietam vitam egiſſet, invidioſumque ſe propter nimias opes videret. Gebh.

1 *Has Gortyniis præſentibus.*] Probo quod in Msc. Leidenſi legitur; *has præſentibus principibus:* Quomodo & Codex Boecleri legit, niſi quod pro *has* corrupte *his* habet. *Principibus* intellige civitatis Gortynæ. Ei voci adſcripſerat aliquis in margine, *Gortyniis*; quod poſtea in textum irrepſit, ejecta genuina voce. *Boſius.*

2 *Deponit in templo Dianæ.*] Juſtinus: *Amphoras plumbo repletas in templo Dianæ, quaſi fortunæ ſuæ præſidia deponit.* Simile Plauti illud in Bacchid. Sc. *Ibo.*

Nec apud Theotimum omne aurum deponimus,
Qui illic ſacerdos eſt Dianæ Epheſiæ.

Morem autem in fanis theſauros reponendi reperies ſupra quoque in Ariſtide. Cæſar 3. de B. G. *Epheſi à fano Dianæ poſitas antiquitas pecunias Scipio tolli jubebat.* & lib. 7. de B. G. *Pecuniæ à municipiis exiguntur & à fanis tolluntur.* Lege de hoc ritu Alexandrum ab Alexandro lib. 1. 2. Joan. Brodæum IV. Miſcell. 17. & Ferrandum. *Schottus.*

3 *His in errorem ductis.*] Non male Cod. Boecleri, *inductis.* Boſius. Juſtinus: *Atque ideo nihil de illo ſollicita civitate, quoniam velut pignus opes ejus habebat.* Gebhard.

4 *Statuas æneas, quas ſecum portabat, omnes ſua pecunia complet.*] Juſtin. *Auro ſuo inſtatuis, quas ſecum portabat, infuſo, ne conſpectæ opes vitæ nocerent.* Idem.

5 *Ad Pruſiam in Pontum pervenit.*] Vide Ciceronem 11. de Divinat. Valer. Max. III. 7. Juſtin. XXXII. Memnon de illo Pruſia: Μετὰ δὲ ἄλλων ἔθνη Κίερον πόλιν Ἡρακλεωτῶν ἔσαν ὑφ' ἑαυτὸν ἐθέτο τῇ πολέμῳ αὐτὴ Κίερον Προυσιάδα μετώνομασε. Vocat ille Κίερον quam alii Κίον. Sed Κίεον puto ſcribendum. Sic & Τίεον dixere oppidum Τίον. Cæterum is Pruſias fuit, qui Hannibalem hoſpitio receperit. Inde eſt fortaſſe, quod Plinius Pruſam ſub Olympo ab Hannibale conditam dicit. Sed illa Pruſa Olympica prorſus alia eſt à Pruſiade. Et fortaſſe, an quidam ſcripſerint, Pruſiadem ab Hannibale conditam, & Pruſiadem nominatam in honorem Pruſiæ, à quo receptus fuerat. Pruſam autem Plinius cum Pruſiade conjungit. Nam Pruſa ſub Olympo longe antiquior Hannibale, vel illo Pruſia, utpote, quam à quodam Pruſia poſitam velint, qui adverſus Cræſum bellavit. Κτίσμα Προυσίου τοῦ πρὸς Κροῖσον πολεμήσαντος fuiſſe, dicit Strabo. Quoniam Cios vocabatur etiam Pruſias, ideo cives ejus ab aliis Κιανοί, ab aliis Προυσιεῖς appellabantur. Plinius: *A Cio intus in Bithynia,*

fuit erga Italiam: neque aliud quicquam egit quam'regem armavit & excitavit adverſus Romanos. Quem quum videret domeſticis rebus minus eſſe robuſtum, conciliabat cæteros reges, adjungebatque bellicoſas nationes. Diffidebat ab eo [2] Pergamenus rex Eumenes [3] Romanis amiciſſimus, [4] bellumque inter eos gerebatur & mari & terra. Quo magis cupiebat eum Hannibal opprimi: ſed utrobique Eumenes plus valebat propter Romanorum ſocietatem. Quem ſi removiſſet, f- iliora ſibi cætera fore arbitrabatur. Ad hunc interficiendum, talem iniit rationem. [5] Claſſe paucis diebus erant decreturi. Superabatur navium multitudine; [6] dolo erat pugnandum, quum par non eſſet armis. Im-

nia, Pruſa ab Hannibale ſub Olympo condita. Idem eſt, ac ſi dixiſſet, à Pruſiade intus in Bithynia Pruſa. Chronicon Euſebii conditam refert circa Olympiadem xxxvii. Quod immaniter longe eſt à temporibus Hannibalis, propius abeſt ab ævo Crœſi, quo fertur condita Pruſa ſub Olympo. Sic Pruſiadem cum Pruſa confundit, ut alii plerique. *Salmaſius.*

1 *Regem armavit & excitavit.*] Male ſequitur illud *excitavit* natura prius. Quare conſideranda lectio à Schotto ex Ultrajectinâ eruta *exercuit*. Quia viderat regem longa pace deſidem & inſuetum bello, exercitio firmare conſtituit. Conjungit quoque armationem & exercitationem militum Diodor. lib. xvi. de Philippo. Τὰς δὲ φαλαγγικὰς τάξεις ἐπὶ τὸ κρεῖττον διορθωσάμενος καὶ τοὺς ἄνδρας τοῖς πολεμικοῖς ὅπλοις δεόντως κατασκευάσας συνεχῆ ἐξοπλισίας μὲ καὶ γυμνασίαις ἐναγωνίοις ἐποιεῖτο. Vide Florum lib. ii. cap. v. *Gebhard.* Sed legendum fortaſſe, *animavit & excitavit*, facili literarum commutatione deceptis librariis.

2 *Pergamenus Rex Eumenes.*] A quo membranas primum repertas, teſtimonio Varronis refert Plinius. *Salmaſius.* Ergo Pergamenus, quaſi a Pergamena, ſive membrana. Falſum: Verba Strabonis xiii. *Ex Eumene natus eſt Eumenes de patrio nomine. Is Pergami ſucceſſionem habuit, & jam loca circumcirca tenebat, unde apud Sardes Antiochum Seleuci filium ſuperavit, cum eo congreſſus.* Sic *Attalus Rex Pergamenorum, regis Eumenis filius*, apud Florum ii. 20.

3 *Romanis amiciſſimus.*] Unde eum φιλορώμαιον cognominat Plutarch. in Catone. Ita Florus, *ſocium & commilitonem Pop. Romani.* ii. 20. Valerius Maximus: *Aſiæ rex Eumenes, amantiſſimus noſtræ Urbis.* Vide reſponſum cujuſdam ad Catonem apud eundem Plutarchum. *Kenchen.*

4 *Bellumque inter eos gerebatur & mari & terra.*] Meminit iſtius Juſtinus, xxxii.

5 *Claſſe paucis diebus erant decerturi.*] Gifanii & Schotti Codices ingerunt *decreturi*: quod negligere vim eſt facere elegantiſſimo Scriptori. Lucret. lib. v.

Tantum ſpirantes æquo certamine bellum
Magnis de rebus inter ſe cernere certant.

Medea Enniana:

Ter ſub armis malim vitam cernere
Quam ſemel modo parere.

Curt. lib. iii. cap. 5. *Darius nunciata Memnonis morte haut ſecus quam par erat, motus, omiſſa omni alia ſpe ſtatuit ipſe decernere.* Gebhard.

6 *Dolo erat pugnandum, quum par non eſſet armis.*] Hoc ex Lyſandri ſententia,

[1] Imperavit quamplurimas venenatas ſerpentes vivas colligi, eaſque in vaſa fictilia conjici. [2]Harum quum confeciſſet magnam multitudinem, die ipſo quo facturus erat navale prælium, claſſiarios convocat, hiſque præcipit, [3] omnes ut in unam Eumenis regis concurrant navem, à cæteris tantum ſatis habeant ſe defendere: id facile illos ſerpentum multitudine conſequuturos. Rex autem, qua nave veheretur, ut ſcirent, ſe facturum: quem ſi aut cepiſſent aut interfeciſſent, magno his pollicetur præmio
11 fore. Tali cohortatione militum facta, claſſis ab utriſque in prælium deducitur. Quarum acie conſtituta, priuſquam ſignum pugnæ daretur, Hannibal, ut palam faceret ſuis quo loco Eumenes eſſet, tabellarium in ſcapha [4] cum caduceo mittit. Qui ubi ad naves adverſariorum pervenit, epiſtolam

qui dicere ſolebat: Ubi leonina pellis non ſufficeret, vulpinam eſſe adhibendam. *Lambinus.* De aliis lege Grotium lib. III. cap. I. De Jur. Bell. & Pac.

1 *Imperavit quamplurimas venenatas ſerpentes vivas colligi, eaſque in vaſa fictilia conjici.*] Vide Juſtin. lib. XXXII. cap. 4. *Frontinum* lib. IV. Strategem. cap. 7. *Sævaro. Galenum* De Theriaca ad Piſonem, & alios. Serpentum loco alii alias feras venenatas adhibuerunt, quales *nepæ*, *ſcorpiones*, & id genus. Jam ne incedere in naves poſſent, etiam *muvices* in eas conjectabant, uti Leo teſtatur. Sunt autem murices ferramenta cuſpidata, & quocunque modo jactes, mucronem ſurſum erigentia, & morantia curſum. Cæſar apud Actium *ollulas carbonum piciſque* plenas eminus in adverſas naves tormentis ejaculavit, teſte Dione lib. II. Leo autem præcipit, ut *calce vivæ* repleantur: pulvis enim è confractis vaſibus emiſſus ſuffocare ſolet, ſpiritumque intercludere. Callinicus Syrus, qui vixit tempore Conſtantini Pogonati, apud Zonaram ignem Græcum invenit, quo Cretenſium naves viginti ſine labore combuſſit. Nicetas: Τότε καὶ τὸ ὑγρὸν ἐπινενίκηκε πῦρ, Καλλινίκου τινὸς ἀρχιτέκτονος ὑπὸ Συρίας ἐλθόντος πρὸς τὸ βασίλειον ἄρχοντος, καὶ τοῦτο κρίναντος. Tom. III. Meminit ejus Cedrenus & alii veterum. Simile quid de Piſiſtrato Rhodiorum navarcho commemorat Suidas in πυροφόρος κήμος. Sed ad Hannibalis conſilium proxime acceſſerunt Atreni in obſidione Severianorum. Lege Herodianum libro III. *Keuchen.*

2 *Harum cum confeciſſet magnam multitudinem.*] Quarum ſerpentium cum magnam vim redegiſſet in unum. Cæſar lib. I. de Bell. Gall. *Hos poſſe conficere armata millia centum.* Id. lib. I. Civil. cap. 24. *Servos, paſtores armat; atque his equos attribuit, ex iis circiter trecentos equites conficit.* Gebh.

3 *Omnes ut in unam Eumenis regis concurrant navem.*] Nam nave Prætoria depreſſa aut ſuperata, ac rege ipſo occiſo confundi ac turbari poſſe totam claſſem ſperabat. Cæteras vero nolebat adoriri, quia ſuperiores erant, & ne illarum mora Eumenes ſpatium effugiendi nanciſci poſſet. *Idem.*

4 *Cum caduceo mittit.*] Tabellarium cum caduceo, id eſt, κήρυκα. Nam caduceum appellant Latini, quod κηρυκεῖον

ſtolam oſtendens, ſe regem profeſſus eſt quærere. Statim ad Eumenem deductus eſt, quod nemo dubitabat aliquid de pace eſſe ſcriptum. Tabellarius ducis nave declarata ſuis, eodem unde ierat, ſe recepit. At Eumenes ſoluta epiſtola nihil in ea reperit niſi quod [1] ad irridendum eum pertineret. Cujus etſi cauſam mirabatur, neque reperiebatur: tamen prælium ſtatim committere non dubitavit. Horum in concurſu, Bithyni Hannibalis præcepto univerſi navem Eumenis adoriuntur: quorum vim quum rex ſuſtinere non poſſet, fuga ſalutem petiit: quam conſequutus non eſſet, niſi intra ſua præſidia ſe recepiſſet, quæ in proximo littore erant collocata. Reliquæ Pergamenæ naves quum adverſarios premerent acrius, repente in eas vaſa fictilia (de quibus ſupra mentionem fecimus) conjici cœpta ſunt. Quæ jacta initio riſum pugnantibus excitarunt. Neque quare id fieret, poterat intelligi. Poſtquam autem naves completas conſpexerunt ſerpentibus, nova re perterriti, quum quid potiſſimum vitarent non viderent, [2] puppes averterunt, ſeque ad ſua caſtra nautica retulerunt. [3] Sic Hannibal conſilio arma Pergamenorum ſuperavit. Neque tum ſolum, ſed ſæpe alias pedeſtribus copiis pari prudentia pepulit adverſarios. Quæ dum in Aſia geruntur, accidit caſu, ut legati Pruſiæ Romæ apud [4] L. Quinctium Flaminum 12

κέιον Græci; converſo ρ in *d*. Niſi etiam Latine dici, & ſcribi debet *carucum*. Quod doctis quibuſdam videtur. *Lamb.* Unde caducei origo diſces ex Plinio XXIX. 3. Servio ad IV. & VIII. Æneid. *Grotius.*

1 *Ad irridendum eum.*] Licebat dicere; *ad ſe irridendum.* Sic ſupra non ita longe dixit: *Gortynii templum magna cura cuſtodiunt, non tam à cæteris, quam ab Hannibale; ne quid ille inſcientibus illis tolleret.* Licebat enim ita loqui: *Ne quid ille ſe inſcientibus tolleret.* Lamb.

2 *Puppes averterunt.*] Hoc eſt, πρύμναν ἐπρόσαντο. Male Lambinus *advertunt*: quaſi proræ potius ſint advertendæ fugientibus, quam puppes. *Gronovius.* Meminit Schefferus lib. III. cap. 4. De Militia Navali.

3 *Sic Hannibal conſilio.*] Στρατηγήματι. Eſt enim vox media. Hinc *callidum conſilium*, ut *dolus* bonus ac malus, *fortuna, pharmacum, valetudo.* Sic Græcis φρόνησις & βελή. *Schott.*

4 *L. Quinctium Flamininum.*] Alii *Flaminium.* Idem ſupra notatum. Lege *Titum Quinctium*, non *Lucium.* Ita Livius, Plinius de Vir. Illuſtr. Plutarchus pro *Quinctio*, *Quintum* habet; prænomen ſcilicet, pro nomine. Quod librariorum culpa factum arbitror. *Mag.*

1 Con-

mininum [1] conſularem cœnarent: Atque ibi de Hannibale mentione facta, ex his unus diceret, eum in Pruſiæ regno eſſe. Id poſtero die Flamininus ſenatui detulit. Patres conſcripti, qui Hannibale vivo nunquam ſe ſine inſidiis futuros exiſtimabant, legatos in Bithyniam miſerunt, [2] in his Flamininum, qui à rege peterent ne inimiciſſimum ſuum ſecum haberet, ſibique dederet. [3] His Pruſias negare auſus non eſt. Illud recuſavit, ne id à ſe fieri poſtularent, [4] quod adverſus jus hoſpitii eſſet: ipſi ſi poſſent, comprehenderent: locum ubi eſſet, facile inventuros. Hannibal enim uno loco ſe tenebat, in caſtello quod ei ab rege datum erat muneri, idque ſic ædificarat, [5] ut in omnibus partibus ædificii exitus haberet, ſemper verens ne

1 *Conſularem.*] Vulgati, *Conſulem.* Sed editio Pariſina, *Conſularem.* Cui adſentior. *Keuchen.* Conſul fuit bello Philippico, quod fuit bello Antiocho ſuperius. *Lambin.*

2 *In his Flamininum.*] *Luciumne*, an *Titum*? Titum opinor, idque auctorem Livium ſecutus. Sic enim ille libro 39. Annal. *Ad Pruſiam regem legatus T. Quintius Flamininus venit, quem ſuſpectum Romanis, & receptus poſt fugam Antiochi Hannibal, & bellum adverſus Eumenem motum faciebat.* Idem.

3 *His Pruſias negare auſus non eſt.*] Ne ob perfugam defenſum in diſcrimen armorum Romanorum veniret. Varro περὶ ἐξαγωγῆς apud Nonium: *Quærit ibidem ab Annibale, cur biberit medicamentum? Quia Romanis*, inquit, *Pruſiades me tradere volebat.* Gebh. Bernecc.

4 *Quod adverſus jus hoſpitii eſſet.*] Hoc erat ἀφοσιώσεως χάριν, id eſt, dicis cauſa, jus hoſpitii ſervare. Nam ſi Pruſias revera nihil adverſus jus hoſpitii facere vellet, Hannibalem omnibus modis tueri & defendere debebat. Niſi forte quis dicat, Pruſiam eo nihil contra jus hoſpitii commiſiſſe, quod Hannibalem, quantum in ipſo fuerit, defenderit: Romanorum autem eum exopibus obſiſtere non potuiſſe. Sed non congruunt inter ſe Probus & Livius. Sic enim Livius eodem loco: *Ibi ſeu quia à Flaminino inter cætera objectum Pruſiæ erat, hominem omnium, qui viverent, infeſtiſſimum P. Romano, apud, eum eſſe: qui patriæ ſuæ primum, deinde factis ejus opibus, Antiocho regi auctor belli adverſus P. Romanum fuiſſet: ſeu, quia ipſe Pruſias, ut gratificaretur præſenti Flaminino, Romaniſque, per ſe necandi, domum Hannibalis cuſtodiendam miſſi ſunt. Semper talem exitum vitæ ſuæ Hannibal proſpexerat animo, & Romanorum inexpugnabile odium in ſe cernens, & fidei regum nihil ſane confiſus: Pruſiæ vero levitatem etiam expertus erat: Flaminini quoque adventum, velut fatalem ſibi, horruerat.* Lambin.

5 *Ut in omnibus partibus.*] Livius: *Ad omnia undique inſiſta ut iter ſemper aliquod præparatum fugæ haberet, ſeptem exitus è domo fecerat; & in iis quoſdam occultos, ne cuſtodia faciendi exirentur. Sed gratæ imperium regum, nihil exploratum, quod veſtigari volunt, efficit. Totius circuitum domus ita cuſtodiis complexi ſunt, ut nemo inde elabi poſſet.* Idem. Tradit Plutarchus, ſeu quiſquis auctor vitæ Hannibalis; locum, in quo diverſabatur Hannibal, in vico Bithyniæ Lybiſſam fuiſſe. *Magius.*

1 Quam

ne uſu veniret, quod accidit. Huc quum legati Romanorum veniſſent, ac multitudine domum ejus circumdediſſent; puer ab janua proſpiciens, Hannibali dixit plures præter conſuetudinem armatos apparere. Qui imperavit ei, ut omnes fores ædificii circumiret, ac propere ſibi renunciaret, num eodem modo undique obſideretur. Puer quum celeriter, quid eſſet renunciaſſet, omneſque exitus occupatos oſtendiſſet, ſenſit id non fortuito factum, ſed ſe peti, neque ſibi diutius vitam eſſe retinendam; [1] quam ne alieno arbitrio dimitteret, memor priſtinarum virtutum, [2] venenum, quod ſemper ſecum habere conſueverat, ſumpſit. Sic vir fortiſſimus, multis variiſque perfunctus laboribus, [3] anno acquievit ſeptuagiſimo. * Quibus conſulibus 13

1 *Quam ne alieno arbitrio dimitteret.*] Admodum congruè P. Syrus:

Bis emori eſt alterius arbitrio mori.

Et in contrarium idem:

Miſerrima vita eſt arbitrio alterius vivere.

Gebhard.

2 *Venenum, quod ſemper ſecum habere conſueverat.*] Sub anuli gemma. *Scripter* de Vir. Illuſtr. *Plutarch. Eutrop.* IV. *Oroſius* IV. 20. Valerius lib. 9. cap. 2. Varro in Fragmentis. Quo loco ait lapidibus obrutum fuiſſe à Carthaginienſibus ob rem male geſtam. De morte Veteres non conſentiunt. Sunt qui cruci affixum volunt. *Livius* IX. Sed ille de veneno etiam alibi non diſſentit. Ergo is alius Hannibal, quod non diſtinxit ad Salluſtium ſuum vir doctus. Plerique tamen in venenum conveniunt, verum diverſo modo. Tradit Appianus in Syriacis, illud juſſu Flaminini per Pruſiam Hannibali fuiſſe oblatum, addito quodam oraculo: Λίβυσσα κρύψε βόλος Ἀνν[ί]βα δέμας. Unde putabat ille ſe in Africa moriturum. Quod de Libyſſo Bithyniæ fluvio accipiendum, à quo campus Libyſſus. Alias opiniones de morte ejus refert Plutarchus. Nonnulli volunt, à ſervo interfectum. Sunt qui tauri ſanguinem hauſiſſe volunt, idque exemplo Midæ & Themiſtoclis. Alii alia. Plerique de annulo congruunt, qui inde apud Satyricum,

Cannarum vindex, ac tanti ſanguinis ultor.

Cæterum in arca lapidea, quæ cadaver aſſervabat, talis erat inſcriptio:

HANNIBAL HIC SITVS EST. *Kench.* Diſceſſit autem teſte Livio hoc elogio: *Solvamus diuturna cura populum Romanum, quando mortem ſenis exſpectare longum cenſet.* Schottus. Vide Bellonium, de Operibus antiquiſſ. libro 1. cap. 33. Hoc in laude poſitum Veteribus, & index habebatur animi vere Heroici, ſi ita ſe ſervituti aut contumeliæ hoſtium ſubducerent. Sic Cato imminentem Cæſarem eluſit. His verbis: *Quoniam deploratæ ſunt res generis humani, Cato deducatur in tutum.* Scipio Pompeji ſocer ferro ſe transverberavit & interrogantibus ubi Imperator eſſet. *Imperator*, inquit, *bene ſe habet.* Sic & Cleopatra admotis viperis mortem ſibi conſcivit.

3 *Anno acquievit ſeptuageſimo.*] Qui Urbis conditæ DLXXI. Olymp. CXLIX. anno III. *Livius.* Quo Conſules erant Romæ, Q. Fabius Labeo, & M. Claudius Marcellus. Alii Hannibalem anno ætatis ſuæ LXIII. completo interiiſſe volunt.

ſulibus interierit[1], non convenit. Namque[2] Atticus, M. Claudio Marcello, & Q. Fabio Labeone Coſſ. mortuum, in annali ſuo ſcriptum reliquit: at Polybius, [3] L. Æmilio Paulo, & Cn. Bæbio Tamphilo: Sulpitius autem P. Cornelio Cethego, & M. Bæbio Tamphilo. atque hic tantus vir, tantiſque bellis diſtrictus, nonnihil temporis tribuit literis. Namque aliquot ejus libri ſunt Græco ſermone confecti. In his ad Rhodios [4] de Cn. Manlii Vulſonis

volunt. *Encholcer.* XVII. poſt finem belli cum Scipione. *Inſignis hic annus trium toto orbe maximorum Imperatorum mortibus fuit, Hannibalis, & Philepœmenis, & Scipionis Africani.* Juſtinus, XXXII.

Acquievit.] Κατ' εὐημερίαν mortuus eſt. Ita Græci: Herodian. de Exceſſu Marci. Ὁ μὲν, inquit, τοιοῦτός τε ἦν ἡμέρας ἐπιδιώσας μιᾶς, ἀνεπαύσατο. Val. Max. lib. IX. cap. XII. *Innixuſque genibus compreſſo ſpiritu, interipſas cuſtodum manus, inq; conſpectu ſummi imperii, exoptata ſecuritate acquievit.* Ita lego. *Gebhard.*

1 *Quibus Conſulibus interierit, non convenit.*] Omnis annorum ſupputatio, quam de morte Hannibalis infert Nepos, triennii ſpatio inter ſe diſcordat. Res clara, quemadmodum ex conſulatibus ſubſequis videre eſt. M. Claudius Marcellus & Q. Fabius Labeo Conſules fuerunt anno ab U. C. Id LXX. Sequenti anno Conſulatum ingreſſi L. Æmilius Paulus & Cn. Bæbius Tamphilus. Inde Cn. Cornelius Cethegus, & M. Bæbius Tamphilus, vel, ut alii, Pamphilus.

2 *Atticus.*] Qui annorum ſeptingentorum memoriam uno libro colligavit, ut ſcribit Cicero de Orat. Sed videtur hoic legendum *Attius.* Scripſit enim Attius annalium libros aliquot. Feſtus in voce *Metelli: Metelli dicuntur in re militari, quaſi mercenarii. Attius Annalium viceſimo ſeptimo. Calones, famulique, calculæque.* Commemorat & Tullius libro I. de Legibus: *Num quid Attium commemorem? cujus loquacitas habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia.* Vide eundem pro Archia poëta & Solinum cap. 2. *Lambin. Savaro.* Plura Voſſius libro I. cap. II. de Hiſt. Latinis.

3 *L. Æmilio Paulo, & Cn. Bæbio Tamphilo.*] Ita legendum. Non ut vulgo, *Pamphilo.* Lamb. Sic etiam in ſequenti. Quod genuinum ejus cognomen, ut ad Livium probat ex lapidibus Capitolinis *Sigonius.* Schott. Mag. Sic in Attico, domus *Tamphiliana*, pro *Pamphiliana.*

4 *De Cn. Manlii Vulſonis in Aſia rebus geſtis.*] Sic legendum, ut indicant Faſti. Habuit autem hic collegam M. Fulvium Nobiliorem. Commemorat eum Livius XXXVIII. Annalium. *Lamb. Mag.* Aſia illi ſortitione evenerat, ut collegæ M. Fulvio Nobiliori Ætolia ceſſerat anno Urbis conditæ Id LXIV. Hic Cn. Manlius cum Epheſum veniſſet, Gallis Aſiaticis bellum, quod eos Antiochum auxiliis juviſſe diceret, movit, atque ad ſingula eorum oppida, Attalo rege ducente, arma circumtulit. M. Fulvius vero Ambraciam expugnavit, pacem eis dedit, & Cephalleniæ inſulæ. Triumphavit uterque, ſed S. P. Q. R. ingratiis, triumpharunt tamen Fulvius quidem de Ætolis, Vulſo vero de Gallis, qui Aſiam incolebant, Aſia devicta, luxuriam Aſiaticam in triumphum duxit. Plura Livius, Plinius (qui lib. XXXIV. annum Urb. conditæ numerat Id LVIII. qui tamen in Faſtis eſt Id LXVI.) Florus II. II. Rufus Feſtus in Breviario. *Schott.*

1 *Hujus*

ſonis in Aſia rebus geſtis. [1] Hujus bella geſta multi memoriæ prodiderunt: ſed ex his duo qui cum eo in caſtris fuerunt, ſimulque vixerunt quam diu fortuna paſſa eſt, Philinus, & [2] Soſilus Lacedæmonius. Atque hoc Soſilo Hannibal [3] literarum Græcarum uſus eſt doctore. [4] Sed nos tempus eſt [5] hujus libri facere finem, & Romanorum explicare imperatores, quo facilius collatis utrorumque factis, qui viri præferendi ſint, poſſit judicari.

1 *Hujus bella geſta.*] Pro *bella* Mss. Boecleri *belli*. Ampliſſimus Buchnerus hanc vocem ſupervacuam exiſtimabat, ac Nepotem ſcripſiſſe, *Hujus geſta*; quomodo ſupra in Dat. loquutus eſt, & alii paſſim. *Boſius.*

2 *Soſilus.*] Legendum fortaſſe eſt, *Soſibius*. Commemorat enim Soſibium quendam grammaticum Laconem Suidas, his verbis: Σωσίβιος, Λάκων γραμματικός. Sed malim legi *Soſilus*. Quamvis enim mihi hic Soſilus ſit ignotus, hoc nomen tamen Græcis notiſſimum eſt, & facilior fit mutatio *Soſili* in *Soſilum*, quam in *Soſibium*. Lamb. Clariſſimus & amiciſſimus Voſſius mihi ex Diodoro Siculo indicavit, verum nomen eſſe Sosilvs. Et alibi laudat verba Polybii: Περὶς μὲν τὸν τοιαῦτα τῶν συγγραμμάτων, οἷα γεγράφε Χαιρέας Σώσιλος, οὐδὲν ἂν δέοι πλέον λέγειν. Οὐ γὰρ ἱστορίας, ἀλλὰ κυβερνήσεως ἢ παιδήμων λαλιᾶς, ἐμοίγε δοκεῖσι τάξιν ἔχειν καὶ δύναμιν. Idem pro *Philænius* emendat *Philinus* auctoritate Polybii l. I. & III. nec non Diodori Siculi, apud quem libro XXIII. & in Eclogis vocatur Φιλῖνος. *Gebhard.*

3 *Literarum Græcarum uſus eſt doctore.*] Nam Græce etiam locutum, lepide ait Lucianus τῶ πρεσβυτῶν Dialog. XII. *Schott.*

4 *Sed nos tempus eſt.*] Vulgati: *nunc tempus eſt*. Extrema hac vita Nobiliſſ. Barthius legebat, *cui utri*; vel, *qui utrius*; aut, *quis utri præferendi ſint*. Boſius.

5 *Hujus libri facere finem.*] Diviſerat enim Probus opus ſuum in duos libros, ſive duo volumina: etſi in præfationis calce, libro tam Græcorum Imperatorum, quam Romanorum ſe expoſiturum dixerit. Siquidem eo in loco librum, non pro operis parte, ſed pro toto opere accipit. *Mag.*

M. PORCIUS CATO, EX LIBRO SECUNDO CORNELII NEPOTIS.

1 [1]CATO [2] ortus municipio Tuſculo, adoleſcentulus, priuſquam honoribus operam daret, [3] verſatus eſt in Sabinis; [4] quod ibi heredium à patre

1 CATO.] M. Porcius Cato, natus M. Æmilio Lepido, M. Poblicio Malleolo Coſſ. Sic enim ipſe apud Ciceronem in libro de Senectute: *Anno poſtquam primum Conſul fuerat Q. Fabius Maximus Verrucoſus, qui Tarentum recepit, ego natus ſum.* Alii DXIX. anno natum putant L. Poſtumio Albino, Sp. Carvilio Maximo Coſſ. In iis Carol. Langius: Legitque; *Anno poſt, Conſul primum fuerat, quam ego natus ſum.* Schott. De CATONE *Aur. Victor de viris illuſtr. cap.* 47. & paſſim *Livius, Valerius Max. Frontinus*, alii: è junioribus Voſſius de hiſt. Lat. 1, 5. Characterem animi habes apud Livium 39, 40. ejuſque imaginem hac forma expreſſam exhibent Imagines Urſini num. 116.

Apud Fulvium Urſinum in Gemma.

2 *Ortus municipio Tuſculo.*] Sic Plutarchus in vita; Μάρκῳ δ' Κάτωνί φασιν ἀπὸ Τέσκλης τὸ γένος εἶναι. M. Tullius in Planciana: *Num, quando vides Tuſculanum aliquem de M. Catone illo in omni virtute principe, num de T. Coruncanio municipe ſuo, num de tot Fabiis gloriari?* Lamb. Auctor de Vir. Illuſtr. *M. Porcius Cato, genere Tuſculanus.* Val. Maximus III. 4. *M. Porcius Cato, qui nomen ſuum Tuſculi ignobile, Romæ nobiliſſimum reddidit.* Vide Tacitum lib. XI. Ergo ortu Tuſculanus, civitate Romanus. Altera erat loci patria, altera juris. *Keuchen.*

3 *Verſatus eſt in Sabinis.*] Plutarch. Διαίταν δὲ βίον ἔχειν περὶ τὰ ἐργάτεια καὶ τὰ πολιτεύεσθαι, ἐν χωρίοις παλαιοῖς τοῖς Σαβίνων. *Lamb.*

4 *Quod ibi heredium.*] Scriptus li-

ber

[1] à patre relictum habebat. [2] Hortatu L. Valerii Flacci, quem [3] in conſulatu [4] cenſuraque habuit collegam, (ut [5] M. Perperna Cenſorinus narrare ſolitus eſt) Romam demigravit, [6] in foro eſſe cœpit. [7] Primum ſtipendium meruit annorum decem ſeptemque, [8] Q. Fabio Maximo, M. Clau-

ber *prædium*. Mag. Feſtus: *Heres apud antiquos pro domino ponebatur, inde heredium, prædium parvulum.* Varro de re ruſtica l. I. *Bina jugera, quod à Romulo primum diviſa dicebantur viritim, & quod heredem ſequebantur, heredium appellarunt.* Lamb. Inde *heredioſum* apud Columellam & Auſonium. Vide Beroald. in Plinium lib. XIX. Grapald. *pro horto olim uſurpatum ait, ipſumque hortum pro villa.* Apuleius in Flor. *heredioſum* uſurpat κλημάτιον. *Boecler.*

1 *A patre relictum.*] Hoc hodie *proprium* eſt, quod *heredium avitum* vocabatur antiquis. Græci χωρίον πατρικὸν appellant, quod heredem ſequebatur, ut docet Budæus. *Keuchen.*

2 *Hortatu L. Valerii Flacci.*] Mss. Schotti, *Inde hortatu.* Boſius. Scriptor de Vir. Illuſtr. *A Valerio Flacco Romam ſollicitatus.* Hic enim Catonem induxit, animavitque, ut rem Romanam attingeret, motus maxime ipſius vita ac morum modeſtia. *Machanens.*

3 *In Conſulatu.*] Anno ab Urbe condita Ↄ LIX. belli Philippici VI. *Lamb.* Quo ad Antiochum fugiebat Annibal. Is Olymp. CXLVI. annus III. *Chronol.*

4 *Cenſuraque.*] Anno Urbis Ↄ LXIX. belli Antiocheni VIII. *Lambin.* Lege etiam Plutarchum, qui conſulatum & cenſuram ſimul ipſis obtigiſſe dicit: Ἐκ τούτου δὲ λαμπρὸς ὢν ἤδη, καὶ ἀφεθεὶς, αὐτῷ τῷ Οὐαλερίῳ ἀφεῖ τὰς μεγίστας ξυνίδρασιν ἀρχὰς, ὕπατός τε μεθ' ἑκείνου, καὶ πάλιν τιμητὴς γενόμενος. Ubi inter alia laudat L. Valer. Flaccum, qui erat διπατρείδης μὲν ἐν τοῖς μάλιστα Ῥωμαίων, καὶ δυνατός. *Keuchenius.*

5 *M. Perperna Cenſorinus.*] Homo Græcus & peregrinus. Qui conſul antequam civis fuit. *Valer. Maxim.* III. 4. Quod contra leges. Peregrini enim magiſtratibus arcebantur. De quo vide in Faſtis. Cæterum nonnulli, inter quos Schottus, *Conſobrinus* malunt, quam *Cenſorinus.* Quibus non adſentior.

6 *In foro eſſe cœpit.*] Καταλθὼν ἔν, δύθυς τὲς ῥ αὐτὸς ἐκπᾶτο θαυμαστὲς καὶ φίλος ἀφ' ἕ συμπορεύων, πολλῷ τε ἕ Οὐαλερίῳ τιμῶ καὶ δυνάμει αὐτὸ ωρσθέντες χιλιαρχίας ἔτυχε πρῶτον, εἶτα ἐταμίδυσεν. *Plut.*

7 *Primum ſtipendium meruit annorum decem ſeptemque.*] Quæ militaris ætas erat. Adi Lipſium I. de Milit. Rom. dial. 2. *Boſius.* Plutarchus: Πολὺ δὲ μᾶλλον ἐν ταῖς μάχαις ταῖς πρὸς τὲς πολεμίους καὶ ταῖς ςρατείαις βεβλόμενος διέδειξεν, ἔτι μειρακίσκον ὢν, πραυματὰ τὸ σῶμα μεςὸν ἐναντίων εἴσχε· Φασὶ γὸ αὐτὸς ἐπὶ λακαιδαίμονα γενόμενος ἔτη τῶν πρώτων ςρατεύσασθαι ςρατείαν, ἐφ' ἣν Ἀννίβας χρόνον διέτριβεν, ἐπὶ φλεγραίῳ τῷ Ἰταλίᾳ. Sed videtur ex Faſtis natus tum fuiſſe Cato annos circiter XIX. Siquidem natus eſt anno, poſtquam primum Conſul fuerat Q. Fabius Maximus Verrucoſus. *Lamb.* Et ſic connumerantur anni extremi. Si XVII. velis, primum ſtipendium meruit anno Romæ DXXXIX. qui duobus diſtat à Faſtis. Vide ætatem ipſius per Conſules digeſtam à conſummatiſſimo Schotto, in notis ſuis ad Scriptorem *de Vir. Illuſtribus.*

8 *Q. Fabio Maximo.*] Verrucoſo, Ovicula IV. De quo ad Hannibalem. Is fuerat jam ante bis Dictator Q. Fabio Maximo IV. & M. Claudio Marcello III. Coss. Anno ab Urbe condita Ↄ XXXIX. Sic Cato de ſe apud M. Tullium in Catone. *Cum eo* (Q. Fabio Maximo) *quartum conſule adoleſcentulus mi-*

M. Claudio Marcello Coss. [1] Tribunus militum in Sicilia fuit. [2] Inde ut rediit, [3] caſtra ſequutus eſt C. Claudii Neronis: magnique opera ejus æſtimata eſt in prælio [4] apud Senam, [5] quo cecidit Haſdrubal frater Hannibalis. [6] Quæſtor obtigit P. Cornelio Scipioni Africano, conſuli: cum quo non

les profectus ſum ad Capuam, (quo tempore agebat ætatis annum XIX.) *quintoque anno poſt ad Tarentum.* Quo tempore natus erat annos circiter XXIII. Fabius autem erat V. Conſul. *Lamb. Schott.*

1 *Tribunus militum in Sicilia fuit.*] Anno ætatis XXIV. M. Claudio Marcello V. T. Quintio Coss. *Lambin.* Addit annum unum *Schott.* Qui Urbis DXLV. Plutarchus χιλιαρχίαν vocat, quem Latini *Tribunum militum.* Ita Nepos in Conone *Chiliarchum* dixit. Quomodo Hieronymus pro Chiliarcho tribunum. Exod. 18. Hodie Mareſchalcum vocamus, aut Præfectum militum. Duplex erat illa dignitas apud Romanos: Laticlavia & Anguſticlavia. Illi ex Senatu, iſti ex Equite nati. Lege Alexandrum ab Alexandro. Budæum ad jur. Orig. Lipſium. *Keuchen.*

2 *Inde ut rediit.*] Anno ſequente, C. Claudio Nerone, M. Livio Salinatore Coss. *Lambin.*

3 *Caſtra ſecutus eſt C. Claudii Neronis.*] Qui magnis cladibus Haſdrubalem cum recenti exercitu Alpeis tranſgreſſum fatigavit, ac tandem ad Umbriæ flumen Metaurum cum quinquaginta ſex millibus hominum occidit. Adi Livium XXVII. Alludit Horatius IV. Carm. 4. Oda:

Quid debeas, ô Roma, Neronibus
Teſtis Metaurum flumen, & Aſdrubal
Devictus, & pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris.

Msc. *P. Claudii. Bocel.*

4 *Apud Senam.*] Quam *Senegalliam* vocat Strabo, *Senogalliam* Plinius & Diaconus, *Senam Gallicam* Ptolemæus & Silius. Polybius & Stephanus quoque *Senam* vocant, quæ Appiano Σινίας. Urbs illa non longe à Metauro flumine in Umbria, à Gallis Senonibus condita fertur. Alii à Brenno ſtructam tradunt. Nugæ. Silius Italicus:

—— *Senonum de nomine Sena.*

Keuchen. Inde Cicero in Bruto, hoc prælium Senenſe vocat à Sena. Sic enim ille: *Ludis juventutis, quos Salinator Senenſi prælio voverat. Oſtendunt etiam hodie Umbri, quo loco pugna illa fuerit pugnata.* Lambin.

5 *Quo cecidit Haſdrubal.*] Cujus capite, quod cum cura ſervatum fuerat, ante ſtationes Hannibalis projecto, ille tanto ſimul publico, familiarique ictus luctu, dixiſſe fertur; *Agnoſco te, fortuna Carthaginis.* Auctor Livius XXVII. *Lambin.* Vide etiam Florum II. 6. Sic Machabæus ſuſpenſo capite Nicanoris. II. *Machab.* XV. 35. Hebræi caput Holofernis de ſuperioribus oſtentantes. *Sulpic.* II.

6 *Quæſtor obtigit P. Cornelio Scipioni Africano, conſuli.*] Anno tertio à Neronis & Salinatoris conſulatu. Nam anno proximo conſules fuerant Q. Cæcilius Metellus & L. Veturius Philo. Quibus magiſtratu defunctis, P. Cornelius Scipio Africanus, & P. Licinius Craſſus Dives, Conſules creati ſunt. Ita XXVII. aut certe XXVIII. annos natus erat Cato, cum quæſtor factus eſt. Teſtatur & Livius, Catonem Scipioni quæſtorem fuiſſe, his verbis; XXIX. Annal. *Cum XX. roſtratis navibus ſe, ac L. Scipionem ab dextro cornu: ab læva totidem roſtratis C. Lælium præfectum claſſis cum M. Porcio Catone (quæſtor tum is erat) onerariis futurum præſidio.* Atqui Cicero in Bruto ſcribit, M. Catonem quæſtorem fuiſſe Cethego & Tuditano Coss. At M. Cornelius Cethegus, & P. Sempronius Tuditanus anno uno poſt Africanum & Craſſum Conſules facti ſunt. Reſponderi poſſe puto, Catonem factum

non [1] pro ſortis neceſſitudine vixit. [2] Namque ab eo perpetua diſſenſit vita. [3] Ædilis pl. factus eſt cum C. Helvio. [4] Prætor provinciam obtinuit Sardiniam, ex qua quæſtor ſupe-

ctum eſſe iterum quæſtorem Romæ, Cethego & Tuditano Coss. poſteaquam quæſtor Scipioni Africano obtigiſſet. *Lambin.*

1 *Pro ſortis neceſſitudine vixit.*] Nam Quæſtor more majorum Prætori aut Conſuli eſt liberûm loco. *Cicero* Divin. in Verr. lib. I. accuſ. & pro Plancio. *Sortis neceſſitudinem* eundem morem vocat I. in Verr. c. 14. *Boſius.*

2 *Namque ab eo perpetua diſſenſit vita.*] Propterea opinor, quod ad amicitiam Q. Fabii Maximi ſe jam adoleſcens applicarat. Q. Fabio autem cum Scipione Africano non ſatis conveniebat. Licet & ex Plutarcho intelligere, P. Scipionem & M. Catonem geſſiſſe inter ſe inimicitias. Sic enim ille: ἔτι δ' αὐτῶ ληϊζομένου ἐκ Γενεύης, Σκιπίων ὁ μέγας ἐχθρὸς ὤν, καὶ βεκλόμενος ἐκ λιμῶ καθορθῶσαι, καὶ τὰς Γενεκὰς πρᾶξεις ὑπολαβεῖν, διεπρέξατο τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης δοτὸν ἐχθρῶν ἀφόδχον. ἀποβάντος δ' ὡς ἐκεῖ τάχιστα, κατέπαυσε τὴν ἀρχὴν ὁ Κάτων. ὁ δ' λαὸν ἀναείρας ἐκ τῶν πόλεων πάντα, καὶ πενλακοσίας ἱππεῖς ἀθροίσας, κατεσκήψατο μὲ τὸ Λακεδαιμονίων ἔθνος, ἐξακοσίας δὲ τ νυτομολικώτων κόμισάμενος, ἀπέκλεινεν. ἐφ' οἷς χαλεπαίνοντα ὁ Σκιπίωνα καλεσωνδύμενος, ὅπως ἔφη τὴν Ῥώμην ἔσεσθαι μείζω, τ μὲ ἐνδέξων καὶ μεγάλων τὰ ὁ ἀρετῆς πρωλεῖα μὴ μεθιέντων τοῖς ἀσημοτέροις, τ δ', ὥσπερ ἐστ, δημοτικῶς ἀμιλωμένων ἀρετῆ πρὸς τὸ χρήσ, καὶ τῆ δόξη φορήσονλας. Quinctiam mortuum Scipionem inſectatus eſt M. Cato. Livius XXXVIII. *Morte Africani crevere inimicorum animi: quorum princeps fuit M. Porcius Cato, qui vivo quoque eo, allatrare ejus magnitudinem ſolitus erat.* Lambin.

3 *Ædilis plebis factus eſt cum C. Helvio.*] Quadriennio poſt quæſturam. Is eſt annus Romæ DII. Quo agebat ætatis XXXI. *Schott.* aut XXXII. *Lamb.* T. Livius XXXII. *Inde prætorum comitia habita. Creati L. Cornelius Merula, M. Claudius Marcellus, M. Porcius Cato, C. Helvius, qui ædiles plebis fuerant.* Cæterum male in Nepotis fragmento C. Helvius appellatur, qui C. Ælius. Idem Livius eum alibi Ælium vocat. *Schott. Mag.* Ædiles plebis Theophilus ἀγωνομικὸς vocat, qui numero ab initio fuerunt duo. Lege Pompon. lib. II. ff. de Orig. jur. & Feneſtellam de Magiſtrat. Roman. XIII. Poſtmodum illud munus ampliatum fuit, & ſex creati ſunt ex inſtituto Julii Cæſaris. Duo patricii, qui Cereales, & quatuor ex plebe. Dion XLII. καὶ ἦ μὲ τὸ πρῶτον ἔτ@ πρότερον. καὶ ἀιρεθέμοι τότε πρῶτον, δύο μὲ καὶ ἐξ δὐπατερειδῶν, τέσσαρες δὲ ἐκ τ πλήθους, ὧν οἱ δύο τ δοτὸ δ δήμ@ ἐς ἐπικλῆσιν φέρουσιν. *Reuchen.*

4 *Prætor provinciam obtinuit Sardiniam.*] Anno Urbis IO LV. *Schott.* Livius eodem libro: *Prætor L. Cornelius Merula urbanam, M. Claudius Siciliam, M. Porcius Cato Sardiniam, C. Helvius Galliam eſt ſortitus.* Plutarchus: Ἐπαρχίαν δὲ λαχὼν Σάρδιν τ πρὸ αὐτῆ γραίηχῶν εἰωθότων χρῆδ σιλιώμαζι δημοσίοις, καὶ κλίναις, καὶ ἱματίοις, πολλῆ γε καὶ θεραπεία, καὶ φίλων πλήθ, καὶ πᾶς ἀφὲ δίπατα δαπάνας, καὶ θησαυδαῖς βαρυνόλων, ἐκείνος ἄπρον ἐποίησε τὴν ἀφορὰν τ δίπελείας. *Lambin.* Vide Ciceronem in Catone; Scriptorem de Vir. Illuſtr. 47. Nomen Sardiniæ à Sardus deductum, quod mere Phœnicium eſt סרדין, quæ vox etiam in Sardanapalo occurrit. Hic Sardus Herculis Africani filius fuiſſe perhibetur, teſte in Phocicis Pauſania; qui coloniam Phœnicum & Afrorum in Sardiniam duxit. Alii *Sardis* ſcribunt. Iſidor. XIV. Orig. *Sardis Hercule procreatus cum magna multitudine è Iybia*

ſuperiore tempore ex Africa decedens, [1] Q. Ennium poëtam deduxerat: quod non minoris æſtimamus, quam quemlibet [2] ampliſſimum Sardinienſem triumphum. [2] Conſulatum geſſit cum L. Valerio Flacco; [3] ſorte provinciam nactus Hiſpaniam citeriorem: [4] exque ea triumphum deportavit.

profectus Sardiniam occupavit, & ex ſuo vocabulo inſulæ nomen dedit. A Græcis communiter Σαρδὼ vocatur. *Kuchen.*

1 *Q. Ennium poëtam deduxerat.*] Scriptor de Viris Illuſtribus: *In prætura Sardiniam ſubegit, ubi ab Ennio Græcis literis inſtitutus.* Atqui M. Cato in quadam Oratione objicit, ut probrum M. Nobiliori, quod is in provinciam poëtas duxiſſet. Duxerat autem Conſul ille in Ætoliam, ut ſcimus, Ennium; inquit M. Tullius lib. I. Tuſc. Idem Cicero pro Archia: *Jam vero ille, qui cum Ætolis Ennio comite bellavit, Fulvius, non dubitavit Martis manubias Muſis conſecrare.* Idem in Bruto. *Lambin.*

2 *Conſulatum geſſit cum L. Valerio Flacco.*] Anno ab U. C. Io LVIII. T. Liv. lib. XXXIII. Annal. *Comitia inde habita à M. Marcello conſule. Creati conſules L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato.* Lamb.

3 *Sorte provinciam nactus Hiſpaniam citeriorem.*] Livius: *Cato Hiſpaniam, Valerius Italiam eſt ſortitus.* Plutarchus: Τ῾ πατος ᾑρεῖτο Φλάκκα Οὐαλερίῳ ἅ φίλε καὶ συνήθης γενόμενος, ἔλαχε πλὴν ὑπαρχίαν, ἣν ἐντὸς Γαλατίας καλοῦσιν. Idem Livius: *L. Valerius Flaccus & M. Porcius Cato quo die magiſtratum inierunt, de provinciis cum ad Senatum retuliſſent; Patres cenſuerunt, cum in Hiſpania tantum gliſceret bellum, ut jam conſulari & duce, & exercitu opus eſſet: placere conſules Hiſpaniam citeriorem & Italiam provincias aut comparare inter ſe, aut ſortiri.* Unde liquet, creatis Conſulibus provincias fuiſſe nominatas, ut eas vel ipſi inter ſe compararent, vel ſortirentur; quos ire ad bellum, quos præeſſe exercitibus oporteret: Vel ſi in deligendis provinciis non obveniret, extra ſortem Senatus decerneret. Quod lege Curiata cavebatur, ut Senatus contra legem illam ſine ſorte provincias deſignaret: aut ſi Senatus averſaretur, per populum agi poterat, ut extra ordinem Conſuli provincia daretur: tametſi utrumque Conſulem in eandem provinciam quandoque profectum legamus. Optionem tamen deligendæ provinciæ extra ordinem collegæ dari, aut ſuam ſortem permutare cum collega abſque decreto Senatus, antiquo more non licebat. Ergo Cato & Valerius Senatus decreto utramque provinciam ſortiebantur. Catoni Hiſpania obvenit, in quam duas legiones, & quinque millia ſociûm Latini nominis, & quingentos equites ſecum portabat, additis viginti navibus longis. Legendus Livius XXXIII. Cæterum illa erat provincia generalis, quæ in plureis minores ſubdividebatur. Harum aliæ erant Conſulares, ut Bætica, & Luſitania; cæteræ præſidiales. Citerior & ulterior Hiſpania communi nomine omnem, qua patet, Hiſpaniam complectebantur. Citerior Italiæ vicinior, inter Iberum fluvium longiſſimo tractu & Pyrenæos montes patebat. Poſtea vero, ubi in Bæticam, Luſitaniam, & Tarraconenſem Hiſpania diſtingui cœpit, Citerioris fines longe ultra Iberum, ad quem Cato incolas domuit, exporrecti ſunt. *Kuchen.*

4 *Exque ea triumphum deportavit.*] De quo vide *Appianum* in Ibericis, & *Plutarchum* in vita. Quippe P. Manlii Prætoris auxilio, inſigni plane ac memorabili ſtrategemate, quadringentis ſimul civitatibus, quarum primæ Emporiæ, per miſſos ad ſingulas nuncios, ut omnes ſtato die muros ſuos demolirentur, injunxit. Unde cum ſibi tantum id præcipi ſingulæ crederent, ne, ſi in mora eſſent, non à Romanis tantum,

tavit. Ibi quum diutius moraretur, P. Scipio Africanus [2]conſul iterum, cujus [2]in priore conſulatu quæſtor fuerat, voluit eum de provincia depellere, [3] & ipſe ei ſuccedere. [4]Neque hoc per ſenatum efficere potuit, quum quidem Scipio in civitate [5] principatum obtineret: [6] quod tum non potentia, ſed jure reſpublica adminiſtrabatur. Qua ex re iratus, [7] ſenatu peracto, privatus in urbe manſit. At [8] Cato cenſor cum eodem Flacco factus, [9] ſevere præfuit ei poteſtati.

tum, ſed etiam à vicinis ac ſociis ad id cogerentur; maluerunt PARERE. Exſtat hujus triumphi præclarum aliquod monumentum; in quo hanc fuiſſe inſcriptionem, teſtatur Auguſtin. Nerucius:

PALLADI VICTRICI SACRUM.
HIC HOSTIUM RELIQUIAS PROFLIGAVIT CATO, UBI SACELLUM MIRO ARTIFICIO CONDITUM, ET ÆREAM PALLADIS EFFIGIEM RELIQUIT.
PAREANT ERGO ET NOSCANT OMNES, SENATUS ET POPULI ROMANI IMPERIUM DEORUM NUMINE ET MILITUM FORTITUDINE ET TUERI ET REGI. *Keuchen.*

1 *Conſul iterum.*] Ann. IↃ IX. Urbis.

2 *In priore Conſulatu.*] IↃXLIX.

3 *Et ipſe ei ſuccedere.*] Et ſucceſſit. Διεπραξατο ὁ ἐπαρχίας ἐκείνης ἀποδιχθῆναι ἀλλάξαντος, *Plut.* Vide ſequentia. Addita eſt in provinciam Scipioni Hiſpania ulterior. *Livius* XXXIV. Ann.

4 *Neque hoc per ſenatum efficere potuit.*] Contra Plutarchus, ut ſupra monuimus. Sed hoc non potuit efficere, ut Senatus, quæ eſſent acta à Catone, improbaret. Sic enim Plutarchus eodem loco: Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ συκλήτου ψηφισαμένης μηδὲν ἀλλάττειν, μηδὲ κινεῖν τῶν διοκημάτων ὑπὸ τοῦ Κάτωνος, ἡ μὲν ἀρχὴ τοῦ Σκιπίωνι τοῦ αὐτοῦ μᾶλλον, ἡ δὲ Κάτωνος ἀφελῆσθαι δόξης, ἐν ἀσχολίᾳ καὶ σχολῇ μᾶλλον διῆλθεν. *Lambin.* Quomodo vero poſt triumphum in Republica ſe geſſerit Cato, explicat ibidem aliorum Principum exemplis.

5 *Principatum obtineret.*] Ut qui potentiæ Romanorum provinciam aperuerat. *Vellejus* II.

6 *Quod tum non potentia, ſed jure reſpublica adminiſtrabatur.*] Proinde, quaſi dicat, ut hodie. Mores enim ſuorum temporum notat, obſcureque potentiam Cæſaris, aut Pompeji, aut utriuſque carpit, ac vellicat. Qui locus etiam argumento eſt, hunc ſcriptorem multis ſeculis ſuperiorem Theodoſio fuiſſe. *Lambin. Boſius.*

7 *Senatu peracto.*] Pighius vult reſcribi *conſulatu peracto*; quia nullam poſt ſecundum conſulatum Scipio prorogationem imperii habuit. *Gebhard.*

8 *Cato cenſor cum eodem Flaccofactus.*] DLXIX. Urbis. Qui ætatis XLIX. *Schott.* Τῆς ὑγιαλείας κατὰ πᾶν ἔτος ἄκρα τιμητείαν ὁ Κάτων παρήγγειλε. *Plutarchus.* Livius XXXIX. *Cenſuram ſumma contentione petebant L. Valerius Flaccus, P. & L. Scipiones, Cn. Manlius Vulſo, L. Furius Purpureo, patricii: plebeii autem, M. Porcius Cato, M. Fulvius Nobilior, T. & M. Sempronii, Longus & Tuditanus. Sed omnis patricios plebeioſque nobiliſſimarum familiarum M. Porcius longe anteibat.* Lambin.

9 *Severe præfuit ei poteſtati.*] Unde *Cenſorius* eſt appellatus. *Cicero* in Caton. & Brut. *Plutarch. Liv. Val. Max.* Apud Juvenalem,

Tertius è cœlo cecidit Cato. —

Qui Horatio, *intonſus*; & Lucano,

— *rigidi ſervator honeſti.*

stati. [1] Nam & in complures nobiles [2] animadvertit, & multas res novas in edictum addidit, quare luxuria reprimeretur, quæ jam tum incipiebat pullulare. [3] Circiter annos octuaginta, usque ad extremam ætatem, ab adolescentia, rei publicæ causa [4] suscipere inimicitias non destitit. [5] A multis tentatus, non modo nullum detrimentum existimationis fecit, sed quoad vixit, virtutum laude crevit. 3 [6] In omnibus rebus singulari fuit prudentia & industria. Nam

1 *Nam in complures nobiles.*] Ἐξέβαλε δὲ τῶν βουλῶν ἄλλους τε συχνοὺς, καὶ Λύκιον Κοίντιον ὕπαλον μὲν ἀπὸ πρώτης ἐπιστατοῦντα γεγυμνάσιον. *Plutarchus.* Livius XXXIX. *Censores M. Porcius, & L. Valerius, metu mista exspectatione Senatum legerunt; septem moverunt senatu, ex quibus unum insignem nobilitate & honoribus, L. Quinctium Flamininum, consularem.* Scriptor de Vir. Illustr. XLVII. adjungit causam de animadvertendo Flaminino; *quod ille in Gallia ad convivium scorti spectaculum, eductum quendam è carcere in convivio jugulari jussisset.* Lege eandem in Plutarcho. Quomodo plurimi narrant. Et ita Cicero, Catonem ipsum in Dialogo *de Senectute* hæc loquentem & narrantem fecit. Sed Livius eum, qui occisus fuit, transfugam Gallum fuisse dicit. Et Lucium non per lictorem, sed ipsum sua manu hominem interfeciſſe. Καὶ ταῦτ' ἐν τῷ λόγῳ γεγράφθαι Κάτωνος; ut continuo subjungit Plutarchus. Hæc de Flaminino. De Vir. Illustribus: *Accusator assiduus malorum, Galbam octogenarius accusavit,* qui Prætor Lusitanos deripuit. Vide *Liv. Plut.*

2 *Animadvertit.*] Ex quo animadversio censoria. Cicero pro Cluentio: *Majores nostri nunquam judicium nominaverunt, neque proinde ut rem judicatam, observaverunt, animadversionem, auctoritatemque censoriam.* Lambin.

3 *Circiter annos octuaginta, usque ad extremam ætatem ab adolescentia.*] Lambinus explicat, *per annos octoginta.* Pighius supplet: *vixit circiter annos octoginta & usque ad extremam ætatem.* Boſ. Vixit enim Cato nonaginta annos, & eo amplius. Quin annum agens nonagesimum Serv. Galbam accusavit, ut testatur Plutarchus. Sic enim ille: Τεσσάρων δ' ἄλλων ἑαυτῶν δεηθόντων, Σαρείλιον Γάλβαν κατηγόρησεν ἐννενήκοντα γεγονὼς ἔτη. Κινδυνώδης δ', ὡς ὁ Νέπως, εἰς τελευτὴν τοῦ βίου, καὶ ταῖς πρόξεσι κατελθεῖν. *Lambin.*

4 *Suscipere inimicitias.*] Cicero Divinatione in Q. Cæcilium, seu C. Verrem: *Marcum Catonem illum sapientem, clarissimum virum & prudentissimum, cum multis graves inimicitias gessisse accepimus, propter Hispanorum, apud quos consul fuerat, inimiciti.is.* Idem lib. v. Accuſ. Et pro Muræna, pro Sylla. *Lambinus.*

5 *A multis tentatus.*] Plutarchus tradit, eum fere quinquagies accusatum fuisse. Sic illè: Λέγεται δὲ ὀλίγου δεῖν πεντήκοντα φυγαῖν δίκας, μίαν δὲ τελευταίαν ἐξ ἔτη καὶ ὀγδοήκοντα γεγονὼς, ὑπὲρ ἣν καὶ τὸ μνημονευόμενον εἶπεν, ΩΣ ΧΑΛΕΠΟΝ ΕΣΤΙΝ ΕΝ ΑΛΛΟΙΣ ΒΕΒΙΩΚΟΤΑ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ, ΕΝ ΑΛΛΟΙΣ ΑΠΟΛΟΓΕΙΣΘΑΙ. *Lambinus.* Auctor de Viris Illustribus: *Ipse quadragies quater accusatus, glorioſe absolutus.* Causa erat, quod odioſum Censuræ magistratum gesserit. *Poncher.* Aliam probabiliorem intulit ante Nepos. *Masius.*

6 *In omnibus rebus singulari fuit prudentia & industria.*] In commune bonus. *Lucanus* II.

1 *Agri-*

Nam & [1] agricola ſolers, & [2] reipublicæ peritus, & [3] juris conſultus, & [4] magnus imperator, & [5] probabilis orator, [6]& cupidiſſimus literarum fuit. Quarum ſtudium etſi [7] ſenior arripuerat, tamen tantum in eis progreſſum fecit, ut non

1 *Agricola ſolers.*] Γεωργὸς δεινός. Declarant ejus libri *de re ruſtica*. Lamb. Quos ex Græcis fontibus hauſit. *Schott.* In quibus, teſte Plutarcho, adeo laudis avidus viſus eſt, ut in ſingulis rebus, proprius, elegans & copioſus eſſe voluerit. *Mag.* Livius: *Urbanas, ruſticaſque res pariter callebat.* Vide Plin. lib. 7. & Ciceron. in Catone.

2 *Reipublicæ peritus.*] Πολιτικός. Declarant ejus in republ. adminiſtranda conſilia, dicta & facta. *Lambin.*

3 *Juriſconſultus.*] Val. Max. VIII. 7. *Cumque eloquentia magnam jam gloriam partam haberet; id egit, ut juris civilis quoque eſſet peritiſſimus.* Et Cicero fatetur, omnium juriſperitiſſimum ſuæ ætatis fuiſſe. Pomponius quoque Juriſconſultis accenſet, cujus & libros exſtare ſcribit. *Keuchenius.* Hi ſunt Commentarii Juris Civilis. *Lambin.*

4 *Magnus Imperator.*] Argumento ei rei ſunt res ab eo in imperio geſtæ, & triumphus ex Hiſpania deportatus. Citetur tamen teſtis Cicero; cujus hæc verba ſunt ſub perſona Pomponii Attici in Bruto: *Ego enim Catonem tuum, ut civem, ut ſenatorem, ut imperatorem, ut virum denique cum prudentia & diligentia, tum omni virtute excellentem probo.* Lamb. Quod etiam declarant libri ejus de diſciplina militari. Veget. l. 1. 8. De quibus apud Feſtum, Nonium, & antiquos Grammaticos. Ex illis fragmentum citat ad 11. Georgicorum Servius. Idem Orationem conſcripſit, De præda militibus dividenda. Nonius in Fite, Agellius 11. 18. Ubi poſterior verba Catonis, quod impenſe ſibi placuiſſent, exſcripſit. Exſtat alius mentio apud Priſcianum lib. extremo. *Keuchenius.*

5 *Probabilis Orator.*] In Ms. noſtro Codice conſcriptum lego: *& probatiſſimus Orator.* Boſius. Itaque comparat eum cum Lyſia M. Tullius in Bruto, quanquam diſſentiente Attico. Nec Plutarchus iis aſſentitur, qui Catonis orationes Lyſiæ Orationibus ſimiles eſſe dicunt. Sic enim ille: Ὅθεν οὐκ οἶδα τί πεπόνθασιν οἱ τὸν Λυσίᾳ λόγῳ μάλιστα φάσκοντες ἀφομοιοῦσθαι τὸν Κάτωνος. ἐμοὶ μὲν γὰρ ταῦτα μᾶλλον οἴεται λόγων Ῥωμαϊκῶν αἱ δηλότητες ἀφομοιοῦσθαι. *Lamb.* Cato tres ſummas in homine res præſtitiſſe, exiſtimatus eſt, optimus Orator, optimus Imperator, optimus Senator. *Plinius* VII. Cujus locum explicat Claudius Salmaſius ad Solinum. Lege etiam Voſſium de Hiſtoricis Latinis.

6 *Et cupidiſſimus literarum.*] M. Tullius libro III. de finibus; *Quo cum veniſſem, M. Catonem, quem ibi eſſe neſciebam, vidi in bibliotheca ſedentem, multis circumfuſum Stoicorum libris. Erat enim, ut ſcis, in eo inexhauſta aviditas legendi, nec ſatiari poterat: quippe qui ne reprehenſionem quidem vulgi inanem reformidans, in ipſa curia ſoleret legere ſæpe, dum Senatus cogeretur, nihil operæ reipublicæ detrahens. Quo magis tum in ſummo otio, maximaque copia, quaſi bellum librorum, ſi hoc verbo uti tam præclara rem tendum eſt, videbatur.* Lambin.

7 *Senior arripuerat.*] Maxime Græcarum. Cicero in Catone: *Qui ſi eruditius videbitur diſputare, quam conſuevit ipſe in ſuis libris: attribuito Græcis literis, quarum conſtat eum perſtudioſum fuiſſe in ſenectute.* Val. Maximus VIII. 7. *Idem Græcis literis eruditi concupivit: quam ſero, inde æſtimemus, quod etiam Latinas pene jam ſenex didicit.* Plutarchus in vita: Λέγεται δὲ παιδείας ἑλληνικῆς ὀλιγωρήσας ἤδη λίαν, καὶ πόρρω παντάπασιν ἀπολιπὼν ἐπιστήμας, ἐπιθυμῆσαι βιβλίων λαβεῖν εἰς χεῖρας, βεβαίως μὲ ὑπὸ θαυμαδίου

non facile reperire poſſis, neque de Græcis, neque de Italicis rebus, quod ei fuerit incognitum. [1] Ab adoleſcentia confecit orationes: ſenex hiſtorias ſcribere inſtituit, quarum ſunt libri ſeptem. Primus continet res geſtas regum populi Romani. Secundus & tertius, unde quæque civitas orta ſit Italica: ob quam rem omnes, [2] Origines videtur appellaſſe. In quarto autem, [3] bellum Punicum primum: in quinto, [4] ſecundum. Atque hæc omnia capitulatim ſunt dicta. Reliqua bella pari modo perſequutus eſt, uſque

δίδυ, πλείονα δ' ὅτο Δημοσθένης εἰς τὸ ῥητορικὸν ὠφελῶν· τὰ μέντοι συγγράμματα καὶ δόγματα ἐλλιπικοῖς, καὶ ἐσοφίαις ἐπεικῶς ἀμπωτικίλαις καὶ μεσπερμιωνομίαις πολλαὶ χεῖλιν ἐν τοῖς ὀποφθέγμασι, καὶ ταῖς γνωμολογίαις πίπαν.

1 *Ab adoleſcentia confecit Orationes.*] Centum quinquaginta. *Cicero.* Quarum vix ad nos inſcriptiones, nominaque pervenerunt. Citantur à Cicerone & Gellio, & veteribus Grammaticis: De ædilibus vitio creatis: De præda militum dividenda: Pro lege Voconia: In M. Cæcilium: Pro L. Cæſetio: De moribus C. Neronis: In Furium: In Panſam: De tribunis militum: In Q. Minucium Thermum de ſuis virtutibus: In Veturium de ſacrilegio commiſſo: Pro Veturio: De lege Lætoria: De lege Bæbia: De falſis pugnis: De re Floriana: Ne quis Conſul bis fiat: Adverſus M. Acilium quarta: Ad liteis Cenſorias: In Annium: In M. Fulvium Nobiliorem: De ſpoliis, ne figerentur, niſi quæ de hoſtibus, &c. In Oppium; De decem hominibus: De fœneratione legis Junię: Pro Rhodienſibus: Pro lege Orchia: Diſſuaſio de rege Attalo & vectigalibus Aſiæ: Ædileis plebis ſacroſanctos eſſe: De Auguribus: De indigetibus: De Coujuratione: De fundo oleario: De ſignis & tabulis apud Equites: De re Hiſtriæ militari: De Conſulatu: In Cornelium, ad populum, &c. *Lambin.*

2 *Origines videtur appellaſſe.*] M. Tullius in Catone: *Septimus mihi liber Originum eſt in manibus: omnia antiquitatis monumenta colligo: cauſarum illuſtrium, quaſcunque defendi, nunc cum maxime Orationes conficio: jus augurium, pontificium, civile tracto: multum etiam literis Græcis utor, Pythagoræorumque more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audiverim, egerim, commemoro veſperi.* Reprehendit hanc inſcriptionem Feſtus in voce Originum, his verbis: *Originum libros, quod inſcripſit Cato, non ſatis plenum titulum propoſiti ſui videtur amplexus: quando prægravant ea, quæ ſunt rerum geſtarum populi Romani.* Lambin. Meminit etiam illorum Robertus Vulturius lib. 11. de re militari, Atqui hi libri iidem ſunt cum Hiſtoriarum libris: ſecus atque Colerus exiſtimat. Cicero ejus Orationes atque Originum libros impenſe laudat. In Orationibus omnes Oratorias virtutes extollit idem Cicero, florem & lumen eloquentiæ in Originum libris laudat; etſi hæc non probet Brutus. *Voſſius.*

3 *Bellum Punicum primum.*] Quod ſcripſit Nævius verſibus Saturniis. *Feſtus* in Saturno. *Cicero* in Bruto. Idem in Catone: *Quam gaudebat bello ſuo Punico Nævius?* Lambin. Gifanius è Cod. ſuo legit *Pœnicum*, ut alibi. *Boſius.*

4 *Secundum.*] Quod ab Ennio item verſibus ſcriptum eſt Annal. lib. XII. *Idem.*

1 *Uſque*

[1] uſque ad prætúram Ser. Galbæ, [2] qui diripuit Luſitanos. Atque horum bellorum duces non nominavit, ſed ſine nominibus res notavit. In iiſdem expoſuit quæ in Italia Hiſpaniiſque viderentur admiranda. In quibus multa induſtria & diligentia comparet, multa doctrina. Hujus [3] de vita & moribus plura [4] in eo libro perſequuti ſumus, quem ſeparatim de eo fecimus rogatu Titi Pomponii Attici: Quare ſtudioſos Catonis ad illud volumen [5] delegamus.

1 *Uſque ad prætúram Servii Galbæ.*] Sic legendum, non ut vulgo, *Sergii Galbæ.* Galbæ enim erant Sulpiciæ gentis, non Sergiæ. Itaque hujus Galbæ prænomen erat Servius, nomen Sulpicius. *Lambin.* De Galba vide, quæ ad Suetonium commentati ſint Salmaſ. & Boxhornius in editione Schildiana.

2 *Qui diripuit Luſitanos.*] Suetonius: *Ser. Galba conſularis, temporum ſuorum eloquentiſſimus. quem tradunt Hiſpaniam ex prætura obtinentem, XXX. Luſitanorum millibus perfidia trucidatis, Viriatini belli cauſam extitiſſe.* Eo nomine à L. Scribonio Libone & M. Porcio Catone in judicium vocatus eſt. Qui cum ſe certo damnatum iri videret; complexus duos filios prætextatos, & C. Sulpicii Galli filium, cujus tutor erat; ita miſerabiliter pro ſe locutus eſt, ut rogatio antiquaretur. *Lambin. Oliver.* Exſtat reprehenſio Rutilii Rufi adverſus Ser. Sulpicium Galbam apud Ciceronem lib. 1. de Oratore; quod is L. Scribonio Libone quæſtionem in eum ferente, populi miſericordiam concitaſſet. Ubi inter alia tradit Cicero, quod apud Catonem idem ſcriptum vidiſſet. Lege eundem in Bruto. Valerium lib. IX. 6. Epitomen XLIX.

3 *De vita & moribus.*] Quo tempore ætatis & anno, & Conſulibus interierit Cato; diſcordant inter ſe Hiſtorici. Sunt qui A. Io cv. mortuum volunt Urbis Conditæ: Octoginta quinque annos natus, L. Marcio Cenſorino, Manio Manlio Coſſ. Paterculus vero male P. Cenſorino, M. Manlio Coſſ. Cicero in Bruto: *Cato*, inquit, *annos quinque & octoginta natus exceſſit è vita: eum quidem eo ipſo anno contra Ser. Galbam ad populum ſumma contentione dixiſſit.* Valerius vero lib. VIII. cap. 1. & 7. octogeſimum ſextum annum agentem adverſus Galbam peroraſſe dicit. Plinius lib. XIV. c. 4. ſexcenteſimo Urbis conditæ mortuum, rotundo numero dixit. Non recte, ut puto; Plutarchus ἐνενήκοντα Catonem, & Livius nonagenario majorem faciunt. *Schottus.*

4 *In eo libro.*] Cujus fragmentum elegans vide apud Gell. l. II. c. 8. *Savar.* Aperte indicat, eo nunc de Catone brevius ſe agere, quia ſeparatim de eo ſcripſerit. Ergo vita illa Catonis, quam paucis perſtrictam habemus, majoris pars eſt voluminis, in quo Romanorum complurium vitæ continerentur. *Voſſius.*

5 *Delegamus.*] Sic Mſſ. & vulgati omnes, recte. Seneca de Beneficiis lib. IV. cap. XI. *Debitores nobis deos delegat, ut illi pro ſe gratiam referant.* Lambinus *relegamus* legit, pro quo facit Plinius lib. 7. cap. 1. *potiuſque ad auctores relegabo.* Savaro.

TITUS

TITUS POMPONIUS ATTICUS.

[1] POMPONIUS[1] Atticus, [2] ab origine ultima ſtirpis Romanæ generatus, perpetuo à majoribus acceptam [3] equeſtrem obtinuit dignitatem. Patre uſus eſt diligente, indulgente, [4] &, ut tum erant tempora, diti, imprimiſque ſtudioſo literarum. Hic, prout ipſe amabat literas, omnibus

1 *Pomponius Atticus.*] Cui vitas excellentium Græciæ Imperatorum inſcripſit: ut ex *Præfatione* patet. Gens Pomponia familias habuit, Baſſorum, Secundorum, Atticorum & Labeonum. *Keuchen.* Manutius opinatur, quod inde, quia *ſic Græce loquebatur, ut Athenis natus videretur*, cognomen *Attici* adeptus ſit. *Ernſtius.* Meminit ejuſdem in Catone, *rogatu T. Pomponii Attici.* Savaro.

2 *Ab origine ultima ſtirpis Romanæ generatus.*] Pro prima. Quod incredibile videretur, niſi ita ſæpe veteres uſurpaſſent. Livius 1. *Ibi Tarquinius ab ultima ſtirpe orſus.* Schott. Stirps Romana poſt Romulum à Numa Pompilio capit originem. Qui inter quatuor filios unum Pomponem appellavit. A quo poſtmodum Pomponii vocati ſunt. Videtur huc reſpexiſſe Nepos, quando ab origine ultima ſtirpis Romanæ generatum Pomponium dicit. Locum reſtituit & explicat Caſparus Barthius libro XLII. cap. 29. *Keuchen. Ab origine ultima ſtirpis Romanæ generatus.*] Certant in eluendo hoc loco Docti: quorum princeps Manutius corrigebat *à ſtirpe Romana generatus.* Lambinus vero τὸ *generatus* expungendum, reponendumque cenſet *generoſus.* Boſius diviſim legit *genere natus.* Caſp. Barthius Adverſ. lib. 42. cap. 29. legit *ab origine ultima ſtirpis R. generatus*, illudque *R.* putat ſignificare *Regiæ.* Verum hos omnes interpunctione deceptos eſſe affirmat Schottus, eaque omiſſa vulgatam tuetur lectionem: q. d. Nepos, Genitus ſeu oriundus à prima nobilitate Romana. Hæc Schottus, quibus tamen non perſuaſit Cl. Rutgerſio, ut opinioni ejus accederet, quin mallet, *ab origine ultima ſtirpis Romæ generatus*, vel *Romano genere natus*, ut referas ad Numam lib. II. cap. VIII. Variar. Lect. Salluſtius lib. 1. Hiſt. *Cato Romani generis diſertiſſimus multa paucis abſolvit.* Nuperi Editores conjecturam Boſii non tam facile in codices à ſe propagatos admiſiſſe debebant. *Gebhard.* Miror viros oculatiſſimos in re tam clara adeo cæcutiiſſe, alio præſertim non minus docto facem præferente. Delendum ſcilicet τὸ *generatus*, inepti librarii commentum, ut in ſuis ad Auſonium notis Tollius monuit.

3 *Equeſtrem obtinuit dignitatem.*] *Equeſtrem ordinem ſuum* vocat libro VII. epiſt. 1. apud Ciceronem. Hoc honore contentus, *ſenatorium* non affectavit. Vide infra. *Schottus.* Prior dignitas adimebatur poſteriorem recuſantibus. *Suetonius.*

4 *Et, ut tum erant tempora, diti.*] Formula antiquis uſitata & elegans. Cicero in Bruto: *Decimus Brutus erat cum literis Latinis, tum etiam Græcis, ut temporibus illis eruditus.* Exempla paſſim obvia. *Schott.*

1 *Cele-*

bus doctrinis, quibus puerilis ætas impertiri debet, filium erudivit. Erat autem in puero, præter docilitatem ingenii, ſumma ſuavitas oris, ac vocis; ut non ſolum [1] celeriter acciperet, quæ tradebantur, ſed etiam [2] excellenter pronunciaret: qua ex re in pueritia nobilis inter æquales ferebatur, clariuſque exſplendeſcebat, quam generoſi condiſcipuli animo æquo ferre poſſent. Itaque incitabat omnes ſtudio ſuo: quo in numero fuerunt [3] L. Torquatus, [4] C. Marius, C.F. M. Cicero: quos conſuetudine ſua ſic ſibi devinxit, ut nemo iis perpetuo fuerit carior. Pater mature deceſſit. Ipſe adoleſcentulus propter affini- 2
tatem [5] P. Sulpicii, [6] qui Tribunus pl. interfectus eſt, non expers fuit illius periculi. Namque Anicia, Pomponii conſobrina, nupſerat M. Servio fratri Sulpicii. Itaque, interfecto Sulpicio, poſteaquam vidit [7] Cinnano tumultu civitatem eſſe perturbatam; neque ſibi dari facultatem pro dignitate vivendi, quin alterutram partem offenderet, diſſociatis animis civium, cum alii Sullanis, alii Cinnanis

1 *Celeriter acciperet.*] Cum vocabulo *celeriter*, rectius congruit *arriperet*: magis enim Latinum eſt, ut hoc loco ex Cicerone notat P. Manutius. Significat autem, *cupide amplecti*. Schottus. *Celeriter acciperet.*] Nihil mutandum. Hinc *capax ingenium*. M. Tullius Catone Majore: *Pueri ves eas num tum primum accipere videntur*. Gebhard.

2 *Excellenter pronunciaret.*] Infra: *Tanta ſuavitas erat ſermonis Latini, ut appareret in eo nativum quendam lepôrem eſſe, non adſcitum. Idem poëmata pronunciabat & Græce & Latine, ſic ut ſupra nihil poſſet* Cui virtuti quantum tribuant Rhetores, in vulgus notum, cui & primas & ſecundas & tertias Demoſthenes tribuebat. *Schottus.*

3 *Lucius Torquatus.*] Hic L. Manlius Torquatus appellabatur, quia Manliæ gentis Conſul fuit cum L. Aurelio Cotta, biennio ante Conſulatum Ciceronis, anno ab U. C. Io CLXXXVII. *Ernſt.*

4 *C. Marius C. filius.*] Eſt ſane antiquus modus loquendi, qui Urſino etiam probatur. Manutius legit, *C. Marii filius*. Ernſtius. Apud Vellejum eſt, Cajus Marius Caji Conſulis filius. Solus Appianus fratris filium vocat. *Kench.*

5 *P. Sulpicii.*] Clari Oratoris. *Ernſt.*

6 *Qui Tribunus pl. interfectus eſt.*] Anno Urb. cond. DCLXV. & Cic. XIX. L. Corn. Sylla & Q. Pomp. Rufo Coſſ. quum auctore Mario pernicioſas leges (quas per vim latas Sulla dicebat, ut est Philipp. 8.) promulgaſſet, ac Pompeji Conſulis filium, Sullæ generum occidiſſet; qui cum exercitu in urbem venit, ex eaque Sulpitii & Marii factionem expulit. Ut ex Livio lib. LXXVII. aliiſque notat Fabricius. Tum Sulla P. Sulpitium oppreſſit, eique ferto erepta vita eſt. Cicero Catilin. III. & lib. III. de Orat. *Ernſtius.*

7 *Cinnano tumultu.*] Anno U. C. DCLXVI.

Sta-

nanis faverent partibus, idoneum tempus ratus [1] ſtudiis obſequendi ſuis, [2] Athenas ſe contulit: [3] neque eo ſecius adoleſcentem Marium, hoſtem judicatum, juvit opibus ſuis: [4] cujus fugam pecunia ſublevavit. Ac, ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei familiari, eodem [5] magnam partem fortunarum trajecit ſuarum. Hic ita vixit, ut univerſis Athenienſibus merito eſſet cariſſimus. Nam præter gratiam, quæ jam adoleſcentulo magna erat, ſæpe ſuis opibus inopiam eorum publicam levavit. Quum enim [6] verſuram facere publice neceſſe eſſet, neque ejus conditionem æquam haberent, ſemper ſe interpoſuit, atque ita, ut neque uſuram unquam ab iis acceperit, neque [7] longius, quam dictum eſſet, eos debere paſſus ſit. Quod utrumque erat iis ſalutare. Nam neque indulgendo inveteraſcere eorum æs alienum patiebatur, neque multiplicandis

1 *Studiis obſequendi ſuis.*] Id eſt, ſerviendi. Nam & Cicero *obſequi & ſervire valetudini* dixit. *Manutius.*

2 *Athenas ſe contulit.*] Ubi nobiliſſimum orbis terrarum Gymnaſium. *Cicero.* Quo mittebantur ex omnibus orbis partibus reges, regumque filii. Unde illa nomina plena laudis, plena gloriæ nata ſunt. *Thucydidi* dictæ ſunt παίδευσις Ἑλλάδος: *Diodoro* κοινὸν πάντων ἀνθρώπων παιδευτήριον: *Straboni* σοφῶν οἰκητήριον: *Ariſtidi* σοφίας πρυτανεῖον: *Euripidi* apud Athenæum, Ἑλλάδος ἕλλας: *Pindaro* ἑλλάδος ἔρεισμα: *Demoſtheni* ψυχὴ καὶ ἥλιος, καὶ ὀφθαλμὸς ἑλλάδος. De quibus imprimis ſplendide *Iſocrates* in Panegyrico. Vide Athenas Atticas Meurſii, & Hiſtoriam Philoſophicam Georgii Hornii lib. VII. *Reuch.*

3 *Neque eo ſecius.*] *Eo ſecius* familiaris auctori locutio, occurrit phraſis in Conone, Eumene, Dione, Annibale, & inferius. *Savaro.* Vide Notas Gebhardi ad Miltiadem.

4 *Cujus fugam.*] Armis Sullanis urbe ejectus, in Minturnenſium paludibus latuit. *Plutarch.*

5 *Magnam partem.*] Hoc eſt, res mobiles trajecit mare ſcilicet mediterraneum. *Ernſtius.*

6 *Verſuram facere.*] Æs alienum alieno ære diſpungere, quod faciunt, qui mutato creditore ſatisfaciunt ea pecunia antiquiori creditori, quam à novo mutuati ſunt. Videatur Feſtus. Donatus exponit *verſuram facere*, cum quis minore fœnore acceptam pecuniam majore occupat. Eo ſenſu quo Nepos. Cicero ad Atticum: *Non moda magno, ſed iniquiſſimo fœnore verſuram facere Aurelius coactus eſt.* Ad eundem: *Vereor ne illud, quod tecum permutavi, verſura mihi ſolvendum ſit.* Gebhard. Vocem & locum egregie explicavit Jac. Cujacius in Obſervat. & Simeon Boſius in v. libro ad Articum, epiſt. 21. Infra: *Neque poſt calamitatem verſuram facere potuiſſet.* Vide P. Diaconum. Hanc legibus Romanis magis, quam uſuram vetitam, auctor Tacitus lib. v. Annal. *Schott.*

7 *Longius quam dictum eſſet, debere paſſus ſit.*] Quia libri quidam *æs* præferunt, ideo conjectabat Rutgerſius *eos debere.* quod & Schottus amplexus fuerat. *Gebhardus.*

candis uſuris creſcere. Auxit hoc officium alia quoque liberalitate. Nam univerſos frumento donavit; ita ut ſingulis [1] ſex modii tritici darentur, [2] qui modus menſuræ medimnus Athenis appellatur. Hic autem ſic ſe gerebat, 3 [3] ut communis infimis, par principibus videretur; quo factum eſt, ut huic omnes honores, quos poſſent, publice haberent, civemque facere ſtuderent. [4] Quo beneficio ille uti noluit: quod nonnulli ita interpretantur, [5] amitti civitatem Romanam alia adſcita. Quamdiu affuit, ne qua ſibi ſtatua poneretur, reſtitit; abſens prohibere non potuit. [6] Itaque aliquot ipſi & Piliæ locis ſanctiſſimis poſuerunt. Hunc

1 *Sex modii.*] Joan. Savaro & Beuterus legunt *ſeptem modii*. Sed hunc locum recte Faërnus reſtituit, cum antea etiam pro *modiis* legeretur *modius*. Ernſtius. Μεδιμνός ἐστι χηρῶν μοδίων ἕξ. *Suidas.*

2 *Qui modus menſuræ medimnus Athenis appellatur.*] Vel *medimnum*. Utrumque à Tullio fuit uſurpatum. Cicero v. in Verrem: *Sed tritici ſeptem millia medimnum ex Nymphonis arationibus edicta pœna.* Ibidem: *In jugere Leontini agri medimnum fere tritici ſeritur.* Capiebat autem ſenos modios. Ita Suidas & alii teſtantur. *Kenchen.* Gifanii liber tamen mox: *ſeptem modios tritici*, nominat. Sane Alex. ab Alex. lib. II. 20. ita diſtinguit; ut modios quidem ſex, medimnum facere; Athenienſem autem medimnum ſeptem modiis conſtare dicat. *Boecler.*

3 *Ut communis infimis.*] Blandus & affabilis, comis & obvius. Doſitheus Magiſter lib. 3. Ms. ex Bibliotheca Cl. Puteani V. C. *Omnibus communem eſſe*, πᾶσι κοινὸν εἶναι. Probus hujus libri exſcriptor potius, quam auctor in carmine ad librum de Theodoſio imperatore loquens:

Communis cunctis hominem ſe regna tenere
Sed meminit: vincit hinc magis ille homines.

Sidonius in Concione l. 7. vide Notas, & ſupra in Miltiad. fine. *Savaro.* Cæterum colebant Athenienſes ſummo jure commune jus humanitatis, quo civis civi à civibus eſſet communis, ut loquitur Cicero. Apulejus in Apologia: *Athenienſes propter commune jus humanitatis, &c.* Pro *communis*, Antonius Auguſtinus legit *comis*.

4 *Quo beneficio ille uti noluit.*] Civem tamen Atticum Cicero vocat; reſpiciens, credo, ad cognomen, non ad jus civitatis; lib. I. Epiſt. XVI. & lib. II. Epiſt. I. *In eis orationibus, quæ Philippicæ nominantur, enituerat civis ille tuus Demoſthenes.* Schott.

5 *Amitti civitatem Romanam alia adſcita.*] Civitatem Romanam vocat jus civium Romanorum. Inde apud Juriſconſultos, *Civitate donare.* Illa amittebatur, ſi Romanus civis urbis alterius jura adſciſceret. Quippe duarum civitatum jure civili nemo cenſebatur civis. *Kenchen.* Neque enim jure Quiritium idem duarum civitatum civis eſſe poterat. Cicero pro Cæcinna, & pro Corn. Balbo: *Duarum civitatum civis eſſe noſtro jure civili nemo poteſt: non eſſe hujus civitatis civis, qui ſe alii civitati dicarit, poteſt.* Vide Anton. Goveanum, J.C. Var. Lect. Jur. Civil. cap. 6. *Schott.*

6 *Itaque aliquot ipſi & Piliæ locis ſanctiſſimis poſuerunt.*] Extant variæ doctorum de hoc loco contentiones. Cum Mss. habeant *Phidiæ*, natum eſt vi-

tio-

[1]Hunc enim in omni procuratione Reip. [2]actorem, auctoremque habebant. Igitur primum illud munus fortunæ, quod in ea potiſſimum urbe natus eſt, [3]in qua domicilium

tioſſimum illud *Piliæ*, quam tamen aliquanto poſt Athenis regreſſum Romam demum duxit. Fulvius Urſinus eliciebat *filiæ*. Quidam *Philiæ* id eſt amicitiæ; quod amicitiæ cultor eſſet conſtantiſſimus: quam Divam doctiores in veterum monumentis ignorant. Lipſius *ipſi & Fidei* divinabat Elect. 1. cap. 14. Quod Schottus improbat, neque melius quid extundit. Etſi nunquam ego id verum judicarim; tamen ante quinquennium Anno CIↃ IↃ CXXV. in familiari colloquio Lugduni Batavorum maggopere mihi commendavit Emendationem Jani Rutgersi, viri longiore vita digniſſimi: *Itaque aliquot Pnyce & Pœcile locis ſanctiſſimis* Clariſſ. & Doctiſſ. P. Scriverius. Vulgata lectione deceptus *V. Cl.* Joannes Meurſius putat revera ſtatuam Piliæ poſitam libro III. cap. III. Athenarum Attic. *Gebhard.*

1 *Hunc enim, &c.*] Hæc ad Phidiam (ſive aliud ſed viri nomen fuit) referenda puto cum Manutio. Sane non fuit uxor Attici honore ſupervacuo & immerito oneranda. *Boecler.*

2 *Actorem auctoremque.*] Mſs. Schotti inverſo ordine *auctorem actoremque.* Boſius. Recte vocat *actorem*; is enim communi mandato cauſſas & lites univerſitatis perſequebatur. Ab Athenienſibus appellabatur ἐπιτρόπος, qui Gajo JCto fuit Syndicus *l.* 1. §. 1. *D. Quod cujuſcunque univerſ. nom. agatur.* Ernſt. Non diſſimulanda quorundam libb. lectio *in omni procuratione reip. publicum actorem.* Boecl. Tollius in notis ad Auſonium alterum à librariis additum ſuſpicatur. Solebant enim illi varias lectiones margini illinere, quæ deinde in contextum migravere. In primis autem in iis, ubi litera *u* cum vocali alia conjungitur. Non enim ea ſeriei ceterarum literarum includebatur, ſed ſupra ceteras ſcribebatur, hoc modo *actorem.* Unde poſt ortæ dubitationes, & allucinationes plurimæ, fugientibus præſertim præ vetuſtate literis.

Auctoremque.] Subaudi *ſecundum.* Atqui ſic optime cum præcedente voce convenit. *Auctores* autem *ſecundi* fidejuſſores erant ob evictionem dati. Quæ vox deinde tranſlata eſt ad omne genus procurationis. Adi Ulpian. *in l.* 4. *D. de Evict.* Ernſt.

3 *In qua domicilium orbis terrarum.*] Infra: *Cum ſe uterque Principem, non ſolum urbis Romæ, ſed orbis terrarum eſſe crederet.* Martialis:

Terrarum Dea, gentiumque Roma,
Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.

Ad quod reſpexit Sex. Jul. Frontinus lib. II. de aquæductibus urbis Romæ: *Sentit*, inquit, *hanc curam Imperatoris piiſſimi Nervæ principis ſui Reginæ & Dominæ orbis indies*; (lego *indiges.*) *Quæ terrarum Dea conſiſtit, cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.* Schott. Cicero: *Roma arx omnium terrarum.* Et in Catilin. *Lux Orbis terrarum, & arx omnium gentium.* Philipp. VI. *Quis unquam tantis opibus, tantis rebus geſtis fuit, qui ſe P. R. victoriis, dominæque omnium gentium patronum dicere auderet.* Horat. Od. IV. libro IV. *Lamb.* De cujus magnitudine & potentia lege Lipſium in admirandis, Roſinum in antiquitatibus. Plena laudum & gloriæ omnis antiquitas. Marcianus inſtar omnium unus:

Ἐν τοῖς ἄθνεσι τύτοις ὃ Ῥώμυ ἐςὶ πόλις
Ἔχυσ' ἰφάμιλλον τῇ δυνάμῃ ϗ τέγομα,
Ἄρχον τὶ κοινὸν τ' ὄλης οἰκυμβύης
Ἐν τῇ Λατίνῃ, Ῥώμυλον δ' αὐτὸν κτίσαι,
Θέμιδμων ἀφ' αὐτῆ φασὶ τῦτο τέγομα.

cilium orbis terrarum eſſet imperii, [1] ut eandem & patriam haberet, & dominam. Hoc ſpecimen prudentiæ quod cum in eam ſe civitatem contuliſſet, [2] quæ antiquitate, [3] humanitate, [4] doctrina præſtaret omnes, ei unus ante alios fuerit cariſſimus. [5] Huc ex Aſia Sulla decedens cum veniſſet; quamdiu ibi fuit, ſecum habuit Pomponium, captus [6] adoleſcentis humanitate & doctrina. [7] Sic enim Græce loquebatur, [8] ut Athenis natus videretur. [9] Tanta autem

1 *Ut eandem & patriam haberet, & dominam.*] Subtiliter quidem à Lambino excogitata lectio in textum tamen recipi non debuit; in libb. enim, *ut eandem & patriam haberet & domum voluit.* Hæc ultima vox etiam in MS. exſtat teſte Schotto. quæ ſi retinenda eſt admonet nos de vitio totius loci mutilati aut corrupti. planiſſima igitur lectio fuerit ſi *domum* reſtituatur, & aptius forte ſi tollatur vocula *eſt* poſt *natus.* & *ut* poſt *imperii.* Vid. Schott. obſ. l. 3. c. 8. *Boecler.* Ernſt. relative *domum* legit.

2 *Quæ antiquitate.*] Unde αὐτόχθονες ſeſe appellabant Athenienſes; id eſt, ut explicat Servius, *terrigenas.* Vide Suidam in Αὐτόχθονες. Scholiaſtes ad Equit. Ariſtophanis: Πρῶτοι τε καὶ αὐτόχθονες οἱ Ἀθηναῖοι. Euripides Ione:

—— Ἐχθὼν λαὸν εἰς αὐτόχθονα
Κλεινῶν Ἀθηνῶν. ——

Idem apud Plutarchum, de Athenis:

Ἥ πρῶτα μὲν λεὼς ἐκ ἐπακτὸς ἀλλοθεν,
Αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν. ——

Lege præ aliis Ariſtidem in Panathænaica. Inde eſt, quod Cicero dicit in Oratione pro Flacco: *Ex ſeſe ſuos cives genuiſſe dicuntur.* Et Juſtinus II. *Non advenæ, neque paſſim collecta populi colluvies originem urbi dedit, ſed in eodem nati ſolo quod incedunt; & quæ illis ſedes, eadem oriqo eſt.* De qua urbe Incomparabilis Meurſius, Fort. Attic. cap. 1. & 8. *Kenchen.*

3 *Humanitate.*] De ingenti humanitate Athenienſium erga hoſpites & peregrinos, deque ara Miſericordiæ eorum, vide Theophili Græci Juriſconſulti παράφρασιν in §. Ἀλεξανδρίδου δὲ *Inſt. de Jure Nat. Gent. & Civ.* & illos ſcriptores, quos ibidem citavit Cl. Fabrotus. *Ernſt.*

4 *Doctrina.*] Unde *eatos & omnis ſcientiæ magiſtros* vocat Apulejus in Metamorphoſi. Et Mamertinus in Panegyrico: *Ipſæ illæ bonarum artium magiſtra atque inventrices Athenæ.* Quas ideo *doctas* dixerunt Poëtæ. Vide, quæ fuſe à nobis paullo ante notata ſunt.

5 *Huc ex Aſia Sulla decedens.*] Infra: *Humanitatis nullum adferre majus teſtimonium poſſum, quam quod adoleſcens idem ſeni Sullæ fuerit jucundiſſimus; ſenex adoleſcenti M. Bruto.* Schott.

6 *Adoleſcentis humanitate & doctrina.*] Cicero Catone majore, quem Attico miſit: *Novi moderationem animi tui & æquitatem; teque non cognomen ſolum Athenis deportaſſe, ſed humanitatem & prudentiam intelligo.* Et Epiſtola 1. lib. XIII. ad familiar. *Pomponius Atticus omni liberali doctrina politiſſimus.* Idem.

7 *Sic enim Græce loquebatur.*] Unde *Attici* cognomentum. Cicero v. de Finibus: *Athenis ſe collocavit, ut ſit pæne unus ex Atticis, ut id etiam cognomine videatur habiturus.* Schottus.

8 *Ut Athenis natus.*] Ut Antonius ille apud Plin. lib. IV. Ep. 3. *Ernſt.*

9 *Tanta autem erat ſuavitas ſermonis Latini.*] Cicero Epiſt. 1. lib. XV. ad Atticum: *Oratio ſcripta elegantiſſimis ſententiis, ut nihil poſſet ultra.* Hoc de Catulis prædicat idem Cicero 1. de Offic. *Heidman.*

Quæ

autem erat ſuavitas ſermonis Latini, ut appareret in eo nativum quendam leporem eſſe, non adſcitum. Idem poëmata pronuntiabat & [1] Græce, & Latine ſic, ut ſupra nihil poſſet. Quibus rebus factum eſt, ut Sulla [2] nunquam eum à ſe dimitteret, cuperetque ſecum deducere. qui cum perſuadere tentaret; *Noli, oro te*, inquit Pomponius, *adverſum eos me velle ducere, cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui.* At Sulla, adoleſcentis officio collaudato, omnia munera ei, quæ Athenis acceperat, proficiſcens juſſit deferri. Hîc complures annos moratus, cum & rei familiari tantum operæ daret, quantum non indiligens deberet paterfamilias, [3] & omnia reliqua tempora aut literis, aut Athenienſium Reip. tribueret, nihilo minus amicis urbana officia præſtitit. Nam & [4] ad comitia eorum ventitavit; & ſi qua res major acta eſt, non defuit: [5] ſicut Ciceroni in omnibus ejus periculis ſingularem fidem præbuit: cui ex patria fugienti, LLS. ducenta & quinquaginta millia donavit. [6] Tranquillatis autem rebus Romanis, remigravit Romam, ut opinor, [7] L. Cotta, & L. Torquato Coss. [8] quem diem ſic univerſa civitas Athenienſium proſecuta

1 *Græce & Latine.*] Scripſerat Græce de conſulatu Ciceronis commentarium; qui tamen horridulus & incomptus Ciceroni viſus eſt, lib. 11. Ep. 1. & inf. *Schott.*

2 *Nunquam eum ab ſe dimitteret.*] Erat enim & ipſe Sulla literis Græcis atque Latinis juxta doctiſſime eruditus, animo ingenti, cupidus voluptatum, ſed gloriæ cupidior: facundus, callidus & amicitia facilis. *Salluſtius* Jugurth.

3 *Et omnia reliqua tempora aut literis.*] Philoſophiæ Epicureæ. *Cicero* de Legibus.

4 *Ad comitia eorum ventitavit.*] Cicero lib. 1. Epiſt. x. ad Attic.

5 *Sicut Ciceroni in omnibus.*] Ad comitia tamen ſua Prætoria Cicero eum non vocavit; immo, ne quid rebus ejus incommodaret, venire prohibuit. 1. *Attic.* 20. Ad Conſularia eum vocat. 1. Epiſt. 2. *Heidman.*

6 *Tranquillatis autem rebus Romanis.*] Παθητικῶς. Utitur & in Topicis Cicero: *Ut aut perturbentur animi, aut tranquillentur.* Et Horat epiſt. XVIII. lib. 1. *Schot.*

7 *L. Cottæ, & L. Torquato, Coſſ.*] Anno U. C. DCLXXXVIII. Quorum Conſulum meminit & in Catilin. tertia, & Agraria 11. in Rullum. *Idem.*

8 *Quem diem.*] Fulvius Urſinus *abeuntem* iſtis binis vocibus præferebat. Rutgerſ. lib. 11. Variar. Lect. cap. 8. *Diſcedentem ſic univerſa.* At ſi meo ſtaretur arbitrio, mallem jugulare vocu-lam *diem* cum Antonio Auguſtino V. Cl. *Gebhard.*

ſecuta eſt, [1] ut lachrymis deſiderii futuri dolorem indicaret. Habebat avunculum [2] Q. Cæcilium, equitem Romanum, familiarem L. Luculli, divitem, difficillima natura: [3] cujus ſic aſperitatem veritus eſt, ut, quem nemo ferre poſſet, hujus ſine offenſione ad ſummam ſenectutem retinuerit benevolentiam; quo facto, tulit pietatis fructum. [4] Cæcilius enim moriens teſtamento [5] adoptavit eum, [6] heredemque fecit ex dodrante, ex qua hereditate accepit circiter centies LLS. Erat nupta [7] ſoror Attici Q. Tullio Ciceroni; [8] eaſque nuptias M. Cicero conciliarat, cum

1 *Ut lachrymis deſiderii futuri.*] Lege, quæ ad Alcibiadem notata ſunt. De hujuſmodi lacrymis Philo περὶ εὐποιΐας.

2 *Q. Cæcilium.*] Meminit ejus Cicero Epiſt. 1. lib. 1. lib. 11. 19. ad Att. ubi eum quoque Attici avunculum vocat. *Ernſtius.*

3 *Cujus ſic aſperitatem.*] Difficillimam naturam, quales δύσκολοι vocantur Græcis. *Boecler.*

4 *Cæcilius enim moriens.*] Val. Maximus lib. VII. 9. *Q. Cæcilius L. Luculli promptiſſimo ſtudio, maximaque liberalitate, & honeſtum dignitatis gradum, & ampliſſimum patrimonium conſecutus: cum præſe ſemper tuliſſet, unum illum ſibi eſſe heredem, moriens etiam annulos ei ſuos tradidiſſet; Pomponium Atticum teſtamento adoptavit, omniumque bonorum reliquit heredem.* Schott. Lambin. Gebh. Sic & M. Popilius Oppium Gallum familiariſſimum ſuum traditis annulis deluſit. Adeo verum eſt, quod Poëta dicit:

Boni eſt viri etiam in morte nullum fallere.

5 *Adoptavit eum.*] Quod ei gratulatur M. Tullius lib. III. epiſt. xx. cujus inſcriptio: *Cicero S. D. Q. Cæcilio Q. F. Pomponiano Attico:* ex uſitata adoptionum formula, ut nomen in *Anus* deſinat. M. Varro lib. II. de re ruſtica, cap. II. *Atticus, qui nunc T. Pomponius, nunc Q. Cæcilius, cognomine eodem.* Vide & de libertorum, & adoptatorum cognominibus Angelum Politianum Miſcell. capite XXXI. & Anton. Auguſtinum Emendat. Juris lib. III. cap. VIII. *Schott. Lambin.* Jubebat ejuſmodi teſtator adoptatos NOMEN SUUM FERRE, l. *ſed & ſi, & l. facta,* §. *ſi ſub nominis,* ff. ad Trebellian. Apud Ovidium XV. Metamorphoſeos: Jupiter ad Venerem de Cæſaris ἀποθεώσει.

—— *Qui nominis heres*
Impoſitum ferret unus onus. ——

Briſſonius.

6 *Heredemque fecit ex dodrante.*] Hereditas plerumque dividitur in duodecim uncias, quæ aſſis appellatione continentur. Habent autem hæ partes propria nomina ab uncia uſque ad aſſem: ſicuti libro II. Inſtitutionum traditum eſt. Unde frequenter legimus, alios inſtitutos eſſe heredes ex quadrante, alios ex ſemiſſe, alios ex dodrante, alios ex aſſe. Dodrans ſignificat novem uncias, quaſi dempto quadrante. *Beroald.*

7 *Soror Attici.*] *Pomponia* dicta, ex qua Quinctum filium paullo ante M. Ciceronis conſulatum ſuſcepit: Nam Q. Cicero F. Marco Cicerone filio major natu fuit, ut in epiſtolas ad Q. fratrem legimus, & togæ puræ ſuis temporibus utrique datæ demonſtrant. Cum ea non bene conveniebat Quincto: lib. 1. epiſt. XV. & lib. V. epiſt. 1. A qua & divortit, lib. XIV. ep. XV. *Schott.*

8 *Eaſque nuptias M. Cicero conciliarat.*

[1] cum quo à condiſcipulatu vivebat conjunctiſſime, multo etiam familiarius, [2] quam cum Quincto: ut judicari poſſit plus in amicitiâ valere [3] ſimilitudinem morum, [4] quam affinitatem. Utebatur autem intime Q. Hortenſio, qui iis temporibus [5] principatum eloquentiæ tenebat, ut intelligi non poſſet, uter eum plus diligeret, [6] Cicero, an Hortenſius: & id, quod erat difficillimum, efficiebat, ut [7] inter quos tantæ laudis eſſet æmulatio, nulla intercederet ob-
6 trectatio, [8] eſſetque talium virorum copula. In republica ita eſt verſatus, ut ſemper [9] optimarum partium & eſſet & exiſti-

rat.] De conjugio eorum parum concordi Cicero ipſe 1. Attic. 5. 6. 8. 10. *Heidman.* Sic infr. *Nuptiarum conciliator fuit Antonius.*

1 *Cum quo à condiſcipulatu vivebat conjunctiſſime.*] Hinc Fabius Quinctilianus: *Condiſcipulorum amicitiæ ad ſenectutem uſque firmiſſimæ durant, religioſa quadam neceſſitudine imbutæ.* lib. 1. Inſtitut. Orat. cap. 11. Et Nepos infra: *Hoc quoque ſit Attici bonitatis exemplum, quod cum eo, quem puerum in ludo cognorat, adeo conjunctè vixit, ut ad extremam ætatem amicitia eorum creverit.* Heidman.

2 *Quam cum Quincto.*] De Ciceronе viciſſim infra: *Atticum præcipue dilexit Cicero, ut ne frater quidem ei Quinctus carior fuerit.* Et lib. XIII. ad Famil. *Pomponium Atticum ſic amo, ut alterum fratrem: nihil eſt illo mihi nec carius, nec jucundius: Homo minime ambitioſus, minime in rogitando moleſtus.* Idem.

3 *Similitudinem morum.*] Cicero in Lælio: *Nihil eſt quod ad ſe rem tam alliciat, tam attrahat, quam ad amicitiam ſimilitudo.* Et: *Diſpares mores diſparia ſtudia ſequuntur, quorum diſſimilitudo diſſociat amicitias.* Schott.

4 *Quam affinitatem.*] Vide ſupra in Dione & in Timoleone ibidem Notas. Conjunctionem Juſtin. dixit libr. 6. *Porro Piſandrus conjunctione Ageſilai, etiam virtutum æmulator erat.* Id eſt affinitate. Erat enim uxoris ejus frater. Infra: *Agrippa potiſſimum ejus diligeret affinitatem, præoptaretque Equitis Romani filiam generoſam nuptiis.* Savaro.

5 *Principatum eloquentiæ tenebat.*] Unde *cauſſarum Rex* dictus. Dictionem incredibili geſtus ſuavitate commendabat *Cicero* in Bruto. Vide Voſſium de Hiſtoricis Latinis, 1. 11. *Keuchen.*

6 *Cicero, an Hortenſius.*] Inter quos etiam in amando æmulatio fuit. Hortenſium enim levitatis & inconſtantiæ ſæpe arguit M. Tullius: Epiſt. 1. lib. III. & III. lib. IV. & III. lib. 1. ad Quinctum fratrem. Rurſus lib. v. epiſt. XX. & lib. VI. epiſt. 1. actionem ejus λιγυρὸν, id eſt, argutam obſcure perſtringens, *Momum Ligurinum* rectè vocat. Infra: *Cum æqualibus ſuis, Q. Hortenſio, & M. Cicerone ſic vixit; ut judicare difficile ſit, cui ætati fuerit aptiſſimus.* Schott.

7 *Inter quos tantæ laudis eſſet æmulatio.*] Sic infra: *Hoc quale ſit, facilius exiſtimabit is, qui judicare poterit, quantæ ſit ſapientiæ eorum retinere uſum, benevolentiamque, inter quos maximarum rerum non ſolum æmulatio, ſed obtrectatio intercedebat.* Idem.

8 *Eſſetque talium virorum copula.*] Conjunctio. Nazarius Panegyrico in Conſtantinum cap. x. *Sed profectò nulla vi poſſunt coire, quæ naturali divortio diſſident: nec ulla tam fidelis eſt copula, quæ in diverſum tendentia nexu ſuo teneat.* Gebhard.

9 *Optimarum partium.*] Urſinus opinatur legendum eſſe pro *optimarum*, *opti-*

exiſtimaretur; neque tamen ſe civilibus fluctibus committeret; quod non magis eos in ſua poteſtate exiſtimabat eſſe, qui ſe iis dediſſent, [1] quam qui maritimis jactarentur. Honores non petiit, cum ei paterent propter vel gratiam, vel dignitatem; quod neque peti more majorum, neque capi poſſent, conſervatis legibus, in tam effuſis ambitus largitionibus, [2] neque retineri ſine periculo, corruptis civitatis moribus. [3] Ad haſtam publicam nunquam acceſſit. Nullius rei [4] neque præs, neque manceps factus eſt. Neminem ſuo nomine, [5] neque ſubſcribens accuſavit. In jus de ſua re nunquam iit; judicium nullum habuit. Multorum Conſulum, Prætorumque præfecturas delatas ſic accepit, ut neminem in provinciam ſit ſecutus, [6] honore fuerit contentus; rei familiaris deſpexerit fructum, qui ne cum Q. quidem Cicerone [7] voluerit ire in Aſiam, cum apud

optimatum. Ernſt. Meminit Juſt. Lipſius lib. VI. cap. 7. Politicorum. Neſcio tamen an id dicat Nepos, quod Cicero in epiſt. cum de civilibus diſcordiis loquitur, *ſe à bonis nunquam diſſentire. cum bonis facere. cæteris bonis viris jungi velle.* Boecl.

1 *Quam qui maritimis jactarentur.*] Rempublicam navi, & maris tempeſtatibus bella inteſtina ἀλληγορικῶς comparari, auctor Fabius lib. VIII. c. 6. ex Horat. I. Carm. Od. XIV. Infra Nepos, *Si gubernator præcipua laude fertur, qui navem ex hieme, marique ſcopuloſo ſervat; cur non ſingularis ejus exiſtimetur prudentia, qui ex tot tamque gravibus procellis civilibus ad incolumitatem pervenit.* Cicero quoque in Muræniana, Comitia freto & Euripo comparat: & II. Philipp. Oceano bella civilia. *Schott.*

2 *Neque geri è Republ.*] Plenis buccis excipit laudatque hanc Cujacii emendationem Lambinus *neque geri ſine periculo*: ita tamen ut retinendum exiſtimet *è repub.* Schotti libri membranacei: *neque è Rep. ſine periculo*, ut *eſſe* exaudiendum ſit. Mihi haut diſplicet conjectura Jani Rutgersi, *neque retinevi ſine periculo.* lib. II. Var. Lect. cap. 8. *Gebhard.*

3 *Ad haſtam publicam nunquam acceſſit.*] Cum publica auctione vendebatur aliquid, haſta figi ſolebat, quæ *publica* dicta. *Alex. ab Alex.* Quod veniebat, haſtæ ſubjici dicebatur. Lege Beroaldum IV. in Propert. commentar. Id genus venditionis eleganti vocabulo Tertullianus *haſtarium* vocat. De cujus jure pulchre tractat Zaſius de Orig. Jur.

4 *Neque præs, neque manceps.*] *Publicanus* tamen fuit. Cicero libro II. Epiſt. XV. & vectigalia apud Sicyonios exercebat lib. I. Epiſt. XIX. Vide Car. Sigonium lib. II. de antiquo Jure civium Romanorum, cap. IV. *Schott.*

5 *Neque ſubſcribens.*] *Subſcribere in crimen* J. C. formula eſt, quum accuſator libellis, quos dabat, teſtabatur ſe nomine profeſſum eſſe. l. 3. §. Item *ſcribere.* D. De accuſat. & ſæpe alias. *Idem.*

6 *Honore fuerit contentus.*] Quem minime reprehendenda ratio ad honeſtum otium duxit. Cicero l. I. ep. XVII.

7 *Voluerit ire in Aſiam.*] Vide extremam epiſtolam XVI. lib. I. ad Atticum,

apud eum legati locum obtinere poſſet. Non enim decere ſe arbitrabatur, cum præturam gerere noluiſſet, [1] aſſeclam eſſe prætoris. Qua in re non ſolum dignitati ſerviebat, ſed etiam tranquillitati, cum ſuſpiciones quoque vitaret criminum; quo fiebat, [2] ut ejus obſervantia omnibus eſſet carior, cum eam officio, non timori, neque ſpei tribui vi-
7 derent. [3] Incidit Cæſarianum civile bellum, cum haberet annos circiter ſexaginta: [4] Uſus eſt ætatis vacatione, neque

cujus initium: *Quæris ex me, quod ad me ſcribis, te in Aſiam ſtatuiſſe non ire; Equidem vellem ut ires: ac vereor ne quid in iſta re minus commode fiat. Sed tamen non poſſum reprehendere conſilium tuum, præſertim cum egomet in provinciam non ſim profectus.* Schott. Lambin. Vulgo legebatur *voluit ire.* Prætor autem fuit Q. Tullius, ut Schottus adnotavit, M. Val. Meſſala & M. Puſio Piſone Coss. A. U. Ɔ CXCII. *Boſius.*

1 *Aſſeclam eſſe Prætoris.*] Prætor fuit Q. Tullius, anno DCXCI. M. Valerio Meſſala, M. Puſio Piſone Coss. Ante Idus Martias Aſiam provinciam ſortitus: & ante Nonas Decembris profectus, L. Flacco ſucceſſit. Cicer. ad Attic. & in Oration. Suetonius ergo male in Auguſto cap. III. *Proconſulatum Aſiæ* adminiſtraſſe ait, quæ *Prætoria* eſt, Cicerone & Nepote teſtibus omni exceptione majoribus. Falſo quoque idem *parum ſecunda fama adminiſtraſſe*: cum M. frater in Orat. & epiſtolis ad eum ſcriptis tantopere laudet, tantiſque honoribus ornatum fuiſſe teſtetur. *Schott.* Cæterum dicit Q. fratrem Proconſulatum Aſiæ adminiſtraſſe, quæ Prætoria eſt, hoc modo: Senatui lege Sempronia liberum erat, quos in quas vellent provincias mittere. Quanquam crediderim, cum Prætorius aliquis in provinciam Conſularem mittebatur, eum jure quoque Conſulari mitti ſolere, verbi gratia, cum XII. faſcibus, non ſex tantum. Atque adeo juxta imperium quod à Senatu quis acceperat, pro Conſule, aut pro Prætore eam provinciam adminiſtrare dicebatur, tametſi Prætorius Conſularem, aut è diverſo Conſularis Prætoriam adeptus eſſet. Ergo Aſia ἰδιωτεύτως, & Conſulis & Prætoris adminiſtrationi ſubjacebat.

2 *Ut ejus obſervantia.*] Hinc factum eſt, ut eum libentius omnes obſervarent, colerent, atque in oculis ferrent: ἐπιμελῶς. Manut. *Obſervantia*, qua ipſe aliquem obſervabat. Nam & παθητικῶς dicitur; ut *utilitas* apud Terentium in Eunucho: Et ad Tironem Cicero: *invidia mea*, Catilinar. II. & Tuſcul. IV. *Schott.* Eſt qui *obſervantiam* de cautione & circumſpectione circa honorum partiumque ſtudium accipi poſſe non abſurdum judicat. judicet lector. *Boecl.*

3 *Incidit Cæſarianum civile bellum.*] Anno Urbis Ɔ CCII. quando M. Marcellus Conſul legem ferebat, de abrogando Cæſari imperio, etſi invitis & repugnantibus Servio Sulpic. Cos. altero, &, ut videbatur, Cn. Pompejo, & Tribun. pl. *Ernſt.* Alii initium conjiciunt in annum Romæ DCCV. L. Corn. Lentulo Cruſ. C. Claudio Marcello Cos. *Ubbo Emmius.*

4 *Uſus eſt ætatis vacatione.*] Quod ſcilicet haberet annos circiter IX. Quintilianus Declam. CCCVI. *Eſt præcipuum jus ſenectutis, quoniam non una ſubit omnis ætas, non perpetuo Senatorem citat Conſul; eſt ſua legationibus requies, cum hos habueris annos, jam non militabis.* Supra in Timotheo: *Hic cum eſſet magno natu, & magiſtratus gerere deſiiſſet.* vide not. in Sidonii Epiſt. 6. l. 1. *Savaro.*

De

que ſe quoquam movit ex urbe. Quæ amicis ſuis opus fuerant ad Pompejum proficiſcentibus omnia ex ſua re familiari dedit. [1] Ipſum Pompejum conjunctum non offendit. Nullum enim ab eo habebat [2] ornamentum, ut cæteri, qui per eum aut honores, aut divitias ceperant: quorum partim invitiſſimi caſtra ſunt ſecuti, [3] partim ſumma cum ejus offenſione domi remanſerunt. [4] Attici autem quies tantopere Cæſari fuit grata, ut victor cum privatis pecunias per epiſtolas imperaret, huic non ſolum moleſtus non fuerit, [5] ſed etiam ſororis filium & Q. Ciceronem ex Pompeji caſtris conceſſerit. Sic vetere inſtituto vitæ effugit nova pericula. [6] Secutum eſt illud [7] occiſo Cæſare, 8 cum

De ætatis vacatione vide Juriſconſultum lib. L. Tit. VI. Pand. de *immunitate.* lib. v. §. fin. de Mun. & Honor. & in Tit. de Vacat. & exempt. Mun. Vacationes autem ſunt excuſationes à muneribus publicis, militaribus & aliis, quæ præfecti obire conſueverunt. *Schott.*

1 *Ipſum Pompejum conjunctum.*] Scilicet, ſibi amicitia. *Schott.* Vel cognatum ex Juſtino VIII. *Jan. Rutgerſius* l. 2. c. 8. Boſius *non junctum.* Urſinus *conviventem.* Lambinus, *Ipſum Pompejum non ſecutus non offendit.* Schottus obſ. l. 2. 3. *ſe ipſum Pompejo junctum non oſtendit.*

2 *Ornamentum.*] Rittershuſius apud Schoppium lib. III. Veriſ. cap. 8. locum hunc habet ſuſpectum, & pro *ornamentum* rectius legi putat *autoramentum.* Quam conjecturam mirifice juvat meus liber Ms. *Ernſt.*

3 *Partim ſumma cum ejus offenſione.*] Pompejus enim pro hoſtibus ſe habere dicebat, qui extra ſua caſtra eſſent: Cæſar vero eos, qui in hoſtium caſtris non eſſent, pro amicis habiturum. Cicero pro Ligar. & Seneca Philoſoph. *Schott.*

4 *Attici autem quies.*] Elegantiſſime *quies* dicitur, qua quis neutri ſe parti applicat. Et ſic utitur τὸ *quietus*, pro eo, qui eſt neutrarum partium, in Pelopida. Salluſtius epiſt. I. de Ordinanda Republica: *Et aperte quietis mortem, rapinas, poſtremo omnia, quæ corruptus animus jubebat, minitari.* Hinc *quieſcere*, neutras ſequi partes, apud Curtium libro x. Eodem pene modo Græci ἡσυχάζειν ἀγαν, ἔχειν, & ἡλίθιον. Vide Diodorum. *Gebhard.*

5 *Sed etiam ſororis & Q. Ciceronis filium*] Alii *ſororis filium Q. Ciceronem.* Mss. Manutii, Giſanii, Leidenſis: *ſororis filium & Q. Ciceronem.* Urſinus conjicit legendum: *ſororis filium & Q. Ciceronem.* Boſius.

6 *Secutum eſt illud, occiſo Cæſare.*] Schoppii vetus liber & Ms. meus dictione auctiores legunt: *Secutum eſt illud tempus occiſo Cæſare.* Idem. Sed prior χρεὼν non bonitatem modo, ſed & χρῆσιν Cornelianam ſapit. *Kenchen.*

7 *Occiſo Cæſare.*] A conjuratis, quorum princeps Caſſius, XXIII. vulneribus ac plagis confoſſus eſt, uno modo ad primum ictum gemitu ſine voce edito. *Sueton.* Inde ſive fortuito, ſive à percuſſoribus compulſus, ad baſin ſtatuæ Pompejanæ ſe demiſit, quam cædes iſta cruore implevit: ut videri poſſit ipſe Pompejus ſupplicio inimici adfixiſſe ſub pedes ejus collapſi. *Plutarchus.* Additum à nonnullis, irruenti Bruto dixiſſe morientem, καὶ σὺ τέκνον, καὶ σὺ τέκνον. Contigit illud anno Romæ IↃCCX. Eidib. Mart. Cajo Julio Cæſa-

[1] cum Reſpub. penes Brutos videretur eſſe, & Caſſium, [2] ac tota civitas ſe ad eum convertiſſe videretur: [3] Sic M. Bruto uſus eſt, ut nullo ille [4] adoleſcens æquali familiarius, quam hoc ſene: neque ſolum eum principem conſilii haberet, ſed etiam in convictu. Excogitatum eſt à quibuſdam, [5] ut privatum ærarium Cæſaris interfectoribus ab equitibus Romanis conſtitueretur. Id facile effici poſſe arbitrati ſunt, ſi & principes illius ordinis pecunias contuliſſent. Itaque appellatus eſt à [6] Cajo Flavio, Bruti familiari, Atticus, ut ejus rei princeps eſſe vellet. At ille, qui officia amicis præſtanda ſine factione exiſtimaret, ſemperque à talibus ſe conſiliis removiſſet; reſpondit, ſi quid Brutus de ſuis facultatibus uti voluiſſet, uſurum, quantum eæ paterentur; ſe neque cum quoquam de ea re [7] collocuturum, neque

re V. & M. Antonio Coſſ. Unde irriſio Cæſaris in Spurinnam, quod ſine noxa Eidus Martiæ adeſſent. Cui ille, *Veniſſe quidem eas*, reſpondit, *ſed non præteriiſſe*. Idem dies Parricidium nominatus. *Plutarch. Sueton.*

1 *Cum reſpublica penes Brutum videretur eſſe, & Caſſium.*] Quos Cæſar apud Plutarchum τὰς ἰσχὺς καὶ ὠλκὰς vocabat: Δεῖξας Βροῦτον καὶ Κάσσιον. Illa dominatio duorum parricidarum minus fuit diuturna. Quippe uterque intra triennium diverſo mortis genere interemptus. *Alius alio caſu periit: pars naufragio, pars prælio, nonnulli ſemet eodem illo pugione, quo Cæſarem violaverant, interemerunt.* Cæterum ſcriptus Codex, quem Schottus producit, non multitudinis, ſed ſingulorum numero, heic *Brutum* legit. Vulgata lectio haud improbanda. Nam duo Bruti, M. & Decius, ejuſdem facinoris rei fuere. *Keuch.*

2 *Ac tota civitas ſe ad eum convertiſſe videretur.*] Cicero in Somnio Scipionis: *In te unum, atque in tuum nomen tota convertet ſe civitas.* Schott. Mss. Gifan. & Leiden. *ad eos convertiſſe.* Non male. *Boſius.*

3 *Sic M. Bruto uſus eſt.*] Infra, *Humanitatis nullum adferre majus teſtimonium poſſum, quam quod adoleſcens idem ſeni Sullæ fuerit jucundiſſimus: ſenex adoleſcenti M. Bruto.*

4 *Adoleſcens.*] Atqui quadragenarius erat, quippe qui præturam gerebat. Verum adoleſcentia ad triceſimum uſque annum pertinet, auctore Varrone: vel ex diviſione ætatum Servii Tullii, à XVII. uſque ad XLVI. provehitur; ut eſt ſæpe ab antiquariis obſervatum. *Schot.*

5 *Ut privatum ærarium Cæſaris interfectoribus ab Equitibus Romanis conſtitueretur.*] Nullibi alibi reperitur, quod hic à Nepote traditum. Simile quippiam à Floro refertur, de Senatu, qui, deficiente pecunia publica, opes ſuas velut ex ærario ad reipublicæ ſubſidium contulit. lib. II. cap. 6. *Keuchen.*

6 *Cajo Flavio, Bruti familiari.*] Videtur hic eſſe Flavius, quem Druſus Ciceroni commendat Ep. ad Brut. *Heidmannus.* Meminit ejus Plutarchus in Bruto, ut familiaris. & Cicero in fragment. Epiſt. ad Brutum apud Quinctilianum. ib. IX. cap. II. & in Bruti numis LEG. PROPR. deſignatur; hoc eſt, Legatus Proprætoris. *Schott.*

7 *Collocuturum, neque coiturum.*] *Colloqui* ptivatim; *Coire* vero, hic concilium habere; unde *comitia.* Idem.

que coiturum. Sic ille [1] conſenſionis globus hujus unius diſſenſione diſjectus eſt. [2] Neque multo poſt ſuperior eſſe cœpit Antonius, ita, ut Brutus & Caſſius [3] provinciarum, quæ iis [4] dicis cauſſa datæ erant [5] à conſulibus, deſperatis rebus, [6] in exilium proficiſcerentur. Atticus, qui pecuniam ſimul cum cæteris conferre noluerat, florenti illi parti [7] abjecto Bruto, [8] Italiaque cedenti LLS. centum millia muneri miſit: eidem in Epiro abſens [9] trecenta juſſit

1 *Conſenſionis globus.*] Sic *conjurationis globus*, apud Vellejum: *globus latronum*, apud Apulejum. Et ſic *hoſtium globos*, *pugnantium globos*, dixit Valerius Maximus.

2 *Neque multo poſt ſuperior eſſe cœpit Antonius.*] Quem *facem & turbinem ſequentis ſæculi*, vocat Flor. lib. IV. c. III. τῷ δὲ ἄρχῳ πάντων αὐτὸς ὢν κύριος præter nomen & honorem Imperatoris. *Keuchen.*

3 *Provinciarum.*] Syriæ & Macedoniæ. *Flor.* IV. 7. Vide *Vellejum* IV. Caſſio Syria, Bruto Macedonia datæ. Antonius Auguſtinus legit, *in provincias.* Quod non diſplicet. *Gebhard.*

4 *Dicis cauſa.*] Hæc eſt plurimorum emendatio, quam olim Ranconetus, Turnebus, Cujacius, Lambinus & Schottus approbarunt. Nam per ſpeciem & nomen provinciarum amandati & Republica remoti fuerant. *Turnebus.* Sed hanc antiquam formulam plurimi explicarunt ex Varrone & P. Soſipatro. Sic lib. I. Epiſt. XVIII. ad Atticum Cicero: *Metellus eſt conſul egregius, & nos amat; ſed imminuit auctoritatem ſuam, quod habet, dicis cauſſa promulgatum illud idem de Clodia.* Utitur & pro Muræna, & lib. VI. Accuſat. in Verrem. De qua formula Lælius Taurellus, Anton. Auguſtinus, P. Victorius, Ad. Turnebus, Jac. Cujacius, P. Pithœus, Did. Covarruvias lib. IV. Var. reſolut. Repoſuerunt exſulantem vocem, & in priſtinam ſedem reſtituerunt ex Varrone, ut dixi, & Soſipatro, in Arnobio, Plinio, Apulejo, lib. de dogmat. Plat. Cicerone, Nepote. Cæteris Græcis ὀσίας ἕνεκα, & ἀφοσιώσεως χάριν, πρόφασιν ἕνεκα, apud Dionyſ. Halicarnaſſæum, Iſæum, & Euripidem in Iphig. Tauris, & Harpocrat. & alios. *Schott.* Savaro legit *necis cauſſa*; quia provinciæ illæ datæ erant à Conſulibus propter cædem illatam Julio Cæſari.

5 *A Coſſ.*] Mss. Mediceæ: *à Conſule.* Ernſtius. Quomodo & liber Schotti habuit. *Boſius. A Cæſare:* Florus. *Et per Senatum confirmata.* Suetonius *Octav.* Vellejus II.

6 *In exilium proficiſcerentur.*] *Libenter ſe in perpetuo exilio victuros, dum reipublicæ conſtaret concordia.* Vellejus. Et addit tandem: *Quæ omnia Senatus decretis comprehenſa, comprobata ſunt.* II.

7 *Abjecto Bruto.*] Fortuna adverſa proſtrato. Petron. *In loco peregrino deſtituit abjectum.* Propius Val. Maximus lib. V. cap. I. 8. *Nam ſi egregium eſt, hoſtem abjicere, non minus tamen laudabile, infelicis ſcire miſereri.* Gebhard. Sic *abjectus homo* in lib. IV. Cod. de cuſt. reor. & apud Ciceronem in Oratione contra Rullum.

8 *Italiaque cedenti.*] Sextili menſe, ut ex Cicerone manifeſtum. Vellejus: *Præfecti urbe atque Italia, in tanto ac pari animo ſine auctoritate publica provincias exercituſque occupaverant.* Keuch.

9 *Trecenta juſſit dari.*] Cicero epiſt. XVII. lib. XV. ad Atticum, à Servilia numeratam ab Attico, Bruto Italia cedenti, ſignificat, de qua infra. *Schott.*

sit, dari: neque eo magis [1] potenti adulatus est Antonio, 9 [2] neque desperatos reliquit. [3] Secutum est bellum gestum [4] apud Mutinam. In quo si tantum eum prudentem dicam; minus, quam debeam, prædicem; cum ille potius divinus fuerit; [5] si divinatio appellanda est perpetua naturalis bonitas, [6] quæ nullis casibus augetur, neque minuitur. [7] Hostis Antonius judicatus, Italia cesserat; spes restituendi nulla erat. non solum [8] ejus inimici, qui tum erant potentissimi, & plurimi, sed etiam amici adversariis ejus, [9] se dabant; & in eo lædendo se aliquam consecuturos sperabant commoditatem, familiares [10] insequebantur, uxorem

1 *Potenti Antonio.*] Qui tamen titulo imperii cedebat Lepido, cum summa virium penes eum foret. *Vell. Plut.*

2 *Neque desperatos reliquit.*] Sic fere paullo post: *Id ex ipsis rebus ac temporibus judicari potest, quod non florentibus se venditavit, sed afflictis semper succurrit.* Schottus.

3 *Secutum est bellum gestum apud Munam.*] Mutinense: *Sueton. Flor.* Inter Octavium & Antonium. *Vell.* Caussa hujus testamentum Cæsaris fuit. *Florus.* Vide Dionem XLVI. Incidit initium ejus in annum Urb. conditæ Io CCXII. P. Servilio Vatia II. & L. Antonio Coss. Quo consulatum accepit Augustus, εἰκοστὸν ἄγων ἔτος, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς Ὑπομνήμασιν εἴρηκεν. Lege Casaubonum II. nota ad monumentum Ancyranum, & Vossium ad Paterculum. Atque hoc primum ac novissimum bellum est, quod inter civilia gessit Octavius, tertio mense, duobus præliis. *Keuchen.*

4 *Apud Mutinam.*] Corrupte in Mss. libris Medicæis legitur: *Numidiam.* Ernstius.

5 *Si divinatio appellanda est perpetua naturalis bonitas.*] Credidi aliquando hic divinitatem describi, Χποθέωσιν potius, quam Divinationem. *Schottus.* Infra: *Prudentiam quodammodo esse divinationem.* Proverbium citante ad Hecyram Terentianam Donato: *Ajunt divinare sapientem, quia qui verum dicit, divinus est.* Et meminit locutionis similis lib. V. Milesi. Apulejus.

6 *Quæ nullis casibus augetur, neque minuitur.*] Gifanii & Joannis Savaronis libri habent *agitur.* Ernst. Melius tamen *augetur* respectu relationis ad τὸ *minuitur.*

7 *Hostis Antonius judicatus, Italia cesserat.*] Vellejus II. *Antonius turpi ac nuda fuga coactus deserere Italiam.* Florus IV. 4. *Obsidio Mutinæ liberat Brutum, Antonium exuit castris.* Idem Vellejus: *Lepidus deinde à Senatu hostis judicatus est, ut ante fuerat Antonius.* Caussa judicii erat, quod Senatus consulto intercessserat, neque intercessionem remittere volebat. *Cicero* II. Philipp. Adhoc foro & curia prohibitus fuit. *Appian.* Mox à Lentulo impulsus, ut ante latam à Senatu sententiam, perfugeret. *Dio.* Vide Plutarchum. *Keuchen.*

8 *Ejus inimici.*] Juventius Laterensis, M. Tullius, Canutius, alii. Et tunc omnia plena erant σκήψεων, καὶ ἀφορέσεων, καὶ παλιλογιῶν. De quibus apud Ciceronem Plancus in Epistolis ad S. P. Q. R. *Keuchen.*

9 *Se dabant.*] Ita Cicero quoque loquitur, pro *cedebant.* Vide Schott. *Observat.* 3. 2.

10 *Insequebantur.*] Ita legunt Faërnus, Bosius & Urfinus. Pro quo in editis nonnullis libris male legitur, *sequebantur.* Ernst.

1 *Uxo-*

rem [1]Fulviam omnibus rebus ſpoliare cupiebant, liberos etiam extinguere parabant. Atticus, cum Ciceronis intima familiaritate uteretur, amiciſſimus eſſet Bruto: non modo nihil iis indulſit ad Antonium violandum, ſed è contrario familiares ejus, ex urbe profugientes, quantum potuit, texit; quibus rebus indiguerunt, adjuvit: [2] P. vero Volumnio ea tribuit, ut plura à parente proficiſci non potuerint. Ipſi autem Fulviæ, cum litibus diſtineretur, magniſque terroribus vexaretur, tanta diligentia officium ſuum præſtitit, [3] ut nullum illa ſtiterit vadimonium ſine Attico, ſponſor omnium rerum fuerit. Quin etiam, cum illa fundum ſecunda fortuna [4]emiſſet in diem; neque poſt calamitatem verſuram facere potuiſſet, ille ſe interpoſuit; pecuniamque ſine fœnore, ſineque ulla ſtipulatione credidit, maximum exiſtimans quæſtum, memorem gratumque cognoſci, [5] ſimulque aperire, ſe non fortunæ, ſed hominibus ſolere eſſe amicum: quæ cum faciebat, nemo eum temporis cauſſa facere poterat exiſtimare. Nemini enim in opinionem veniebat, Antonium rerum potiturum. Sed ſenſus ejus à nonnullis optimatibus reprehendebatur, quod parum odiſſe malos cives videretur. [6] Ille autem ſui judicii, potius, quid ſe facere par eſſet, intuebatur, quam quid

1 *Uxorem Fulviam.*] Fœminam imperioſam, qualis illa Tarquinii Tanaquil, Pompeji Julia. *Kenchen.* Vellejus: *Uxor Antonii Fulvia, nihil muliebre præter corpus gerens.* Lege Dion. lib XLVII. Zonar. Annal. t. II. in vit. C. Octavii.

2 *P. vero Volumnio.*] Eſt ille P. Volumnius Eutrapelus præfectus Fabrûm, ad quem ſcripta eſt epiſtola ultima & penultima lib. VII. ad Fam. Meminit præterea ejus Cicero epiſt. 26. lib. IX. *Audi*, inquit, *reliqua; infra Eutrapelum Cyteris accubuit.* Ernſt.

3 *Ut nullum illa ſtiterit vadimonium.*] *Siſtere vadimonium* eſt, quod datis vadibus promiſerat, ſe in judicio ſiſtere. Et ſic *liberare vades.* Cicero pro Quinctio: *Venit Romam Quinctius, vadimonium ſiſtit.* Et Cato apud Agellium libro II. cap. XIV. *Quod ſi vadimonium capite obvoluto ſtitiſſes.* Lambin. Schott. Savar. Gebhard.

4 *Emiſſet in diem.*] Ut ſolveret certo tempore. Frequens eſt in omnibus contractibus, diei vel conditionis adjectio. *Ernſtius.*

5 *Simulque aperire.*] Supra in Cononе: *Neque vero non fuit apertum.* perſpicuum, ac clarum. *Gebhard.* Sighicellus mavult, *apparere.*

6 *Ille autem ſui judicii.*] Qui eſſet homo ſui judicii, hoc eſt, qui non tam aliorum, quam ſuo judicio niteretur. Homo ſui judicii fortaſſe eſt is, quem Græci ἰδιογνώμονα ſeu potius αὐτογνώμονα appellant. *Lambin.*

quid illi laudaturi forent. Converſa ſubito fortuna eſt. [1] Ut Antonius rediit in Italiam, nemo non magno in periculo Atticum putarat, propter intimam familiaritatem Ciceronis & Bruti. Itaque [2] ad adventum Imperatorum de foro deceſſerat, [3] timens proſcriptionem: latebatque apud P. Volumnium, cui, ut oſtendimus paulo ante, [4] opem tulerat. Tanta varietas in his temporibus fuit fortunæ, ut [5] modo hi, modo illi in ſummo eſſent aut faſtigio, aut periculo. Habebat ſecum [6] Q. Gellium Canium, æqualem, ſimillimumque ſui. Hoc quoque ſit Attici bonitatis exemplum, quod cum eo, quem puerum in ludo cognoverat, adeo conjuncte vixit, ut ad extremam ætatem amicitia eorum creverit. Antonius autem, [7] etſi tanto odio ferebatur

1 *Ut Antonius rediit in Italiam.*] De cujus reditu Vellejus II. Hiſt. 76. *Adventus deinde in Italiam Antonii, præparatuſque contra eum Cæſaris habuit belli metum: ſed pax circa Brunduſium compoſita.*

2 *Ad adventum Imperatorum.*] M. Lepidi, M. Antonii, & Octavii Cæſaris, inter quos inita tum temporis potentiæ ſocietas. Vide Dionem, Appianum, Florum, Vellejum. Florus IV. 6. de triumviratu: *In hoc velut fœdus pax inter tres duces componitur. Apud Confluentes inter Pruſiam & Bononiam jungunt manus.*

3 *Timens proſcriptionem.*] Quam primo averſabatur Octavius, ſed inceptam utroque acerbius exercuit. *Sueton.* Καὶ εἶχον ἅτοις ἡ προγεγραφή. Μάρκος Λέπιδος, Μάρκος Ἀντώνιος, Ὀκτάβιος Καῖσαρ, οἱ χειροτονηθέντες ἁρμόσαι, καὶ διορθῶσαι τὰ κοινά, ΟΤΤΟ ΛΕΓΟΤΣΙΝ. *Appian.* Hæc eſt illa neſaria proſcriptio, qua Cicero cum filio, fratre, fratriſque filio, omnibus denique clientibus & amicis proſcriptus fuit. Florus *Sullanam* vocat, ob immanem ejus crudelitatem; cujus exemplo inſtauratum malum. *Keuch.*

4 *Opem tulerat.*] Supra: *P. Volumnio ea tribuit, ut plura à parente proficiſci non potuerint.* Poſt vero, *Præfectus fabrum Antonii* dicitur. *Schott.*

5 *Modo hi, modo illi.*] Tanquam calculi, ut eleganter Polyb. lib. v. *Boſ.*

6 *Q. Gellium Canium.*] In Ms. eſt *Canum* duabus ſyllabis: Etiam in Manutianis ſchedis; ſic enim legit: *habebatque ſecum Q. Gellium Canum æqualem.* De hoc Martialis, lib. I.

Gaudet jocoſæ Canio ſuo Gades
Emerita Decano meo.

Et poſt non longe *Canium* nominat. Et lib. III. Epigrammat. XX. & XXII. *Canium Rufum* laudat. Et lib. VII. Epigr. LXVIII. & LXXVIII. Et epiſtola Valerii ad Rufinum, inter eas quæ D. Hieronymi. Meminit & Cicero ſæpe, ut lib. XIII. epiſt. XXI. Ubi *Canum* in optimis libris ſcriptum affirmant: & epiſt. XLI. lib. XIII. *Canam* filiam ejus Q. Ciceroni filio nuptum dare voluiſſe, colligere licet; quod an ita foret, Atticus dubitat. lib. XV. Ep. XXI. *Schott.*

7 *Etſi tanto odio ferebatur in Ciceronem.*] Lege, ſi lubet, Vellejanam illam egreſſionem, qua lib. II. in M. Antonium invehitur, & Ciceronem defendit in numero proſcriptorum. Tertio demum die, repugnantibus per biduum collegis, conceſſa proſcriptio eſt, quam ſceleſta voce proclamabat Antonius.

Vide

rebatur in Ciceronem, ut non ſolum ei, ſed etiam omnibus ſuis amicis eſſet inimicus, eoſque vellet proſcribere; multis hortantibus tamen, Attici memor fuit officii: & ei, cum requiſiſſet, ubinam eſſet, ſua manu ſcripſit, ne timeret, ſtatimque ad ſe veniret: ſe eum, & Gellium Canium [1] de proſcriptorum numero exemiſſe, ac, ne quod periculum incideret, quod noctu fiebat, præſidium ei miſit. Sic Atticus in ſummo timore non ſolum ſibi, ſed etiam ei, quem cariſſimum habebat, præſidio fuit; neque enim ſuæ ſolum à quoquam auxilium petiit ſalutis, ſed conjunctim, ut appareret nullam ſejunctam ſibi ab eo velle fortunam. Quod ſi gubernator præcipua laude fertur, qui navem ex hyeme, marique ſcopuloſo ſervat; cur non ſingularis ejus exiſtimetur prudentia, qui ex tot, tamque gravibus procellis civilibus ad incolumitatem pervenit? Quibus ex malis ut ſe emerſit, nihil aliud egit, quam ut plurimis, quibus rebus poſſet, eſſet auxilio. Cum proſcriptos præmiis Imperatorum vulgus conquireret, nemo in Epirum venit, cui res ulla defuerit. Nemini non ibi perpetuo manendi poteſtas facta eſt: quin etiam, [2] poſt prælium Philippenſe, [3] interitumque C. Caſſii, & M. Bruti, L. Julium Mocillam Prætorium, & filium ejus, Aulumque Torquatum, cæteroſque pari fortuna perculſos inſtiterit tueri, atque ex Epiro his omnibus Samothraciam ſupportari juſſit. Difficile enim eſt omnia perſequi, [4] & non neceſſaria. Illud unum intelligi volumus, illius liberalitatem

II

Vide Plut. in Cicerone. *Kenchen.*

1 *De proſcriptorum numero.*] Quem tradit Appianus IV. ἐμφυλ. Florus in *Triumviratu* de Senatoribus, ubi ab Appiano CLX. diſcordat.

2 *Poſt prælium Philippenſe.*] Quod ſecundum civile ab Auguſto Cæſare geſtum. *Bella civilia quinque geſſit: Mutinenſe, Philippenſe, Peruſinum, Siculum, Actiacum.* Sueton.

3 *Interitumque C. Caſſii, & M. Bruti.*] Appian. Dio. Vellejus. Florus. *Dec. Brutum Antonii interemit crudelitas. Sex. Pompejum ab eodem victum, idem Antonius, cum dignitatis quoque ſervandæ dediſſet fidem, etiam ſpiritu privavit: Brutus & Caſſius antequam victorum experirentur animum, voluntaria morte obierunt.* Paterc. II. Vide Senecam Epiſt. LXXXII.

4 *Et non neceſſaria.*] Freinshemius exiſtimat, fortaſſe legendum: *etiam neceſſaria.* Boecler.

Neque

tatem [1] neque temporariam, [2] neque callidam fuiſſe. Id ex ipſis rebus, ac temporibus [3] judicari poteſt, [4] quod non florentibus ſe venditavit, ſed afflictis ſemper ſuccurrit: qui quidem [5] Serviliam Bruti matrem [6] non minus poſt mortem ejus, quam florentem, coluerit. Sic liberalitate utens, nullas inimicitias geſſit, quod neque lædebat quemquam; neque, ſi quam injuriam acceperat, [7] non malebat oblivisci, quam ulcisci. Idem immortali memoria [8] percepta

1 *Neque temporariam.*] Manutius exponit *exigui temporis*. Falſo: Et in alteram interpretando partem Schottus quoque errat. Quis enim unquam *temporarium* eſſe *lentum* audivit? *Temporarius* eſt, qui ſpectat tempus, affectuſque ſuos ſucceſſui fortunæ alterius attemperat. Explicavit ſeſe paullo ſuperius: *Quæ cum faciebat, nemo eum temporis cauſſa facere poterat exiſtimare.* Sic Curtius *temporaria ingenia* dixit. *Temporaria liberalitas*, quæ captat felices, & temporis cauſſa largitur, quamdiu ſperat fore eundem rerum ſecundarum curſum. Haut diſpare mente Curtius v. 3. *Mandatus erat hujus regionis Præfectus, haud ſane temporum multorum homo; quippe ultima pro fide experiri decreverat.* A ſcholiorum Auctore in Ariſtophanis Ranas *Temporarium ingenium* optime exponitur παλίμβολον, ἀλλάττοφος, καθομιλῶν τὰς καιρὰς, πρὸς τὸ κρεῖττον μέρος ἀεὶ διδὰς ἑαυτόν. *Gebhardus.* Et temporarii amici, qui *amicitiarum jura non fide, ſed ſucceſſu ponderant*; ut loquitur Juſtin. lib. XXII. 7.

2 *Neque callidam.*] Inſidiatricem, captatricem, Schottus *calidam* legit, redditque *temerariam*. Certe non callide. Cotta apud Salluſtium; *Neque ego callidam facundiam, neque ingenium ad male faciendum exercui.* Gebhard.

3 *Judicari poſſet.*] Igitur ex præcepto Ciceronis II. Offic. in beneficiis collocandis mores hominum, non fortunam ſequebatur. Hoc enim maxime officii eſt, ut quiſque maxime opis indigeat, ita ei potiſſimum opitulari. Infra: *Non fortunæ, ſed hominibus ſolere eſſe amicum.* Schott.

4 *Quod non florentibus ſe venditavit.*] Corrupte qui *vendicavit* hactenus legerunt, ut intelligatur Atticum non captaſſe gratiam eorum, qui plurimum poterant in republica, ſed victis partibus ſæpe tuliſſe opem. Conſtat enim non ambiviſſe favorem Sullæ aut Pompeji, aut Cæſaris, vel Antonii, aut Auguſti: quin potius pecunia ſubveniſſe Pompeianis & Brutianis, eorum afflictis rebus. Sed Lud. Vives epiſt. quæ penes me eſt ad Franc. Craneveldium, J. C. *Schott.* Ita Cicero pro Sulla: *Fallaciſſime ſe alicui venditare.*

5 *Serviliam Bruti matrem.*] Catonis Uticenſis ſororem, quam Julius Cæſar adhuc adoleſcens amavit. Unde quodammodo creditum, Brutum à Cæſare genitum. *Plutarch. Sueton.*

6 *Non minus poſt mortem ejus.*] Plutarchus enim Bruto ſuperſtitem fuiſſe matrem, auctor eſt. *Schott.*

7 *Non malebat oblivisci, quam ulcisci.*] P. Syrus:

Injuriarum remedium eſt oblivio.

Gebhard.

8 *Præcepta retinebat beneficia.*] Id eſt, *ante accepta*. Lambin. Ernſt. Græcis προληφθέντα: ut alibi ſæpe M. Tullius & Virgilius XI. Æneid.

Exultatque animis, ac jam ſpes præcipit ante. Schott.

Ita illi. Sed minus recte. retineo vulgatam, *percepta*. frequens in his error ac lapſus olim librariorum. P. Syrus: *Optime poſitum eſt beneficium, ubi ejus meminit*

cepta retinebat beneficia, quæ autem ipſe tribuerat, [1] tamdiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui receperat. Itaque hic fecit, ut vere dictum videatur, [2] SUI CUIQUE MORES FINGUNT FORTUNAM. Neque tamen prius ille fortunam, quam ſe ipſe, finxit, [3] qui cavit, ne qua in re plecteretur. His igitur rebus effecit, ut [4] M. Vipſanius 12
Agrippa, intima familiaritate conjunctus adoleſcenti Cæſari, cum propter ſuam gratiam, & Cæſaris potentiam [5] nullius conditionis non haberet poteſtatem, potiſſimum ejus diligeret affinitatem, [6] præoptaretque equitis Romani [7] filiam generoſam nuptiis; atque harum nuptiarum con-

nit qui accepit. Idem: *Sat magna uſura eſt, pro beneficio memoria.* Præcepto vero Demoſthenis obtemperavit, qui loco quodam: Ἐγὼ νομίζω, inquit, χρὴ τὰ μὲν παθόντα δεῖν μεμνῆσθαι, τὰ δ' ὧν ποιήσαντα, δίκαιος ἐπιλελῆσθαι. *Gebhard.*

1 *Tamdiu meminerat, quoad ille gratus.*] Pro *quamdiu.* Ciceronis hoc præceptum in Lælio: *Meminiſſe debet is, in quem collatum eſt beneficium, non qui contulit.* Supra Nepos: *Maximum exiſtimans quæſtum, memorem gratumque cognoſci.* Schott.

2 SUI CUIQUE MORES FINGUNT FORTUNAM.] Elegans γνώμη. Infra: *Quantum potermus, verum exemplis lectores docebimus, ſicut ſupra ſignificavimus,* SUOS CUIQUE MORES CONCILIARE FORTUNAM. Ut M. Tullio Nepotem familiariter, ſic & ſcriptis ejus uſum apparet. Sic enim Paradox. v. *Fortuna, ſicut ſapiens Poëta dixit: Suis ea cuique fingitur moribus.* Quod fortaſſe ex Plauto ſumptum in Trinummo: *Sapiens ipſe fingit fortunam ſibi.* Livius lib. XXXIX. de M. Catone: *In hoc vero tanta vis animi, ingenique fuit, ut quocunque loco natus eſſet, fortunam ſibi ipſe facturus videretur.* Et Macrobius lib. I. cap. XI. de ſervorum fortuna: *Sibi quiſque dat mores, conditionem caſus aſſignat.* Huc pertinet & tota D. Chryſoſtomi Homilia in illud: *Nemo læditur niſi à ſeipſo.* Schott.

3 *Qui cavit ne qua in re plecteretur.*] Uno conſenſu Mss. addunt *jure plecteretur.* Non abludit idem Publius:

Id agas, tuo te merito ne quis oderit.

Gebhard. Malo: *ne qua jure plecteretur.* cum alterum ex inſcitia deſcribentium ſubrepſerit.

4 *M. Vipſanius Agrippa.*] Quem *generum Attici* vocat Seneca XXI. epiſt. quippe qui Pomponiam ejus filiam duxerat in uxorem.

5 *Nullius conditionis.*] Pro *conjugii.* Hinc uſitatum illud, *conditiones quærere.* Schott. Sic vox illa plerumque ſumitur apud Juris Conſultos. Quomodo & Suetonius utitur in Auguſto. *Keuch.*

6 *Præoptaretque Equitis Romani filiam generoſam nuptiis.*] M. Agrippæ tres uxores fuerunt. Prima, Pomponia Attici filia, conciliante eas nuptias M. Antonio Triumviro: Ex ea genuit Vipſaniam Druſi matrem. Altera, Marcella Octaviæ filia, ex qua quoque liberi, ſi Suetonio fides. Tertia uxor Julia: ex ea nati Cajus, & Lucius Cæſares, Poſtumus Agrippa, Agrippina & Julia. In his pleriſque verum, quod Tacitus notat Annal. III. *Una omnium Agrippæ liberorum Vipſania miti obitu.* Lipſ.

7 *Filiam generoſam nuptiis.*] Atticam, quam ἀκριβεστάτως *Atticulam* Cicero vocat lib. VI. epiſt. 6. extrema. De affectu in eam Attici lib. VII. ep. 2. & lib. V. ep. 19. *Filiam generoſam nuptiis.*] Hoc ſenſu *uxor generoſa* dicitur ab A[illegible]

conciliator fuit (non enim eſt celandum) M. Antonius, [1] Triumvir Reipubl. conſtituendæ; cujus gratia cum augere poſſeſſiones poſſet ſuas, tantum afuit à cupiditate pecuniæ, ut nulla in re uſus ſit ea, niſi in deprecandis amicorum, aut periculis aut incommodis. Quod equidem ſub ipſa proſcriptione perilluſtre fuit. Nam cum L. Saufeji, equitis R. æqualis ſui, qui complures annos, [2] ſtudio ductus Philoſophiæ, Athenis habitabat, habebatque in Italia pretioſas poſſeſſiones, Triumviri bona vendidiſſent, conſuetudine [3] ea, qua tum res gerebantur; Attici labore atque induſtria factum eſt, ut eodem nuntio Saufejus fieret certior, ſe patrimonium amiſiſſe, & recuperaſſe. Idem [4] L. Julium Calidium, quem poſt Lucretii, Catulliquè mortem multo

pul. lib. IX. Mileſ. Explicat vetus Gloſſar. *Generoſius* δι' ἥβης, ὁ ἀπὸ γήρως. mancum (ut videtur) locum ſarcito, τίμιος vel ἄτιμος addendo. *Keuch. Generoſarum nuptiis*, habent quidam libri, quod & Freinſ hemio venerat in mentem. *Boecl.* Sine dubio legendum *generoſarum*, id eſt, nobilium, Senatorii ordinis, quarumve patres, ac majores honores in rep. geſſerant. *Generoſæ* quippe ſunt, quibus eſt *generoſa ſtirps*, ut ait in Eumene, in initio.

1 *Triumvir reipublicæ conſtituendæ.*] Natum mendum eſt ex antiqua ſcriptura, quæ talis erat: *M. Antonius* III. *vir*, *R. P. C.* Sic Suetonius de Auguſto: *Triumviratum reipublicæ conſtituendæ per decem annos adminiſtravit.* Faſti: M. ÆMILIUS M. F. Q. N. LEPIDUS, M. ANTONIUS M. F. M. N. C. JULIUS C. F. C. N. CÆSAR. OCTAVIAN. III. VIRI R. P. C. Antiquus nummus Clement. Tevenini: M. ANTON. IMP. III. VIR. R. P. C. Et alius: ANTONIUS III. VIR. R. P. C. Vide quæ fuſe ex inſcriptionibus ad hunc locum notat *Lambinus*. Triumviris iſtis ut & dictatoribus, ſimiles apud Græcos fuere, qui turbato inteſtinis malis Reipubl. ſtatu, ad eam conſtituendam ſoliti creari: Hos Theſſali ἀρχὰς, Lacedæmonii ἁρμοστὰς appellarunt, φοβέμβροι βασιλεῖς ἢ τυραννεύοντες καλεῖν, ait Dionyſius Halicarnaſſæus, etſi revera tyrannica aut regia poteſtate erant præditi. *Caſaub.*

2 *Studio ductus Philoſophiæ.*] Saufeius Epicureæ ſectæ Philoſophus, in qua hæreſi fuit & Atticus, lib. IV. ep. VI. & lib. V. ep. XIX. & ep. I. lib. VII. & lib. XIII. ad Famil. ep. I. *Schott.* Plurimi autem Romanorum ejus ſectæ aſſenſores fuerunt & ſectatores: quod ejus placita neſcio quas delicias & δίζωιαν vulgo prima fronte pollicerentur. Cauſam ſuggerit Lactant. lib. III. cap. 17. Vide nuperrimam hiſtoriam Philoſophicam *Georgii Hornii*, lib. III. cap. XVII.

3 *Ea, qua tum res gerebantur.*] Horat. epiſt. XVII. lib. I.

Res gerere, & captos oſtendere civibus hoſtes,
Attingit ſolium Jovis, & cœleſtia tentat.

Hinc *Dictator rei gerundæ* Romæ creari dicebatur. *Schott.*

4 *L. Julium Calidium.*] Ita Mss. Giſan. & Schotti, atque editi. Alii *Calidum*, ut opinor, rectius: nam *Calidius* nomen gentis, non cognomen fuit. *Boſius.* Notat alium ad eminentium ingenio-

multo elegantiſſimum poëtam, noſtram tuliſſe ætatem, vere videor poſſe contendere; neque minus virum bonum, optimiſque artibus eruditum, poſt proſcriptionem Equitum, propter magnas ejus Africanas poſſeſſiones, in proſcriptorum numerum [1] à P. Volumnio Præfecto fabrum Antonii, abſentem relatum, expedivit. Quod in præſenti utrum ei laborioſius an glorioſius fuerit, difficile fuit judicare; quod in eorum periculis non ſecus abſentes, quam præſentes amicos Attico eſſe curæ, cognitum eſt. Neque vero minus ille vir, bonus paterfamilias habitus 13
eſt, quam civis. Nam cum eſſet pecunioſus, [2] nemo illo minus fuit emax, [3] minus ædificator. Neque tamen non in primis bene habitavit, omnibuſque optimis rebus uſus eſt, nam [4] domum habuit in Colle Quirinali Tamphilanam,

geniorum temporaVell. Patercul. lib. II. De quo Cicero in Brut. & Cæſar de B.C. lib. I. Ille erat præſtantiſſimus Orator, hic multo elegantiſſimus Poëta.

1 *A P. Volumnio, præfecto fabrum.*] Ἔπαρχον τῶν τεχνιτῶν. Fabris enim in bello opus, qui machinas facerent, &c. Eorum caput, operiſque curator & exactor præfectus fabrum. Vide Lipſium poliorcet. III. 6. *Boecler.*

2 *Nemo illo minus.*] Hactenus de publica vita; nunc de privata: quarum illa ad πολιτικὴν, hæc ad οἰκονομικὴν Philoſophiam pertinet. Catonis eſt præceptum, magis vendacem quam emacem oportere eſſe agricolam & patremfamilias. Plinius lib. XVIII. cap. 5. Et Cicero paradoxo VI. *Non eſſe emacem, vectigal eſt.* Schott.

3 *Minus ædificator.*] Epigramma Græcum, lib. Ἀνθολογίας:

Σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα παῦλ' ἀναγαίρειν

Ἀνθρώπους ἐς πνεῦμα ἐόντι ἀταμιεύτῳ.

Idem. Non ſolum boni Patres familias; ſed etiam quidam Principes de ædificandi luxu abhorruerunt. Tacitus de Tiberio VI. Annal. *Tanto acceptius in vulgum, quanto modicus privatis ædificationibus.* Plinius Panegyrico cap. 51. *Idem tam parcus in ædificando*, de Trajano. Lacones ſi cui mala imprecari cogitarent, quatuor ipſi accidere optabant. Primum, ædificandi deſiderium: Secundum, dilationem: Tertium, equos alendi ſtudium: Quartum, ut uxorem haberet adulteram. Locus exſtat apud Suidam: Οἰκόδομά σε λάθοι καὶ ἐμβολὰ, ὅτι ἵππῳ καὶ ἀγώνιος μοῖραν ἔχοι. Nam iſta quatuor omnia δοκεῖ δαπανηρὰ εἶναι. Et addit Suidas: ὡς τέτων πάντων δαπανηρῶν ὄντων καὶ ἐπιζημίων. *Gebhard.*

4 *Domum habuit in Colle Quirinali.*] Antiquiſſimum hujus collis nomen loquitur fœdus inter reges Romulum & Tatium initum, paſſim apud hiſtoricos. Nam facta inter utrumque populum concordia non domos modo privatas, ſed & ædes ſacras Diis erexerunt. Vide Onuphrium, Livium, Eutropium, Ovidium, alios. *Kenchen.* P. Victor in ſexta regione ſtatim poſt templum Quirini, collocat *ædes Attici*: Et Cicero I. de Leg. idemque juxta *Salutis ædes* lib. IV. epiſt. I. & lib. XII. epiſt. XLV. vicinum Cæſarem vocat; cujus ſtatua in Quirini templo poſita. Dion lib. XLIII. Quo in loco ædes Salutis, *Salutis augurium* dicta. *Schott.*

I Tam-

nam[1], ab avunculo hereditate relictam, cujus amœnitas non ædificio, ſed ſilva conſtabat: ipſum enim [2] tectum, antiquitus conſtitutum, plus ſalis, quam ſumptus, habebat; in quo nihil commutavit, niſi ſi quid vetuſtate coactus eſt. Uſus eſt familia, ſi utilitate judicandum eſt, optima; ſi forma, vix mediocri. Namque in ea erant pueri literatiſſimi, [3] anagnoſtæ optimi, & [4] plurimi librarii; ut ne pediſequus quidem quiſquam eſſet, qui non utrumque horum pulchre facere poſſet. Pari modo artifices ceteri, [5] quos cultus domeſticus deſiderat, apprime boni. Neque tamen horum quenquam, niſi domi natum, domique factum, habuit: quod eſt ſignum non ſolum continentiæ, ſed etiam diligentiæ. Nam & non intemperanter concupiſcere, quod à pluribus videas, continentis debet duci; & potius diligentia, quam pretio, parare non mediocris eſt induſtriæ. [6] Elegans, non magnificus; ſplendidus, non ſumptuoſus.

1 *Tamphilanam.*] Sic edendum curavi. *Tamphilanam domum* autem accipio à Tamphilo quodam Romano ſic appellatam. *Tamphili* enim Romæ fuerunt, *Pamphili* non item. *Lambin.* Sed ego exiſtimo *Cæcilianam* eſſe legendum, & domum à poſſeſſore ſuo Cæcilio Attici avunculo nomen fuiſſe ſortitam. *Erniſtius.*

2 *Tectum plus ſalis, quam ſumptus.*] Hoc eſt, tecti architectura plus artis, venuſtatis & elegantiæ, quam ſumptus habebat. Sal enim condimentum omnium. Vives ibidem interpretatur de gratia ac venuſtate ædium, quæ per ſalem plerumque ſignificatur. *Schottus.* Locus hic corruptus videtur Cl. Boeclero. *Boſius.*

3 *Anagnoſtæ optimi.*] Romani Principes lectores apud ſe habebant, quos ἀναγνώστας dixere, cum ipſi occupati lectioni vacare non valerent. *Alexander* ab Alexand. Vide Meurſium cap. 3. Auctar. Philolog.

4 *Plurimi librarii.*] Tres nominat Cicero, lib. XIII. epiſt. XLIV. *Pharnacem, Autæum, & Salvium.* Amanuenſes & Anagnoſtas hos colligere licuit. A ſtudiis & ab epiſtolis *Alexium* nominat lib. V. epiſt. XX. & lib. VII. epiſt. II. & lib. XVI. epiſt. XV. *Athamam & Alexion* amanuenſes, lib. XII. epiſt. XI. & alterum epiſt. II. lib. VII. *Antiochum & Thallumetum* literatos nominat, lib. XIII. epiſt. XXXIII. & lib. V. epiſt. XII. De *Eutychide*, quem manumiſit, epiſt. XV. lib. IV. De *Nicanore* lib. V. epiſt. III. & lib. VI. epiſt. XI. *Schott.*

5 *Quos cultus domeſticus deſiderat.*] Ad voluptatem & lucrum locata eorum opera. Sunt autem ejuſmodi ſervorum nomina; gladiatores, agitatores, funambuli, palæſtritæ, pictores, cælatores, &c. Vide Laurent. Pignorium de ſervis. *Boecler.*

6 *Elegans, non magnificus.*] *Elegans homo*, ad ætatem Catonis, non in laude, ſed vitio ponebatur. Sic enim ille de ſæculi ſui moribus: *Avaritiam omnia vitia habere putabant: ſumptuoſus, cupidus, elegans, vitioſus.* Poſt in laudem vertit, ut hoc ipſo loco. Lege Agellium lib. X. Noct. Attic. cap. II. & Joan.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

ſumptuoſus; omni diligentia munditiam non affluentem affectabat. [1] Suppellex modica, non multa; ut in neutram partem conſpici poſſet. Nec hoc præteribo (quanquam nonnullis leve vilum iri putem) cum in primis lautus eſſet eques Rom. & non parum liberaliter domum ſuam omnium ordinum homines invitaret; ſcimus non amplius, [2] quam terna millia æris peræque in ſingulos menſes [3] ex ephemeride eum expenſum ſumptui ferre ſolitum: atque hoc non auditum, ſed cognitum prædicamus. Sæpe 14
enim, propter familiaritatem, domeſticis rebus interfuimus. Nemo in convivio ejus [4] aliud acroama audivit, [5] quam anagnoſten: quod nos quidem jucundiſſimum arbitramur. Neque unquam ſine aliqua lectione apud eum cœna-

Joan. Bapt. Pium, Annot. poſt. cap. VIII. *Schott.*

1 *Suppellex modica, non multa, ut in neutram partem conſpici poſſet.*] Ita ſcripſiſſe eum, ex præcedentibus apparet: nam omnes antitheſes ita ſunt conceptæ, ut quid fuerit adfirmet, quid non fuerit neget. Elegans, non magnificus; ſplendidus, non ſumptuoſus; adfectans munditiem, non adfluentiam. Sic etiam *ſuppellex ei modica, non multa:* hoc eſt, modo, non copia æſtimanda; inſtrumentum modice, non abundanter, ſufficiens; ut in neutram partem notari poſſet, neque ſordium, quia aderat modus, neque luxus, quia aberat ſuperfluum. Huic ſenſui verba mihi ſatis eſſe videntur exprimendo: neque aut τὸ *multo* ad defectum referendum, aut alia negatio adjicienda. *Gronovius.*

2 *Quam terna millia æris.*] Non ſunt mille ducenti ſeſtertii: hi enim illo ævo quatuor millia octingentos aſſes colligebant: ſed ſeptingenti quinquaginta, denarii CLXXXVIII. cum dimidio, noſtri coronati octodecim cum didrachmo & hemidrachmo: nam *mille æris* tum ſeſtertios faciebat CCL. denarios LXII. & victoriatum. *Gronovius* lib. III. de Pecunia Vetere.

3 *Ex ephemeride eum expenſum ſumptui ferre ſolitum.*] Ephemeridem *diurnum* Latini vocant. Significat hic libellum quotidianarum expenſarum & erogationum. Aliud ſignificant diurni commentarii apud Sueton. Auguſt. 64. in quos etiam dicta & ſermones annotabant. Vide Caſaubonum ad illum locum. *Boecler.*

4 *Aliud acroama audivit.*] Vide Plutarchum Sympoſ. Macrobium & Athenæum. Solebant enim ſub cœnæ finem admitti, qui partim ſeriis recitationibus, partim dictis factiſque ridiculis ſaturos convivas exhilararent. Audiebantur etiam cantores, tibicines, citharœdi, & quicunque alii muſica inſtrumenta tractare, pulſare, aut inflare noſſent. Acromata uno verbo Græci Latinique omnes hos vocant. *Caſaubon.* Acroma dicitur pro acroama, ut ἀκρωτήριον pro ἀκροατήριον. Sed & apud Plutarchum Sympoſ. lib. I. κρόμαλα dici invenies ἀντὶ τῶν αὐλημάτων. Lege Senecam de *Vita Beata*, cap. XI. & Philonem *de Vita contemplativa.*

5 *Quam anagnoſten.*] Manutius recte, quod ſequatur *anagnoſtes*, pro eo qui recitat; non pro re, quæ recitatur, exponi. Ut Cicero pro Sextio: *Non ſolum ſpectator, ſed actor, & acroama.* Schott.

cœnatum eſt; [1] ut non minus animo, quam ventre, convivæ delectarentur. Namque eos vocabat, quorum mores à ſuis non abhorrerent. Cum tanta pecuniæ facta eſſet acceſſio, nihil de quotidiano cultu mutavit, nihil de vitæ conſuetudine: tantaque uſus eſt moderatione, [2] ut neque in ſeſtertio vicies, quod à patre acceperat, parum ſe ſplendide geſſerit, neque in ſeſtertio centies affluentius vixerit, quam inſtituerat, [3] parique faſtigio ſteterit in utraque fortuna. Nullos habuit hortos, [4] nullam ſuburbanam, aut maritimam ſumptuoſam villam: neque in Italia, [5] præter Ardea-

1 *Ut non minus animo, quam ventre convivæ delectarentur.*] Sic de Platonis cœna Timotheus, homo clarus Athenis, & princeps civitatis; cum vidiſſet eum poſtridie: *Veſtræ*, inquit, *cœnæ non ſolum in præſenti, ſed etiam poſtero die jucundæ ſunt.* Cicero v. Tuſculana, & Demoſthen. orat. περὶ συντάξεως. Idem in Catone Majore: *Neque ipſorum conviviorum delectationem voluptatibus corporis magis, quam cœtu amicorum, & ſermonibus metiebar. Bene enim majores accubationem epularum amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, convivium nominarunt; melius quam Græci, qui hoc idem compotationem, tum concœnationem vocant.* Sic & lib. IX. ad Famil. & Macrob. lib. I. Saturn. *Schott.* Vide Agellium lib. III. cap. II. ubi multa ex M. Varrone infert de ejuſmodi conviviis, *in quibus legi non omnia debent, ſed ea potiſſimum, quæ ſunt βιωφελῆ, & delectent.* Eraſmus *cœnam Platonicam* vocat in Convivio Prophano. *Kench.*

2 *Ut neque in ſeſtertio vicies.*] Volebam; *Vixerit in ſeſtertium vicies*, vel *centies*, ſcilicet patrimonio. Et ſic alibi. *Gronovius* de Seſtertiis.

3 *Parique faſtigio ſteterit in utraque fortuna.*] Hinc animi ejus moderationem & æquitatem notam ſibi prædicat M. Tullius in Catone, quem illi dedicat, initio: ingenuitatem, animique magnitudinem lib. I. ep. XVII. *Schott.*

4 *Nullam ſuburbanam aut maritimam ſumptuoſam villam.*] Quod parum credibile. Miror allatam à Nepote fidem, quippe qui propter Attici familiaritatem, ſæpe domeſticis rebus interfuit. Habuit Villam Pomponius, & in illa Gymnaſium Amaltheum; ut paſſim à Cicerone traditum. Libro I. ad Atticum: *Ego te arbitror cæſis apud Amaltheam tuam victimis, ſtatim eſſe ad Sicyonem oppugnandum profectum.* Eodem libro: *Epigrammatis tuis, quæ in Amaltheo poſuiſti, contenti erimus.* Et paulo poſt: *Velim ad me ſcribas, cujuſmodi ſit* Ἀμαλθεῖον *tuum: quæque hiſtorias de Amaltheia habes, ad me mittas.* Unde evidentiſſime conſtat, ſumptuoſam etiam fuiſſe illam villam, in qua plenum omnis eruditionis Gymnaſium. In agro etiam Buthrotio prædia habuit. Sed legendus Turneb. lib. XI. cap. 16. Adv. *Kenchenius.*

5 *Præter Ardeatinum.*] In Mss. Cod. Mediceis ſcriptum reperi: *præter Aretinum.* Ernſt. Mss. Schotti: *Arretinum.* Gifanii: *Arrentinum.* Boſius. Ardæa civitas, in octavo decimo miliario ab urbe poſita. Eutropius. Rutuſorum urbem facit Oroſius & Livius, qui eam inter colonias Romanas numerat. Meminit hujus quoque Plutarchus in Camillo. Ἄρδεα legit Strabo, Ptolemæus, & Stephanus; qui eam quoque Trojam dictam ſcribit. Dauni urbem appellat Virgilius X. Æneid. Ardeæ nomen retinere ſcribit quidam.

Ardea-

Ardeatinum, [1] & Nomentanum, ruſticum prædium: omniſque ejus pecuniæ reditus conſtabat [2] in Epiroticis, & urbanis poſſeſſionibus, ex quo cognoſci poteſt, [3] eum uſum pecuniæ non magnitudine, ſed ratione metiri ſolitum. Mendacium neque dicebat, neque pati poterat. Itaque [4] ejus comitas non ſine ſeveritate erat, neque gravitas ſine facilitate: ut difficile eſſet intellectu, utrum eum amici magis vererentur, an amarent. Quidquid rogabatur, religioſe promittebat; quod non liberalis ſed levis arbitrabatur, polliceri, quod præſtare non poſſet. [5] Idem in nitendo quod ſemel admiſiſſet, tanta erat cura, ut non mandatam, ſed ſuam rem videretur agere. Nunquam ſuſcepti negotii eum pertæſum eſt. Suam enim [6] exiſtimationem in ea re agi putabat: qua nihil habebat carius. quo fiebat, ut omnia Marci & Quincti Ciceronum, Catonis, Marii, Q. Hortenſii, A. Torquati, multorum præterea Equitum Romanorum negotia procuraret. Ex quo judicari poterat, [7] non inertia, ſed judicio fugiſſe Reipub. procurationem. 15

Ardeatinum Prædium Pomponii Attici, eſt Æmilio Probo in hujus vita. *Ortelius.*

1 *Et Nomentanum.*] Νώμεντον Latinorum mediterranea urbs, apud Livium & Ptolemæum. Νώμεντος Stephano eſt. Duodecimo ab urbe lapide, ut tradit Rhegino. Lamentana Leandro eſt. *Nomentanum rus*, decimo lapidis diverticulo ab urbe. Plinius XIV. 4. & Æmilius Probus in Pomponio Attico. *Idem.*

2 *In Epiroticis.*] Cicero lib. I. ep. V. *Epiroticam emptionem gaudeo tibi placere.* Habuit & in *Theſprotia* poſſeſſiones, ut colligo ex epiſt. III. lib. VI. ad Attic. *Schott.*

3 *Eum uſum pecuniæ non magnitudine.*] Supra: *Tantum abfuit à cupiditate pecuniæ, ut nulla in re uſus ſit ea, niſi in deprecandis amicorum aut periculis aut incommodis.*

4 *Ejus comitas non ſine ſeveritate erat, neque gravitas ſine facilitate.*] Sic Cicero hæc inter ſe comparat multis in locis. In Muræniana, Lælio, in Oratore, Bruto, ad Q. Fratrem & ad Cornificium lib. XII. epiſt. de Sexto Aufidio.

5 *Idem in nitendo, quod.*] Manutio durum videtur *niti aliquam rem*, niſi hic ad Ellipſim confugiamus, quæ in compoſitis ab hoc verbo non inſolens. Rutgerſius *tuendo.* Boeclerus.

6 *Exiſtimationem ea re agi putabat.*] Ita Cicero dixit pro Cœcinna: *Agitur jus civitatis, bona, fortunæ omnium civium.* Et Terentius in Heautont.

Noſti nunc pecunia agitur. —— Schottus.

7 *Non inertia, ſed judicio.*] Epiſtola XVII. lib. I. *Neque ego inter me, atque te, quicquam intereſſe unquam duxi præter voluntatem inſtitutæ vitæ: quod me ambitio quædam ad honorum ſtudium; te autem alia minime reprehendenda ratio ad honeſtum otium duxit. Vera quidem laude probitatis,*

16 nem. Humanitatis vero nullum afferre majus teſtimonium poſſum, quam quod adoleſcens [1]idem ſeni Sullæ fuerit jucundiſſimus, ſenex adoleſcenti M. Bruto, cum æqualibus autem ſuis Q. Hortenſio, & M. Cicerone ſic vixerit, ut judicare difficile ſit, cui ætati fuerit aptiſſimus: quamquam eum præcipue dilexit Cicero, ut ne frater quidem ei Quinctus carior fuerit, aut familiarior. Ei rei ſunt indicio, præter eos libros, in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus ſunt editi, [2]ſexdecim volumina epiſtolarum ab Conſulatu ejus uſque ad extremum tempus ad Atticum miſſarum: quæ qui legat, non multum deſideret hiſtoriam contextam eorum temporum: ſic enim omnia de ſtudiis principum, vitiis ducum, ac mutationibus Reipub. perſcripta ſunt, ut nihil in his non appareat; & facile exiſtimari poſſit, prudentiam quodammodo eſſe divinationem. Non enim Cicero ea ſolum, quæ vivo ſe acciderunt, [3]futura prædixit, ſed etiam, quæ nunc uſu veniunt, cecinit, ut vates.

bitatis, diligentiæ, religionis, neque me tibi, neque quemquam antepono. Habet Ms. *judicio fugiſſe divino.* Sed quomodo in talibus divinitas, non eventuum potius variorum aſſidua & multiplex ruminatio judicium ſtabiliat? Itaque fecero, *judicio fugiſſe diutino.* Pontanus lib. III. Analector. cap. 18.

1 *Idem ſeni Sullæ.*] Vide ſupra.

2 *Sexdecim volumina epiſtolarum.*] Quorum ſeries nullam partem amiſſa, priſtinum adhuc nobis ordinem exhibet. *Volumina* vocat, quod olim circumvolvi ſolent, quæ in charta, aut ſcripto codice haberentur. *Volumina* etiam Plinius avunculus libros ſuos de Naturali Hiſtoria appellat. *Schottus.* Medic. Cod. II. habet *undecim.* Ernſt. *Undecim* etiam in Msc. & quibuſdam Editis fuit: quod miratur Schottus, cum ſedecim hodie circumferantur. Facile vero fieri potuit, ut *VIdecim* mutaretur in *Undecim.* Boſius.

3 *Futura prædixit.*] Pauca de multis exempla collegi Augurii & Vaticinii Ciceronis. Libro VIII. Epiſt. XI. *μεθοδικῶς, noſter Attice, non ariolans; ut illa, cui nemo credidit* (Caſſandra ſcilicet) *ſed conjectura proſpiciens.*

Famque mari magno. —— *non multo inquam ſecus poſſum vaticinari: Tanta malorum impendet Ἰλιάς.* Et libro VIII. epiſt. III. *Et à me eſſe (tute ſcis) propter ſuſpicionem hujus impendentis tempeſtatis multo ante proviſum.* Epiſt. XII. *Scripſeram eas literas, quarum vaticinationem falſam eſſe cupio.* Libro X. epiſt. VIII. *Et tamen, mi Attice, auguria quoque me incitant, quædam ſpe non dubia, non hæc collegii noſtri ab Attio, ſed illa Platonis de Tyrannis.* Et ſtatim, *Nos tamen hoc confirmamus illo augurio, quo diximus; nec nos fallit, nec aliter accidet. Corruat iſte neceſſe eſt.* Idem epiſtola ad Licinium Calvum apud Nonium: *Præſentit animus, atque augurat quodammodo, quæ futura ſit ſuavitas.* Schottus.

S:

ut vates. De pietate autem Attici quid plura commemo- 17
rem? cum hoc ipſum vere gloriantem audierim in funere matris ſuæ, quam extulit annorum nonaginta, cum eſſet ſeptem, & ſexaginta, [1] ſe nunquam cum matre in gratiam rediiſſe, nunquam cum ſorore fuiſſe in ſimultate, [2] quam prope æqualem habebat. Quod eſt ſignum, aut nullam unquam inter eos querimoniam interceſſiſſe, aut hunc ea fuiſſe in ſuos indulgentia, ut, quos amare deberet, iraſci eis, nefas duceret. Neque id fecit natura ſolum ([3] quamquam omnes ei paremus) ſed etiam doctrina. Nam & principum philoſophorum ita percepta habuit præcepta, [4] ut iis ad vitam agendam, [5] non ad oſtentationem, uteretur. [6] Moris etiam majorum ſummus imitator fuit, an- 18
tiqui-

1 *Se nunquam cum matre in gratiam.*] Quod antiqua inſcriptione ita exprimimitur:

DIS MANIBUS.
M. JULIO. M. F. QUIRINA. PUDENTI. VIXIT. ANNIS. LXXXX. CORNELIA. CALLITYCHE. CONJUGI. SUO. KARISSIMO. FECIT. BENEMERENTI. CUM. QUO. VIXIT. ANNIS. LV. SINE. CONTROVERSIA. ULLA. *Ernſtius.* Exſtat apud Gruterum pag. 795. 6.

2 *Quam prope æqualem habebat.*] Alii legere malunt: *ætate æqualem.* Ernſtius. Sed vox *ætate* Mss. Schott. & Savar. afuit. *Boſ.* Ἀequalis σύγχρονος, ὁμήλιξ. Vide ad Ariſtidem notata.

3 *Quanquam omnes ei paremus.*] En Scriptorem accuratum, etiam in iis, quæ εἰς ὑπερβολὴν inculcat. Non ſemel Cicero dixit: *Naturam optimam eſſe vivendi ducem. Cui repugnare, nihil aliud eſt, quam Gigantum more cum Diis bellare.* Chryſippus olim clamabat, τὸ τέλος εἶναι ἀκολούθως τῇ φύσει ζῆν. Vide Senecam *De Vita Beata* cap. III. *Keuchen.*

4 *Ut iis ad vitam agendam, non ad oſtentationem.*] Non ergo iis ſtudiis vir prudens deditus eſt, quæ argutiis diſputationum ſeſe venditant. Quorum cultores Clem. Alexandrinus appoſita voce appellat ὀνομαλομάχας. Vide Ernſtium.

5 *Non ad oſtentationem.*] Quemadmodum alii Philoſophi. De quibus Cicero dixit libro I. de Finibus: *Ita vivunt, ut illorum vita refellatur.* Et apud illum Stoicus lib. IV. *Vitam noſtram, conſilia, voluntates, non verba corrigi.* Juvenalis lib. I. Sat. II.

Indocti primum: quanquam plena omnia gypſo
Chryſippi invenies. Nam perfectiſſimus horum eſt,
Si quis Ariſtotelem ſimilem, vel Pittacon emit,
Vel jubet archetypos pluteum ſervare Cleanthas.

Vide quæ ad Epictetum notat metaphraſtes ejus Arrianus, & Cicero apud Lactantium lib. III. cap. XVI. D. Hieronymus epiſt. XXXIV. *Philoſophus gloriæ animal, & popularis auræ vile mancipium.* Keuchen.

6 *Moris etiam majorum.*] Ennius apud Ciceronem v. de rep.

Moribus antiquis ſtat res Romana, virisque.

Lege Auguſtinum libro II. cap. XXI. *de Civit. Dei.* Hinc de antiquitate ab eo Cæſar quotidie requirebat. Infra. *Schott.*

tiquitatiſque amator: quam adeo diligenter habuit cognitam, ut eam totam in eo volumine expoſuerit, [1] quo magiſtratus ornavit. Nulla enim lex, neque pax, neque bellum, neque res [2] illuſtris eſt populi Rom. quæ non in eo ſuo tempore ſit notata: &, quod difficillimum fuit, ſic [3] familiarum originem ſubtexuit, ut ex eo clarorum virorum propagines poſſimus cognoſcere. Fecit hoc idem ſeparatim in aliis libris, ut [4] M. Bruti rogatu, [5] Juniam familiam à ſtirpe

1 *Quo magiſtratus ornavit.*] Malim *ordinavit*, quomodo Voſſium legiſſe video 1. de Hiſt. Lat. 11. Sic apud JCtos *ordinare libellos & teſtamenta.* At *magiſtratus ornare* eſt in provincias aut bellum euntes rebus neceſſariis inſtruere. Livius XLII. 1. *Magiſtratus multa tabernaculiſque, & omni alio inſtrumento ornabantur.* Non novum eſt, hæc duo verba confundi à librariis; ut apud Sueton. Julio, cap. 18. 1. ubi vide doctiſſ. interpretes, Caſaub. Torrent, & Bernegger. *Boſius.*

2 *Illuſtris eſt populi Romani.*] Cicero in Oratore: *Cognoſcat Orator rerum geſtarum & memoriæ veteris ordinem, maxime ſcilicet noſtræ civitatis: ſed & imperioſorum populorum & regum illuſtrium: quem laborem nobis Attici noſtri levavit labor, qui conſervatis notatiſque temporibus, nihil cum illuſtre prætermittiret, annorum ſeptingentorum memoriam unico libro collig. vit.* Nec nec. tantum annorum, ſed & Virorum totidem hiſtoriam colligaſſe, ex Plinii lib. XXXV. patebit. Et in Bruto multa, quibus ſubjungit: *Eam utilitatem habuit Attici liber, quam requirebam, ut explicatis ordinibus temporum, uno in conſpectu omnia viderem.* Et ibidem paullo poſt ex Attici perſona: *Eiſque noſmetipſi ad veterum Annalium memoriam comprehendendam impulſi, atque accenſi ſumus.* Ac Ciceroni cum miſiſſe, ex procemio de claris Oratoribus patet. Ibidem: *Omnium rerum memoriam Atticus breviter & perdiligenter complexus eſt.* Meminit & epiſtola XXIII. lib. XII. ad Atticum, & Aſconius Pedianus in Piſonianam: *Tradunt & Antiochi regis filio obſidi domum publice ædificatam: inter quos Atticus in Annalibus.* Schottus.

3 *Familiarum originem.*] Γενεαλογίας. Meminit Joan. Glandorpius libro de Famil. Romanis.

4 *M. Bruti rogatu.*] Supra: *Rogatu T. Pomponii Attici.*

5 *Juniam familiam à ſtirpe.*] Ex ea fuit M. Brutus. *Manut.* Quæ nobiliſſima eſt earum gentium & familiarum, quæ à Trojanis & Ænea hauſerunt originem. Lege Dionyſium lib. IV. Hæc quum in urbem una cum Romulo migraſſet, laude & gloria belli ea ſub regibus floruit, uſque ad L. Brutum, qui regio dominatu P. R. liberavit, poſtremus Juniæ gentis. Nam, ut idem lib. V. tradit, Brutus nullos reliquit liberos ſuperſtites, & qui ſequuntur Bruti, plebeji ſunt, non patricii. Aliter tamen ſenſiſſe videtur Cicero, qui M. Brutum Cæſaris interfectorem L. Bruti gentilem appellat. Tuſcul. IV. *Qui fuit in Italia iiſdem temporibus, quibus L. Brutus patriam liberavit, præclarus auctor nobilitatis tuæ.* Quomodo in Bruto, & Philippica I. Quod idem ex ſententia Poſidonii philoſophi Plutarchus ſcribit, qui tertium Junii Bruti filium expertem conjurationis fuiſſe, ab eoque gentem Juniam propagatam tradidit. Graviſſima Ciceronis hac in re debet eſſe authoritas, magna etiam Poſidonii & Plutarchi. Dionyſii tamen, qui multis ſententiam ſuam argumentis, exquiſitiſque rationibus confirmat, meo quidem

à ſtirpe ad hanc ætatem ordine enumeravit, notans, qui, à quo ortus, quos honores, quibuſque temporibus cepiſſet: pari modo, [1] Marcelli Claudii, de Marcellorum, [2] Scipionis Cornelii, & Fabii Maximi, de Corneliorum, & [3] Fabiorum, & [4] Æmiliorum quoque: quibus libris nihil poteſt

dem judicio vel graviſſima. Neque enim quiſquam ex hac gente per annos cc. poſt exactos reges, magiſtratum curulem geſſit: quod quidem certe in tam clara & nobili familia accidere potuiſſe, nulla ratione, ut credam, adduci poſſum. Et tribuit hæc Cicero Bruto, homini amiciſſimo, non tam vere, quam ut pulcherrimum illud factum, quod pro libertate Reipubl. geſſit, laudando extolleret: ac primo L. Brutum, deinde progeniem ejus, P. R. à regibus liberaſſe ſignificaret. Hæc illuſtriſſimus *Streinius*, in Gentium & Familiarum Romanarum Stemmatis.

1 *Marcelli Claudii de Marcellorum.*] Altera hæc Claudiorum gens eſt, & quidem plebeja. Regillenſes enim Claudii, item Pulchri & Nerones patricii ſunt, plebeji Marcelli. Licet autem conditio harum gentium diverſa ſit, originem certe utriuſque gentis eandem eſſe opinor. Plutarchus Poſidonium ſecutus, Marcellum à Marte deducit, quod facile concedo, vel antiquitatis cauſa. Illud ſane permirum mihi videtur, quod idem M. Claudium, qui quintum Cos. fuit, Marcellum, propter egregiam rei militaris ſcientiam, primum nominatum ſcribit. Veterum enim Annalium monumenta, quæ & Livius & reliqui ſecuti ſunt, patrem & avum Marcellum appellant. Atque unicum hujus gentis cognomen, hoc eſt, quod in aliis forraſſe gentibus non item: rectius certe familiam, quam gentem appellaveris, quum gens ex multis familiis conſtet. *Idem.*

De Marcellorum.] Quid ſubjiciemus huic præpoſitionis? *ſtirpe an familia?* puto eam delendam eſſe & hic, & mox, uti paullo ante *τὸ enumeravit.* Schottus præpoſitionem à quibuſdam ſcriptis abeſſe teſtatur.

2 *Scipionis Cornelii & Fabii Maximi de Corneliorum.*] Ampliſſima omnium-que gentium nobiliſſima Cornelia ab antiquis eſt habita, & quidem jure ac merito. Sive enim dignitatem ſpectes familiarum, ſive etiam præclara in Rempublicam merita, rerumque geſtarum magnitudinem conſideres, omnes certe omnium gentium virtutes hujus ſplendore obſcurantur. Ac de origine nihil mihi occurrit. Familias præcipuas quatuor reperio: quarum una Maluginenſium eſt, altera Scipionum, Rufinorum tertia, poſtrema Lentulorum. Dolabellas enim, Cinnas, Merulas, & ſi qui ſunt alii, plebejos potius, quam patricios crediderim. Vide eundem *Streinium* de gente Cornelia. *P. Nannium* de claris Corneliis. & *C. Sigonii* Scipionem Æmilianum.

3 *Fabiorum.*] Qui originem ad Aborigines, ſtirpem ad Fabium Herculis filium referunt. Primo *Fodii* dicebantur ab agrorum foſſione, inde *Fabii*. Vel à *fabis*; ut Piſones, à *Piſis*; Lentuli à *lente*, Ciceropes à *Cicere*. Quod cum multis aliis amplectitur Plinius. Nec improbabilis illa nominis ratio, quam à *Fabio* Herculis filio deducit Plutarchus in Maximo. Hercules enim Jove natus, à Græcis ad Romanos, & uſque ad Oceanum pervagatus, multis gentibus initia ſui generis dedit. Vide eundem *Streinium* in gente Fabia.

4 *Æmiliorum.*] Gens illa ab Aimilio Aſcanii filio orta. *Feſtus.* A Mamerco Numæ regis filio. *Plutarchus* in Paullo. Quod probabilius, quia Æmilii Mamerci & Mamercini, à gentis principe dicti ſunt. Vel; propter *αἱμυλίαν*,

teſt eſſe dulcius iis, [1] qui aliquam cupiditatem habent notitiæ clarorum virorum. Attigit quoque poëticen, credimus, ne ejus expers eſſet ſuavitatis. Namque verſibus, qui honore, [3] rerumque geſtarum amplitudine ceteros Romani populi præſtiterunt, expoſuit: ita, ut ſub ſingulorum imaginibus facta, magiſtratuſque eorum non amplius quaternis, quiniſve verſibus deſcripſerit, quod vix credendum ſit, tantas res tam breviter potuiſſe declarari. Eſt etiam
19 unus [4] liber Græce confectus de conſulatu Ciceronis. Hactenus, Attico vivo, edita à nobis ſunt. Nunc, quoniam fortuna nos ſuperſtites ei eſſe voluit, reliqua perſequemur: & quantum poterimus, [5] rerum exemplis lectores docebimus, ſicut ſupra ſignificavimus, SUOS CUIQUE MORES PLERUMQUE

quam Græci *orationis leporem* vocant. *Idem.*

1 *Qui aliquam cupiditatem habent notitiæ clarorum virorum.*] Plinius lib. XXXV. cap. 11. *Majus, ut arbitror, nullum eſt felicitatis ſpecimen, quam ſemper omnes ſcire cupere, qualis fuerit aliquis.* Schott.

2 *Attigit quoque Poëticen.*] Supra: *Idem poëmata pronunciabat, & Græce & Latine; ſic, ut ſupra nihil poſſet.*

3 *Rerumque geſtarum amplitudine.*] Plinius lib. XXXV. cap. 11. *Imaginum autorem flagraſſe quondam, teſtes ſunt & Atticus ille Ciceronis, edito de his volumine, & M. Varro, benigniſſimo inventore, inſertis voluminum ſuorum facundiæ, non nominibus tantum ſeptingentorum illuſtrium, ſed & aliquo modo imaginibus.* Quales in Bibliotheca ſua habuiſſe, colligo ex M. Tullii ad Atticum lib. IV. epiſt. X. *Malo*, inquit, *in illa ſedecula, quam habes ſub imagine Ariſtotelis, ſedere; quam in iſtorum ſella Curuli.* Et in Orator. Demoſthenis imaginem ex ære in Tuſculana Bruti villa ſe vidiſſe ait: ut nos marmoream, Tarracone, cum hac inſcriptione vidimus: ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ, prætermiſſam ab iis, qui veterum imagines, Hermas & Terminos ediderunt. *Schottus* in notis ad Elogia Corneliana.

4 *Liber Græce confectus de Conſulatu Ciceronis.*] De quo Cicero lib. II. ep. 1. *Puer tuus mihi literas abs te, & Commentarium conſulatus mei Græce ſcriptum reddidit: in qua lætatus ſum, aliquanto ante de iiſdem rebus, Græce item ſcriptum librum L. Coſſinio ad te perferendum dediſſe. Nam ſi ego tuum ante legiſſem, fuvatum me abs te diceres: quanquam tua incompta viſa ſunt.* Vide ſequentia. Scripſerat & Herodes eadem de re, ſed quæ Ciceronis in conſulatu præclare facta obſcurarent potius, quam illuſtrarent: lib. II. ep. 11. Atticus etiam quæ minus probabat in Ciceronis libris, ea notare miniata cera ſolitus erat: lib. XV. ep. ſt. XIV. & lib. XVI. epiſt. XI. Nec Bruto omnia probare potuit, quæ *de Oratore* conſcripſerat. De qua cera Ang. Politianus Miſcell. cap. IIII. *Schott.*

5 *Rerum exemplis lectores docebimus.*] Notatur applicatio παραδειγμάτων καὶ ῥημάτων ad χρήσεις χρειμικὰς καὶ πραγματικάς, in quo præcipua hiſtoriæ philoſophiæ conſiſtit: ut oſtendantur, inquam, officiorum fontes commemoratione actuum ex officio profectorum, id eſt, exemplorum moralium. *Boecler.*

1 Qua

RUMQUE CONCILIARE FORTUNAM. Namque hic contentus ordine equeſtri, [1]quo erat ortus, in affinitatem pervenit imperatoris [2] Divi Julii filii, cum jam ante familiaritatem ejus eſſet conſecutus, nulla ullare, quam elegantia vitæ, qua ceteros ceperat principes civitatis, dignitate pari, fortuna humiliore. Tanta enim proſperitas [3]Cæſarem eſt conſecuta, ut nihil ei non tribuerit fortuna, quod cuiquam ante detulerit, & conciliarit, quod civis Romanus quivit conſequi. [4] Nata eſt autem Attico neptis ex Agrippa, cui virginem filiam collocarat. Hanc Cæſar vix anniculam, [5] Tiberio Claudio Neroni, Druſilla nato, privigno ſuo, deſpon-

1 *Quo erat ortus.*] Supra: *Perpetuo à majoribus acceptam equeſtrem obtinuit dignitatem.*

2 *Divi Julii filii.*] In nummis antiquis, in Triumviratu cuſis: IMP. CÆSAR DIVI F. III. VIR. ITER. R. P. C. Apud Antonium Auguſtinum aureus nummus: IMP. CÆS. DIVI F. AUGUSTUS. Et in averſa parte: C. L. CÆSARES. AUGUSTI. F. COS. DESIG. PRINC. JUVENT. Item æreus apud eundem duobus capitibus ſignatus; in uno latere DIVOS JULIUS præferebat; in altero DIVI F. AUG. *Divos* autem pro *Divus* Veteres dicebant, ut & *Davos* pro *Davus*. Servius in illud Virgilii VIII. Æneid. *Divum genus: Divi* legiſſe quoſdam refert; recte mea quidem ſententia, idque cum apotheoſi in Deos relati eſſent. Et ſic fere Græcorum natio, etiam in poſterioribus imperatoribus, ut Dion, & ex Dione Xiphilinus & Ælianus de acie inſtruenda ad Adrianum Aug. Nervæ filium. Αὐτόκρατορ Καῖσαρ υἱὸς Θεοῦ Α'δριανὸς σεβαστός. *Schott.*

3 *Cæſarem eſt conſecuta.*] Schottus laudat Veter. lectionem *Cæſarum eum conſecuta.* ait Gif. Ms. confirmare lectionem. mihi valde abſurdum videtur dicere, *tanta proſperitas Cæſarum conſecuta eſt illum*, pro tanto Cæſarum favore floruit. ſed inde tamen crederem locum ita legendum: *Tanta enim proſperitas eum conſecuta.* De Attico loquitur, quod clarum ex eo quod ſequitur, *quod civis Romanus quivit conſequi.* Boeclerus.

4 *Nata eſt autem Attico neptis ex Agrippa.*] Sueton. in Tiberio cap. VII. *Agrippinam M. Agrippa genitam, neptem Cæcilii Attici, ad quem ſunt Ciceronis epiſtolæ, duxit uxorem, ſublatoque ex ea filio Druſo, quanquam bene convenientem, rurſumque gravidam dimittere, ac Juliam Auguſti filiam conſeſtim coactus eſt ducere.* Ubi poſt avunculi teſtamentum Cæcilius vocatur, qui alias Pomponius. Notandum etiam, quod Agrippinam vocat Suetonius, quam Tacitus Vipſaniam, ut eadem patris non nomen tantum, ſed & cognomen tulerit. Vide eundem in Auguſto LXV. *Kenchenius.*

5 *Tiberio Claudio Neroni Druſilla nato.*] Livia Druſilla duorum Neronum mater erat, qui prænomine Druſi, cognomine Tiberii à ſe invicem diſcernebantur. Antiquus Nummus: NERONI. CLAUDIO. DRUSO. GERMAN. COS. DES. Et, NERO. CLAUDIUS. DRUSUS. GERMAN. IMP. Vide Stemma Domus Auguſteæ, quod Tacito ſuo affixit quondam *Juſtus Lipſius.*

deſpondit. quæ conjunctio [1]neceſſitudinem eorum ſanxit;
20 familiaritatem reddidit frequentiorem. Quamvis ante hæc ſponſalia [2] non ſolum cum ab urbe abeſſet, nunquam ad ſuorum quemquam literas miſit, quin Attico mitteret, quid ageret: inprimis, quid legeret, quibuſque in locis, & quam diu eſſet moraturus: ſed &, cum eſſet in urbe, & propter ſuas infinitas occupationes minus ſæpe, quam vellet, Attico frueretur, nullus dies temere interceſſit, quo non ad eum ſcriberet, [3] quo non aliquid de antiquitate ab eo requireret; modo [4]aliquam quæſtionem poëticam ei proponeret: interdum jocans ejus [5]verboſiores eliceret epiſtolas. Ex quo accidit, cum [6] ædes Jovis Feretrii in Capitolio, ab Romulo conſtituta, vetuſtate atque incuria detecta prolaberetur, ut Attici admonitu Cæſar eam reficiendam curaret. Neque vero à M. Antonio minus abſens

1 *Neceſſitudinem eorum ſanxit.*] Id eſt, confirmavit, ſtabilivit. Lambinus legendum putat, *auxit.* Ernſt.

2 *Non ſolum cum ab urbe abeſſet.*] Mstus Schotti: *ab urbe eſſet:* Mox idem Ms. ſic interpungit: *mitteret, quid ageret imprimis: quid legeret.* Ubi *mitteret*, idem eſt ac ſcriberet, nunciaret, elliptica locutione. Ut apud Livium XXXVI. *ad M. Bæbium miſit, Antiochum in Italiam impetum feciſſe, &c.* Cicero ad Fam. II. I. *Polla miſit, ut ad te, ſi quid vellem, daremliterarum.* Vide Gronovii not. ad Livium VIII. 22. *Boſius.*

3 *Quo non aliquid de antiquitate ab eo requireret.*] Id eſt, vel ex antiquitate, ut ſæpe hæc præpoſitio ponitur, vel de antiquitate rei cujuſdam vel moris Romani. *Buchnerus.*

4 *Aliquam quæſtionem poëticam.*] Vide Wowerium de Polymathia c. 10. pag. 73. & ſeq.

5 *Verboſiores eliceret epiſtolas.*] Ut Cicero quoque ad Attic. lib. XVI. ep. XI. *Schott.*

6 *Ædes Jovis Feretrii in Capitolio ab Romulo conſtituta.*] De qua inſigniter præ aliis Livius lib. I. *Romulus duce hoſtium occiſo, urbem primo impetu capit, inde exercitu victore ducto, ipſe, cum factis ſit magnificus, tum factorum oſtentator haud minor, ſpolia ducis hoſtium cæſi ſuſpenſa, fabricato ad id apte feretro gerens, in Capitolium aſcendit; ibique cum ea ad quercum paſtoribus ſacram depoſuiſſet, ſimul cum dono deſignavit templo Jovis fines, cognomenque addidit Deo, Jupiter Feretri, inquit, hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumque de his regionibus, quas modo animo metatus ſum, dedico, ſedem opimis ſpoliis, quo regibus, ducibuſque hoſtium cæſis, me auctorem ſequentes poſteri ferent.* Vide etiam Dionyſium. Situm illud templum fuit in IIX. Urbis regione, ubi à P. Victore collocatur. Spatium ejus non ita magni ambitus. Quippe adhuc ſervatur vetus ejus veſtigium, quod intra XV. pedum longitudinem comprehenditur, ut inquit Dionyſ. Ex hoc ſumebant Romani ſceptrum, per quod jurarent, & lapidem ſilicem quo fœdus ferirent. Lege Alex. ab Alex. cap XIV. lib. I. & ex antiquis Plutarchum, Valerium Maximum III. 2. *Reuchen.*

ſens literis colebatur, adeo ut accurate ille [1] exul tum his terris quid ageret, quid curæ ſibi haberet, certiorem faceret Atticum. Hoc quale ſit, facilius exiſtimabit is, qui judicare poterit, quantæ ſit ſapientiæ, eorum retinere uſum benivolentiamque, inter quos maximarum rerum non ſolum æmulatio, ſed obtrectatio tanta intercedebat, quantam fuit incidere neceſſe inter Cæſarem, atque Antonium; cum ſe uterque principem non ſolum urbis Romanæ, ſed orbis terrarum eſſe cuperet. Tali modo [2] cum VII. & LXX. annos compleſſet, atque ad extremam ſenectutem non minus dignitate, quam gratia fortunaque creviſſet (multas enim hereditates nulla alia re, quam bonitate eſt conſecutus) tantaque proſperitate uſus eſſet valetudinis, ut annis XXX. medicina non indiguiſſet: nactus eſt morbum, quem initio & ipſe, & medici contempſerunt: nam [3] putarunt eſſe teneſmon: cui remedia celeria, faciliaque proponebantur. In hoc cum tres menſes ſine ullis doloribus; præterquam, quos ex curatione capiebat, conſumpſiſſet: ſubito tanta vis morbi [4] in unum inteſtinum prorupit, ut extremo tempore per lumbos fiſtula putris eruperit. Atque 21

hoc

1 *Exul tum his terris.*] Supra: *Hoſtis Antonius judicatus, Italia ceſſerat:* Schottus 3. 2. obſ. *ex ultimis terris.* Et explicat de Ægypto. *Boeclerus.*

2 *Cum* VII. *&* LXX. *annos compleſſet.*] Qui eſt annus Climactericus hebdomaticus magnus, ducto ſeptenario in undecim: Nam Climactericis viros præſtantiſſimos extinctos, veteres memoriæ monumentaque declarant. Supra *anno ſexto & ſexageſimo* matrem nonagenariam extulit: & bellum Cæſarianum exortum Nepos ait, ætatis Attici *ſexageſimo*, qui eſt U. C. IↃ CCIV. Deceſſiſſe vero Cn. Domitio L. F. CN. N. Ænobarbo, C. Sofio C. F. T. N. Coſſ. Qui eſt annus IↃ CCXI. poſt Romam conditam. Natus itaque Atticus anno DCXLIII. triennio ante M. Tullium, cui XI. annis ſuperſtes fuit. *Schott.*

3 *Putarunt eſſe teneſmon.*] Crebram & inanem voluntatem egerendi. *Plin.* lib. XXVIII. hiſt. nat. cap. 14. Eadem explicatio legitur apud Hippocratem lib. II. Epidem. ſect. 2. Dyſenteriæ adfine eſſe vitium, eamque ſæpe præcedere, & in eo pauca cruenta & mucoſa, cum magna tenſione egeri, ſcribit Galenus Com. ad aphoriſm. 27. lib. VII. Apud Nicandrum Schol. hunc morbum ſuo tempore *βιασμὸν* dictum ſcribit in Alexiph. verſ. 182. Apud utrumque legitur *τλιωσμός*. Manutius ſcribit *τιτασμός*. Jo. Valder. *τιτησμός*. Boſius *τιτασμός*. Gifan. Lamb. & Jo. Savaro *teneſmus*. Beuerus vero *tenaſmus* Latinis literis. Manutius ex ſubſequentibus verbis *ſine ullis doloribus* probat *τιτησμὸν* non fuiſſe, idque authoritate Corn. Celſi. *Ernſt.*

4 *In unum inteſtinum.*] Barthius legit: *in imum inteſtinum.*

X Sec-

hoc prius quam ei accideret, poſtquam in dies dolores ac creſcere, febreſque acceſſiſſe ſenſit; Agrippam generum ad ſe arceſſiri juſſit,& cum eo L.Cornelium Balbum [1] Sextumque Peducæum. Hos ut veniſſe vidit; [2] in cubitum innixus, *Quantam*, inquit, *curam diligentiamque in valetudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, cum vos teſtes habeam, nihil neceſſe pluribus verbis commemorare: quibus quoniam, ut ſpero, ſatisfeci, nihilque reliqui feci,* [3] *quod ad ſanandum me pertineret, reliquum eſt, ut egomet mihi conſulam. Id vos ignorare nolui. Nam* [4] *mihi ſtat, alere morbum deſinere. Namque his diebus quicquid cibi ſumpſi, ita produxi vitam, ut auxerim dolores, ſine ſpe ſalutis. Quare à vobis peto, primum ut conſilium probetis meum; deinde ne fu-*
22 *ſtra dehortando conemini.* Hac oratione habita, tanta conſtantia vocis atque vultus, ut non ex vita, ſed [5] ex domo in domum videretur migrare; cum quidem [6] Agrippa eum

1 *Sextumque Peducæum.*] Qui Prætor erat anno Urb. Ic CLXXIIX. Attici familiariſſimus. *Ernſt.*

2 *In cubitum innixus.*] Qui habitus loqui incipientis apud antiquos. Homerus:

Ὀρθωθεὶς δ' ἐπ' ἀγκῶνος, κεφαλὴν ἀπαείρας,
Ἀτρεΐδην προσέειπεν, &c.

De Chriſto Nonnus:

Καὶ παλάμης ἀγκῶνα παλιντόνωτον ἐρείσας,
Ἀμφίπολον περὶ κύκλον ὁμοζύγιον τραπέζης,
Εἶπεν οἷς ἐπέεσσι.

Herodianus de Marco Imperatore: Ἡ συνχὴ τῆ σκίμποδος κυφίσας ἑαυτὸν, τοιούτων λόγων ἤρξατο. Petronius: *Erectus in cubitum, hac fere oratione contumaciam vexari.* Keuchen.

3 *Quod ad ſanandum me pertineret.*] Hæc in quibuſdam libris omittuntur. Sed in aliis habentur. nec ut quidam ſuſpicatur à Lambino inſerta. *Boccetius.*

4 *Mihi ſtat alere morbum deſinere.*] Cicero lib. IX. ad Varronem: *Modo ſtet nobis illud, una vivere in ſtudiis noſtris, à quibus antea delectationem modo petebamus, nunc vero etiam ſalutem.* Schott.

5 *Ex domo in domum videretur migrare.*] Cato ille Ciceronianus multo rectius: *Ex hac vita diſcedo, tanquam ex hoſpitio; non tanquam ex domo: Commorandi enim Natura diverſorium; non habitandi dedit.* Idem.

6 *Agrippa eum flens atque oſculans.*] Apage hinc oſcula, ait Schoppius l. III. Veriſimil. 8. non enim ægro, cuique mori certum eſt, competunt. Sanior vetus Codex, *flens atque obſecrans.* Sed rigido cenſori Schoppio non venit in mentem, quod etiam M. Popilius Oppium Gallum familiarem ſuum, moriens ultimo complexu & oſculo dignum judicarit. Valer. Maxim. lib. VII. cap. 18. 9. Sed in his non ſunt poſitæ opes Romanæ. *Ernſt.* De oſculis moribundorum plura Kirchmannus de Fun. Rom. I. 5. Heliod. II. μὴ προφθάσῃ με ἡ τελευταία προσβαλεῖν, ἀρκτῶν φιλημάτων, ἡ ψυχὴς ἐπεστρώβιλω. Cicero vidend. Orat. V. in Verr. *Keuchenius.*

eum flens, atque oſculans oraret atque obſecraret, [1] *ne ad id, quod natura cogeret, ipſe quoque ſibi acceleraret*; &, *quoniam tum quoque poſſet temporibus ſupereſſe, ſe ſibi, ſuiſque reſervaret*; preces ejus taciturna ſua obſtinatione [2] compreſſit. Sic cum biduo cibo ſe abſtinuiſſet, ſubito febris deceſſit, leviorque morbus eſſe cœpit: tamen propoſitum nihilo ſecius peregit. Itaque die quinto, poſtquam id conſilium inierat, pridie Kal. April. [3] Cn. Domitio, C. Soſio Coss. deceſſit. [4] Elatus eſt in lecticula, ut ipſe præſcripſerat, [5] ſine ulla pompa funeris, comitantibus omnibus bonis, maxima vulgi frequentia. [6] Sepultus eſt

1 *Ne ad id, quod natura cogeret, ipſe quoque ſibi acceleraret.*] Seneca: *Nunquam id ſero venit, unde unquam cum ſenex venit, potuit reverti.* Curtius: *Ultimum omnium mors eſt, ad quam non pigre ire ſatis eſt.* Βίας ἐπιχαλκμῦν τινος ἐπ' ἀναίτιον ἐπὶ τέκνων ὄπτολεία, ἔφη, τί αὐτὸν καλεῖς ἄνθρωπε, ὃν ἐγὼ μὴ καλέσω, ἥξει; Caterum moris erat ſumendæ mortis ſpectatores advocare neceſſarios, alioſque claros viros, quorum præſentia mortem clariorem & teſtatiorem fieri putabant, qui tamen plerumque, ut heic apud T. Pomponium Atticum, hortatores vitæ fuerant. Sic fœminam quandam Sextus Pompejus in inſula Coo mori deſtinatam, facundiſſimo ſermone revocare conatus eſt. Val. Max. II. 6. 1. *Gebhard.* Vulgati libri omittunt præpoſit. *ad.*

2 *Compreſſit.*] In aliis libris eſt *depreſſit*: id eſt, *ſerio contempſit.* Ernſtius. *Compreſſit* à Lambino videtur eſſe. *Boſius.*

3 *Cn. Domitio, C. Soſio Coſſ.*] Anno Urbis DCCXXI.

4 *Elatus eſt in lecticula.*] Lecticam apud Romanos comperio fuiſſe in duplici uſu; ad mortuos ferendos, & ad vivos. Ad mortuos, antiquis Romæ mos; & jam inde à regibus mortui in lectis efferebantur, ſive in lecticis. Dionyſius lib. IV. cadaver Lucretiæ efferri facit ἐπὶ κλίνης μάλιστα ἀμφίοις ἐστρωμένης. Et inter leges XII. fuit, *ne plures lecti ſternerentur uni.* Manſit is mos, quamdiu manſit res Romana. Aſconius: *Cadaver Cludii in via relictum Sex. Tedius Senator, qui forte rure in urbem revertebatur, ſuſtulit, & lectica ſua Romam ferri juſſit.* Tacitus III. Hiſtor. *Simul ferebatur lecticula parvulus filius, velut in funebrem pompam.* Mortui honeſtiores lectica hexaphoro efferebantur: at tenuiores ſandapila, cui ſubjuncti ſaltem homines quatuor. Vide Martialem in monumento M. Antonii Antii Lupi, quod exſtat etiam nunc via Hoſtienſi, ſculpta lectica cum pulvino & corona cernitur; funebre ſcilicet ſignum. *Lipſius.* Græci τὸ κλίνειν & τὸ λίχνον vocant. Heſychius: Λίχνα, ἐφ' οἷς τὰς νεκρὰς κοσμοῦσιν. Plura doctiſſ. Kirchmannus de Funer. Romanorum lib. I. cap. 4. & lib. II. cap. 9.

5 *Sine ulla pompa funeris.*] Quam Servius ad Virgilium, *pompam exequialem* vocat. Quintilianus CCCXXIX. Declam. *Ducatur ingens funeris pompa.* Tacitus II. Annal. *Fuerunt qui funeris publici pompam requirerent.* Apulejus: *Utpote unus de optimatibus, pompa funeris publica ducebatur per forum.* Sic pompa plerumque de funere dicitur. Vide Feſtum in Veſpillonibus. *Kenchen.*

6 *Sepultus eſt juxta viam Appiam.*] In qua erant conditoria & ſepulchra Romanorum. *Rhenan.* ad Senec. Vide

Cite-

est juxta viam Appiam, [1] ad quintum lapidem, [2] in numento Q. Cæcilii avunculi sui.

Ciceronem in Milon. Fuit ibi & sepulcrum Severi Imp. teste Ælio Spartiano in Antonino Geta: *Illatus est in majorum sepulcra, hoc est, Severi, quod est in Appia via euntibus ad portam dextram.* Gallienum quoque Imp. in hac via nono lapide sepultum, tradit Sextus Aurelius. De Thessalo Medico, Plinius libro XXIX. cap. 1. idem lib. X. cap. 43. *Kirchmannus.*

1 *Ad quintum lapidem.*] Nam in Urbe Roma sepeliri nefas; & jam inde à X. viris lege XII. vetitum: quæ his verbis concepta est apud Ciceron. Leg. HOMINEM. MORTUUM URBE. NE. SEPELITO. NEVRITO. *Credo* (inquit Cicero) *propter ignis periculum.* Schott.

2 *In monumento Q. Cæcilii, avunculi sui.*] Cujus & hereditatem crevit drante, domumque habitavit, & chrum moriens tenuit. Quam TERNAM DOMUM vocari in inscriptionibus, literatisque lap animadvertere licet. *Idem.*

CC

CORNELII NEPOTIS

FRAGMENTA,

EX

Libris Chronicorum, Exemplorum, Viror. Illuſtrium, De Vitâ Ciceronis, Epiſtolarum ad Ciceronem, aliis.

Quibus adjuncta Epiſtola

CORNELIÆ

MATRIS GRACCHORUM.

CORNELII NEPOTIS FRAGMENTA.

CHRONICORUM

LIB. I.

[1] VIxit [2] Homerus [3] ante Romam conditam annis circiter c. & LX. *Agell. Noct. Attic. l.* XVII. *c.* XXI.

Roma

1 *Vixit Homerus.*] Non ſunt hæc ipſa Gellii, nedum Nepotis verba, ſed à Schotto paullum immutata. Quomodo & in ſequentibus ſubinde veterum ſcriptorum ῥήσεις aliter inflexit, aut ex iis, quæ præceſſerant, ſupplevit; alicubi & de ſuo addidit, quæ nuſquam apud illos reperire eſt. Verba Gellii de Homeri ætate ſic habent: *De Homero & Heſiodo inter omnes fere conſtitit, utrumque ante Romam conditam vixiſſe Silviis Albæ regnantibus, annis poſt bellum Trojanum plus* c *&* LX. *ante Romam autem conditam, ut Cornelius Nepos in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter* c *&* LX. Boſius.

2 *Homerus.*] De quo olim Plato clamabat: ἄρις᾽ ὦ Θεόπομπε τῶν ποιητῶν. Ariſtoteles: Θεοπόμπου Ὅμηρον καὶ τοὺς ἄλλους. Et addit alibi: λέξει ᾗ Χαινοία πάντας ὑπερβέβηκε. Vitam ejus conſcripſit Herodotus. Lege etiam *Plutarchum* de arte ejus Poëtica, *Dionem Chryſoſtomum, Suidam, Strabonem, Quintilianum*, alios. Conſtantinus Laſcaris εἰς τὸν Ὅμηρον·

—— Διὸς ἔκγονον, ὃς δέδαεν ἔσσα
Γαῖα, θάλασσα, ἀήρ, ἠέλιος τ᾽ ἐπιδέρκεται ἔμπας.

3 *Ante Romam conditam annis circiter* c *&* LX.] Hæc Cornelii Nepotis ſententia fuit, quem ſequitur Soſimus. Non tamen dicit, rebus humanis exceſſiſſe tot annis ante Urbem conditam, ſed vixiſſe. Nec enim puto, de anno conſtitiſſe, quo obiit. Caſſius in Annalibus de Homero & Heſiodo ſcriptum reliquerat, vixiſſe eos annis plus centum atque ſexaginta poſt bellum Trojanum. Atqui ducentis & ſeptuaginta plus annis eos vixiſſe oportet poſt bellum Trojanum: ſiquidem annis circiter c & L ante Urbem conditam fuere. Idcirco Lipſius corrigendum in Agellio indicabat, *plus ducentis atque ſexaginta*. Sed nihil neceſſe. Opinio Caſſii nihil commune habuit cum Nepotis ſententia. Ille paullo plus quam c & LX annis poſt Trojam captam fuiſſe Homerum voluit, hic circiter annis c & LX ante Romam conditam. Huic ſupputationi calculum addunt & conſenſum omnes fere Latini Scriptores. Plinius lib. VII. c. 16. *Jam vero ante annos prope mille vates ille Homerus non ceſſavit minora corpora mortalium, quam priſca conqueri.* Scribebat ille anno Urbis octingenteſimo trigeſimo. Quibus ſi addas centum & ſexaginta annos, ante Urbem conditam, quo tempore floruiſſe Homerus proditur, fient anni nonaginta & nongenti. Sic anni ſunt prope mille ab ætate Homeri ad Plinium. Juvenalis:

—— *atque uni cedit Homero*
Propter mille annos. ——

Vetus Scholiaſtes: *dinumerato tempore fortaſſe uſque ad ætatem ſuam, Poëta dixit, mille annos fluxiſſe ex tempore Homeri. Fuit autem Homerus annis ante Urbem conditam centum ſexaginta. Poſt Ilium captum ducentis ſexaginta.* Scripta illa Satyra à Juvenale, ſub initium Nervæ, viginti circiter annis poſt Plinii

[1] Roma condita Olympiadis ſeptimæ anno ſecundo. *Solinus Polyiſtoris cap.* 11.

opus. Sic mille ac decem præter propter anni ab Homero ad Juvenalem, quo tempore ſcripſit illam Satyram. Vellejus Paterculus in eadem ſententia, qui annos ferme nongentos & quinquaginta Homerum ante ipſius ætatem floruiſſe tradit. Annis circiter quadraginta ante Plinium ſcribebat Vellejus. Longe major inter Græcos Scriptores diſcordia. Quidam eum tempore belli Trojani exſtitiſſe volunt. In his Dionyſium Epici Cycli ſcriptorem numerat Tzetzes & Diodorum:

Ὁ χϛ΄ Διονύσιον ἄνδρα τὸν Κυκλογράφον
Ἐπὶ τῇ δύο σχολιῶν λεγομένῳ ὑπάρχῃ
Θηβαϊκῆς Ἐλλάδων τε τῇ ἁλῷ τῶν Ἑλλήνων.

Grates Grammaticus apud Clementem & Euſebium circa Heraclidarum deſcenſum viguiſſe vult, octoginta annis poſt Troica; quam opinionem perperam Apollodoro tribuit Tzetzes in Chiliadibus. Eratoſthenes centum annis eum abfuiſſe ſcripſit à Troicis temporibus. Ariſtarchus centum quadraginta. Herodotus centum ſexaginta octo, quod Caſſius in Annalibus ſecutus eſt, qui plus centum atque ſexaginta annis Homerum poſt bellum Trojanum vixiſſe notaverat. Nec enim hic numerus mutandus, ut putavit magnus Criticus. Philochorus eum à Troja ſubmovebat annis centum octoginta. Euthymenes in Chronicis ducentis, & æquævum Heſiodo faciebat. Apollodorus Athenienſis centeſimo anno migrationis Ionicæ floruiſſe tradidit, hoc eſt, à Trojæ excidio, ducenteſimo quadrageſimo. Apud Hieronymum legitur CCLX. Huic calculo quidam XII. annos adjiciunt, ut Latini fere omnes, qui centum & ſexaginta circiter annis ante Urbem conditam vixiſſe eum tradunt. Latini itaque Apollodori ſententiam ſecuti ſunt. Alii longius multo à Troicis Archi- removent temporibus, ut Euphorion, qui Gygis ætati comparem ſtatuebat. Gyges autem regnare occœpit ab Olympiade decima octava. Archilochus, Euſebio teſte, in Olympiadem XXIII. Homeri florem ætatis ac famæ conjecit, idem cum Euphorione ſentiens. Nonnulli nonaginta tantum annis ante primam Olympiadem ajunt fuiſſe, hoc eſt, centum quadraginta ſex annos ante Urbem conditam. Hujus opinionis auctorem prodit Clemens Soſibium Laconem, quæ à ſupputatione Latinorum, quatuordecim tantum annis diſtat. Hanc dividiam auctorum ſuper ætate Homeri heic libuit brevibus æris ſubducere. *Salmaſius.*

1 *Roma condita Olympiadis ſeptimæ anno ſecundo.*] Onuphrius in Urbe Roma, Solinum inter eos auctores recenſet, qui Olympiadis ſextæ anno quarto Romam conditam ſcripſere, cum aperte profiteatur Solinus, ſeſe exiſtimare, collatis Romanis & Græcorum temporibus, eam anno primo Olympiadis ſeptimæ conditam fuiſſe. Et perperam etiam ibidem notat, Lutatio & Eratoſtheni placere Olympiadis ſeptimæ anno primo conditam, cum anno tantum ſecundo illi voluerint. *Salmaſius.* Roma condita eſt, quo tempore πρῶτος ἐστεφανώθη Δαΐκλης ὁ Μεσσηνίος, ὃς τῇ ἑβδόμῃ Ὀλυμπιάδι στάδιον ἐνίκα. Illo ipſo anno urbs condita memoratur. Anonymus in illo tempore: Ῥώμη ἐκτίσθη ὑπὸ Ῥώμου καὶ Ῥωμύλου. Videndus Dionyſius lib. 1. Alii in ſecundum annum referebant, inter quos Polybius Dionyſius Halicarnaſſæus libro 1. Οὐ γὰρ ἀξίωσιν, ὡς Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης, τυχὸν μόνον εἰπεῖν, ὅτι χϛ΄ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος τῷ Ῥώμῃ ἐκτίσθη πειδομαι. Auctor Chronici Alexandrini annum quartum ſtatuit: Καὶ τετάρτῳ ἔτει τῆς Ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος, εἰκοστὸν τέταρτον τῆς εἰκείας ἡλικίας ἄγοντες Ἐνεαυτὸν

[1]Archilochus Tullo Hoſtilio Romæ regnante jam tunc Poëmatis clarus & nobilis. *Agell.* XVII. *cap.* XXI.

[2] M. Manlius Romæ qui Gallos in obſidione Capitolii obre-

ἑαυτὸν Ρ῾ώμῳ καὶ Ρ῾ώμῳ κτίζοντι τὴν Ρ῾ώμην. Atque huc pertinent iſta Euſebii, Chron. 1. Ρ῾ωμύλου φασὶ κατὰ τὸ τέλος τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος βασιλεύσαι τῶν Λατίνων ἀπὸ Αἰνείου, Ρ῾ώμην κτίσαντα, καὶ μετονομάσαντα τὴν πόλιν. Jornandes ſimpliciter *ſeptimam* dicit, non expreſſo ejus anno: *Septima Olympiade Romulus, ejuſque germanus, quos inter paſtores enutritos diximus, collecta paſtorum multitudine, Romanæ Urbis ædificia inchoaverunt.* Alii aliter ſtatuebant; diſſeritque eleganter Dionyſius libro citato, & Solinus cap. 11. *Meurſ.* Condita Urbs ipſis Palilibus, id eſt, undecimo Calendas Majas, hora poſt ſecundam, ante tertiam, ſicuti L. Taruntius prodidit Mathematicorum nobiliſſimus, Sole in Tauro, Luna in Libra conſtitutis. Et hoc eſt, quod dixit Cicero; *cum in jugo Luna eſſet.* Et ſub Libra conditam ideo Romam dixit Manilius. *Thyſius*, in Miſcell.

1 *Archilochus Tullo Hoſtilio Romæ regnante jam tunc Poëmatis clarus ac nobilis.*] Non minor varietas circa ætatem Archilochi quam Homeri. Herodotus refert ipſum ad imperium Gygis, quod incidit in tempus Olympiadis vigeſimæ. Cicero regnante Romulo vixiſſe dicit; Olympiade nimirum ſeptima vel octava. A Romuli exceſſu ad ætatem, qua Tullus Hoſtilius cepit imperium, ſunt anni quadraginta quatuor. Potuit ſane trium Regum ætati ſupereſſe; at tot annis clarum & nobilem fuiſſe Poëmatis, non facile crediderim. Vide Euſebium in Chronicis. *Schottus.* Hic *maximus Poëta, aut certe ſummo proximus* appellari meruit apud Valer. Maximum. In Suida eſt χρυσοῦς ποιητής. Hippodromus Rhetor Homerum φωνλὸ, Archilochum πεδμα vocavit. Paterculus: *Neque quemquam alium, cujus operis primum auctor fuerit, in eo perfectiſſimum, præter Homerum & Archilochum reperiemus.* Colerus. Adi Voſſium de Poët. Græc. cap. 3.

2 *M. Manlius Romæ qui Gallos in obſidione Capitolii obrepentes per arduа depulerat, convictus eſt conſilium de regno occupando iniiſſe: damnatuſque capitis, à Saxo Tarpeio, ut M. Varro ait, præceps datus eſt: ut Cornelius autem Nepos ſcriptum reliquit, verberando necatus eſt.*] Manlius ob defenſum Capitolium Capitolinus dictus, ſexdecim annorum voluntarium militem ſe obtulit. Triginta ſeptem militaribus donis à ſuis ducibus ornatus, viginti tres cicatrices in pectore habuit. Capta Urbe auctor in Capitolium fugiendi. Quadam nocte clangore anſeris excitatus, Gallos aſcendentes dejecit. Patronus à civitatibus appellatus, & farre donatus eſt. Domum etiam in Capitolio publice accepit. Qua ſuperbia elatus, quum à Senatu ſuppreſſiſſe Gallicos theſauros argueretur, & addictos propria manu liberaret, regni affectati ſuſpicione in carcerem conjectus, populi conſenſu liberatus eſt. Rurſus quum in eadem culpa & gravius perſeveraret, & reus factus, & ob conſpectum Capitolii ampliatus: alio deinde loco damnatus & de ſaxo Tarpejo præcipitatus. Domus diruta, bona publicata. Gentilitas ejus Manlii cognomine juravit, ne quis poſtea Capitolinus vocaretur. *Auctor* de Viris Illuſtribus. In prænomine hujus triplex diſſenſio apud Hiſtoricos. Dionyſius T. Manlium Capitolinum vocat. Diodorus A. Manlium. Plerique M. Manlium Capitolinum. *Liv. Agellius.* Alii. Florus quoque Livii abbreviator lib. IV. *Cum obſtrictos*, inquit, *ære alieno liberaret, nexos exſolveret, crimine affectati regni damnatus de ſaxo Tarpejo dejectus eſt: In cujus notam SC. factum, ne cui de Manlia gente Marco cognomen*

obrepentes per ardua depulerat, convictus eſt conſilium de regno occupando iniiſſe: damnatuſque capitis, è ſaxo Tarpejo, ut M. Varro ait, præceps datus eſt: ut Cornel. autem Nepos ſcriptum reliquit, verberando necatus eſt. *Ibidem.*

[5] Alexander Magnus Pellæ ortus, M. Fabio Ambuſto, Tito

eſſet. Syllaba *co* repetita locum corrupit. Recte igitur Sigonius prænomen ex Quintiliani lib. III. reponendum docuit. Quod Livius & Plutarchus in libro τῶν ἀφαλείων confirmant: & illud Feſti ſeu Paulli Diaconi lib. XI. de verb. ſignif. *Manliæ gentis Patriciæ decreto nemo ex ea Marcus appellatur, quod M. Manlius, qui Capitolium à Gallis defenderat, cum regnum affectaſſet, damnatus, necatuſque eſt.* Vide T. Livium lib. VI. ab Urbe Condita. *Schott.* Defenſio illa Manlii adverſum Gallos Senones incidit in annum ante Chriſtum CCCLXIII. *Stad.* Roma à Gallis capta, cum pugnatum paullo ante eſſet ad Alliam flumen, die XV. Kalend. Sextil. περὶ τροπὰς θερινὰς περὶ τὸν παννύχιον, ut ait *Plutarchus* in Camillo. Manlius à Saxo Tarpejo præceps datus eſt anno VII. poſt Urbem à Gallis receptam. Agellius Nepotem laudat auctorem, qui Manlium verberando necatum ſcripſerit. Adjectas mortuo notas; Livius, Sex. Pompejus, Herodes Atticus apud Agellium, auctores ſunt: *alteram publicam; quod cum domus ejus ex populi juſſu ob defenſum Capitolium in arce fuiſſet: ibi poſtea ædes atque officina Monetæ; latum ad populum eſt, ne quis Patricius in arce aut Capitolio habitaret: Gentilitiam alteram, ne quis ex ea gente Marci prænomine vocaretur.* Quod ille, qui de Viris illuſtribus, Plinii Secundi titulo circumfertur, ſcripſit: *gentilitatem Manlii ejuraſſe, ne quis poſtea cognomine Capitolini uteretur,* ἀνιστορία eſt. Conſtat enim ex Conſulum Annalibus, Capitolinorum cognomina in Manliana deinceps frequentiſſima fuiſſe. *Stad.* Vide Epitomam Livii, VI. Quintilianum III. cap. VII. Val. Maximum VI. cap. III. Plinium VII. XXIII. & Plutarchum ἐν αἰτίοις.

1 *Alexander Magnus Pellæ ortus, M. Fabio Ambuſto, Tito Quinctio Capitolino* Coss. *poſt Romam conditam anno trecenteſimo, octuageſimo quinto.*] Atqui multis modis hoc falſum deprehenditur Quippe convenit inter omnes Alexandrum natum Olympiadis ſextæ ſupra centeſimam anno primo. Alii ſecundo volunt. In hoc ſolum diſcordia eſt. Quod tempus convenit anno Urb. conditæ trecenteſimo nonageſimo ſeptimo, vel octavo, ſi Varronis calculum ſequaris. Nepos, ſi quid Solino credimus, natum Alexandrum ſcripſerat, *Conſulibus M. Fabio Ambuſto, & T. Quinctio Capitolino.* Conſules illi fuerunt juxta Livium anno Urbis quadringenteſimo primo. hoc eſt, Olympiadis centeſimæ ſextæ anno quarto. Sed omnes anno primo aut ſecundo hujus Olympiadis natum prodidere. Nepoti placuit, ut ex Solino ſcimus, Romam conditam eſſe Olympiadis ſeptimæ anno ſecundo. Si ex æra Varroniana, Urbis annus trecenteſimus nonageſimus nonus convenit cum Olympiadis ſextæ & centeſimæ anno ſecundo; certe ſecundum æram Nepotianam Urbis trecenteſimus nonageſimus ſeptimus in eundem annum Olympiadis congruerit. Ergo annus Urbis quadringenteſimus primus, juxta Nepotem cum Olympiadis ſeptimæ primo aut ſecundo anno pariaverit. Olympiadis vero ſextæ & centeſimæ annus ultimus, quo natum Alexandrum putavit Nepos, Urbis annus fuerit trecenteſimus nonageſimus nonus. An igitur hic numerus hoc

loco

Tito Quinctio Capitolino Coss. poſt Romam conditam anno trecenteſimo octuageſimo quinto. *Solin. cap.* XLIII. *Polyiſtor.*

P. Te-

loco expungendus? Id nimis longe abit à veſtigiis ſcripturæ veteris omnium librorum. Error potius Solini fuerit, ut in omnibus ſolennes ejus ſunt tales hallucinationes. Natalem Alexandri in conſulatum Fabii Ambuſti, & Quinctii Capitolini contulerat Nepos. Annum Urbis de ſuo addidit Solinus, quo anno nulli Conſules Romæ, ſed Tribuni militum Conſulari poteſtate regebant. Quod tempus incidit in Olympiadem ſecundam & centeſimam exeuntem. In quod tempus nemo eſt, qui Alexandri natalem conjecerit. Exiſtimavi aliquando legendum: *poſt Romam conditam anno* CCCLXXXV. hoc eſt, nonageſimo quinto, uno decuſſe detrito factum CCCLXXXV. Hæc eſt æra Pictoris, quam fortaſſe hic ſecutus eſt Nepos. Octava Olympiade Romam conditam voluit. Secundum hunc calculum, qui aliis trecenteſimus nonageſimus nonus ab Urbe condita, hic Pictori fuit trecenteſimus nonageſimus quintus. Sed quis credat Nepotem ſententiæ Pictoris heic adhæſiſſe, quum diſertim Solinus tradat, Nepoti & Lutatio opinionem Apollodori & Eratoſthenis comprobantibus, placere Romam conditam Olympiadis ſeptimæ anno ſecundo. Hoc tantum itaque heic tenendum ex opinione Nepotis, natum Alexandrum, Conſulibus M. Fabio Ambuſto, & T. Quinctio Capitolino. *Salmaſ. M. Fabio Ambuſto, & T. Quinctio Capitolino Coſſ.*] Horum conſulatus incidit in annum tertium aut ultimum Olympiadis ſextæ ſupra centeſimum. Joſephus narrat apud omnes in confeſſo haberi, Alexandrum vivis exceſſiſſe Olympiade centeſima & decima quarta. Libro I. contra Appionem: Ἀλέξανδρον ὃ τεθνέναι πάντες ὁμολογοῦσι ἐπὶ τῇ ἑκατοστῇ τεσσαρακοστῇ καὶ τετάρτῃ Ὀλυμπιάδι. Hegeſias tunc Archon erat. Æque inter omnes conſtat, anno vitæ trigeſimo tertio eum obiiſſe. Scribit Arrianus occiſum eſſe Philippum ſub Pythodemi magiſtratu, Olympiade undecima & centeſima, quo tempore Alexander annorum circiter viginti fuit. Si ab ea Olympiade retro numeres annos viginti, ad ſextam centeſimam deveries, cujus anno primo natus eſt Alexander Elpinice Archonte. Ab eo Prætore ad Hegeſiam, ſub quo mortem obiit, anni ſunt duo & triginta ſolidi: Mortuus itaque anno ætatis trigeſimo tertio. Atque hæc ſunt apud omnes ὁμολογούμενα, juxta calculum vero Nepotis minus etiam, quam triginta annos vixerit. A Nepote videtur ſumpſiſſe Agellius lib. XVII. capite, quo exponit, quibus temporibus poſt Romam conditam Græci Romanique illuſtres viri floruerint. In eo capite tradit, Alexandrum natum circa annum Urbis Conditæ quadringenteſimum, Cornelium Nepotem ibi in Chronicis citat loco non uno. M. Fabius Ambuſtus conſul fuit iterum cum M. Popilio, anno ſecundo Olympiadis ſexageſimæ ſextæ, circa annum Urbis trecenteſimum nonageſimum nonum. Idem Fabius conſul tertio fuit cum T. Quinctio Capitolino: anno Urbis juxta Livium, quadringenteſimo primo. Eo ipſo anno quidam Annales non Titum Quinctium, ſed Popilium conſulem cum Ambuſto referebant. Livius: *Creati Conſules ambo Patricii, M. Fabius Ambuſtus, III. T. Quinctius. In quibuſdam Annalibus pro T. Quinctio M. Popilium conſulem invenio.* Hoc errorem quibuſdam potuerit objicere, in aſſignando Alexandri natalis anno, qui tertium Fabii Ambuſti conſulatum pro ſecundo acciperent, præcipue quum in utroque conſulatu coitegam illi dent M. Popilium quidam Annales. His addde, quos juxta Livii & aliorum calculum Fabius ille ſecundo factus eſt conſul anno Urbis trecenteſimo nonageſimo nono.

[1] P. Terentius Scipionis Africani & C. Lælii æqualis *Donatus in Vita.*

CORNELII NEPOTIS EXEMPLORUM

LIB. II.

[2] A Virgine Veſtale. *Soſ. Cariſius lib. 1. Gramm.*

LIB. V.

[3] Multis in Senatu placuit, ut qui [4] captivorum Romanorum

Ex æra quoque Nepotis, qui duobus annis poſterius conditam Urbem ſtatuit, tertius ejuſdem Fabii conſulatus in annum Urbis trecenteſimum nonageſimum nonum cadit. Et fortean Nepos, quum natum Alexandrum in Chronicis dixit, conſulatu M. Fabii Ambuſti; de ſecundo ejus conſulatu intellexit, quem plerique aſſignant ad annum ſecundum Olympiadis centeſimæ ſextæ. *Salmaſ.*

1 *Publius Terentius Scipionis Africani & Caji Lælii æqualis.*] Quod contra Feneſtellam: Vide eundem locum Donati, vel, ut alii volunt, Suetonii. *Keuchenius.* Quin potius utroque major natu. Natus enim Terentius, ſi eidem Donato fides habenda, Cn. Cornelio Lentulo, P. Ælio Pæto, Coss. anno, ni fallor, Ib LIII. poſt U.C. Mortuus vero Cn. Cornelio Dolabella, M. Fulvio Nobiliore Coss. anno U. C. DXCV. Scipio vero Africanus minor, natus Appio Claudio Pulchro, M. Sempronio Tuditano Coss. anno Ib XIIX. poſt R. C. Quo tempore Terentius ſextum decimum annum agebat. Anno vero triceſimo quinto Andriam docuit; qui eſt U. C. Ib LXXXVIII. cum Scipio ageret undeviceſimum. Lælius vero Scipionem paullum ætate anteibat, ut ipſe in ſui nominis Dialogo Ciceroniano: *Ut prius*, inquit, *introieram in vitam, ſic prius exirem de vita.* Ubi tamen Terentium familiarem ſuum vocat Lælius; non, ut quidam falſo crediderunt, Cicero ne majori quidem Africano æqualis, quo moriente Terentius ſedecim fere annos natus erat. *Schott.*

2 *A Virgine Veſtale.*] Pro *Veſtali*: Quia non perſonam, ſed rem ſignificat. Sic Soſipater Cariſius L. I. Gram. *Schott.* Vide Voſſium de analog. lib. II. c. II.

3 *Multis in Senatu placuit.*] Gemina ſunt, quæ in Cicerone 1. officior. leguntur: ubi fidem hoſti datam, ſervandam eſſe docet: *Secundo*, inquit, *Punico bello poſt Cannenſem pugnam, quos decem Hannibal Romam miſit, adſtrictos jurejurando, ſe redituros eſſe, niſi de redimendis iis, qui capti erant, impetraſſent; eos omnes Cenſores quoad quiſque eorum vixit, cum pejeraſſent in ærario reliquerunt: nec minus illum, qui jurejurando fraude culpam inierat. Cum enim permiſſu Annibalis exiſſet è caſtris, rediit paullo poſt, quod ſe oblitum neſcio quid diceret: deinde egreſſus è caſtris, jurejurando ſe ſolutum putabat: & erat verbis, re non erat. Semper autem in fide quid ſenſeris, non quid dixeris, cogitandum eſt.* Hæc ille. *Schott.* Vide ſuper hanc quæſtionem Hug. Grotium lib. III. cap. 23. De Jur. Bell. ac Pacis.

4 *Captivorum Romanorum ab Annibale.*] Hæc Schottus de ſuo addidit. Nam in Gellio ſic legimus: *Cornelius Nepos in libro exemplorum quinto, id quoque literis mandavit, multis in ſenatu placuiſſe, ut ii, qui redire nollent, datis cuſtodibus, &c.* Egerat autem in præcedentibus

norum ab Annibale redire nollent, datis cuſtodibus ad Annibalem deducerentur: ſed ex ſententia numero plurium, quibus id non videretur ſuperata: ii tamen qui ad Annibalem non rediiſſent, uſque adeo [1] deteſtabiles inviſique fuerunt, ut tædium vitæ ceperint, necemque ſibi conſciverint. *Agell. lib.* VII. *cap.* 18.

CORNELII NEPOTIS ILLUSTRIUM VIRORUM

LIB. II.

[2] Subinde. *Soſipater Cariſ. lib.* 2. *p.* 80.

LIB. XV.

[3] Harum partum. *Ibid.*

LIB. XVI.

[4] A Fatre Patruele. *Ibid.*

dentibus de captivis ab Annibale Romam miſſis, hac conditione, ut redirent ad ſe, niſi permutatio placeret Senatui. *Boſius.*

1 *Deteſtabiles.*] In editionibus invenio *inteſtabiles.* Quod perinde eſt. Horatius II. Sat. 2. 181. *inteſtabilis & ſacer eſto.* Idem.

2 *Subinde.*] Quo & Brutus & Cælius frequenter uſi ſunt. Soſip. Cariſ. lib. 2. Gramm. *Idem.*

3 *Harum partum.*] Sic Cæſar in Analogicis, & Ennius. Idem Soſipater: *Jamque fere quatuor partum:* pro *partium.* Quod hodie obtinet. Sic & XII. Philipp. Cicero. Ut Muretus in Ms. Vaticano. Ita *menſum*, pro *menſium* dicebant. Et ſexcenta alia. Legendus Voſſius de analog. II. 14. Sed Chariſii locus aliter interpungendus eſt, quam vulgo legitur. Putſchius edidit: PARTUM. *Cæſar de analogicis*, HARUM PARTUM. *Cornelius Nepos in illuſtrium decimo quinto.* Et Ennius, JAMQUE FERE QUATUOR PARTUM. Diſtingue: PARTUM, *Cæſar de analogicis*, HARUM PARTUM, *Corn. Nepos*, *&c.* Boſius.

4 *A fratre patruele.*] Rem neceſſitudinis, ſed perſonam, oſtendat. Quæ Chariſii (ut pleraque illius) mutila ſunt & corrupta. *Schott. Boſ. Voſſius.*

Incerta quo Libro Virorum Illuſt. poſita.

[1] CArthago [2] antea ſpeciem habuit duplicis oppidi, quaſi aliud alterum amplecteretur: [3] cujus interior pars Byrſa dicebatur, [4] exterior Magalia. Hujus rei teſtis

1 *Carthago.*] Urbs dicta per excellentiam, ut ante monuimus. Nam קרתא Phœnicibus Urbs eſt, Carthagena civitas Hortorum, quam Græci κῆπους verterunt. *Horn. Carthada* & *Carthago* idem: Sed illud merum Phœniciium, hoc Punicum, id eſt, jam depravatum Phœnicibus aliquantum temporis in Africa commoratis. Nam Pœni αὐτόχθονα Φοίνικες. Nec dubium, quin Græcum Καρχηδὼν ab eadem origine ſit deductum & inflexum. Quod Siculorum proprium, qui δ mutant in χ. Sic quæ *Carthada* vel *Carthago* Pœnis, ipſi dixerunt Καρχηδώ. Ipſi Africæ vicini hoc nomen Græcis tranſmiſerunt. Falluntur igitur auctores plerique Græciæ, qui Καρχηδόνα conditam ſcripſere, ὑπὸ Καρχηδόνος τινὸς ἀνδρὸς Φοίνικος. Nam idem nomen Καρχηδὼν & *Carthago*, deflexum à Punico vel Phœnicio *Carthado*. Vide Magnum Salmaſium in ſtupendo exercitationum Plinianarum opere.

2 *Antea ſpeciem habuit duplicis oppidi.*] Unde Virgilius Carthaginem & Byrſam conjunxit, ut urbes vicinas.

3 *Cujus interior pars Byrſa dicebatur.*] Strabo lib. XVII. Geograph. Καὶ Καρχηδὼν ὃ ἐπὶ Λιβύης τινὸς ἱδρυτο. καὶ μέσως ὃ πόλιν ἡ ἀκρόπολις ὧν ἐκάλουν Βύρσαν, ὀφρὺς ἱκανῶς ὀρθία κύκλῳ περιοικουμένη. Appellatio illa à corio ducta. Vide Appianum, & Euſtathium in Dionyſium. Βύρσα enim Græcis corium. Byrſa & Carthago, ex taurino tergo derivata vocabula. Poſtea tamen diverſa ſignificata accepere. Ut probabile ſit, nugari heic Græcos & Latinos auctores, ut propemodum in omnibus. Byrſa enim בוצרה hoc eſt, munitus locus Pœnis & Orientalibus. Quo nomine etiam Idumæorum metropolis inſignita. Unde hodie munita & angusta loca Burſæ vocantur. Quale eſt Romæ Capitolium, Athenis ἀκρόπολις. *Keuchen.* Cæterum illud colligere poſſumus, Byrſam, quæ ἀκρόπολις fuit, à Didone Tyria tantum fuiſſe conditam; Iarbam poſtea novo conditu eam urbem inſtauraſſe, & vocaſſe Καινὴν πόλιν, Punica vel Lybica voce, quæ id ſignificaret. Id erat Carthada vel Carthado. Unde κατ' ἐξοχὴν Latinis Carthago, Græcis Καρχηδὼν dicta eſt. Falſa igitur & nugatoria Græcorum opinio, qui à Carchedone Tyrio conditam, & inde nominatam ſcripſere. *Salmaſius.*

4 *Exterior Magalia.*] Servius in IV. Æn. *Magalia*, Afrorum caſas, & *Mapalia* idem ſignificare annotat. Vide Salluſtium & Feſtum. Cariſius Soſipater: *Magalia*, κώμας Ἀφρῶν. *Mapalia*, κώμας ἀγρῶν. Sed utrobique Ἀφρῶν legendum cenſeo. *Schott.* מלא palea vel pales Syris eſt Agricola, hinc mapale deductum, proprium agricolæ tugurium. Ergo apud Cariſium κώμας ἀγρῶν legendum, non, ut Schottus cenſet, utrobique Ἀφρῶν. Hæc ante me vidit doctiſſimus Bouchartus. *Keuchenius.* Feſtus *mapalia* Punicas caſas interpretatur, Plinius domus. Cato cohortibus rotundis aſſimulat, IV. Originum. Quem citat Servius. Sic *Mapalia* & *Magalia* eadem. Idem Servius *Magar*, lingua Pœnica villam ſignificaſſe notat. *Salmaſ.* Unde Iſidorus *Magalia*, quaſi *Magaria* dicta, dicit. Quippe מגור id eſt *Magur* hodie Orientalibus habitationem denotat. Atque hinc Plautus in Pœnulo, *Megaria* dixit. *Bouchartus.*

1 *Vita*

ſtis eſt Cornel. Nepos in eo libro, qui [1] Vita Illuſtrium inſcribitur. *Serv. in* I. *Æn.*

[2] Propius Grammatico acceſſi. *Diomedes lib.* I. *Gramm.*

[3] A. Albinus, qui cum L. Lucullo Conſul fuit, rês Romanas oratione Græca ſcriptitavit. In ejus Hiſtoriæ [4] principio ſcriptum eſt ad hanc ſententiam: neminem ſuccenſere ſibi convenire, ſi quid in his libris parum compoſite aut minus eleganter ſcriptum foret: nam [5] ſum homo Romanus, natus in Latio: Græca oratio à nobis alieniſſima eſt: ideoque veniam gratiamque malæ exiſtimationis, ſi quid eſſet erratum, poſtulavit. Ea cum legiſſet M. Cato: Næ tu, inquit, Aule, nimium nugator es, cum maluiſti culpam deprecari, quam culpa vacare. Nam veniam petere ſolemus, aut cum imprudentes erravimus, aut [6] cum compul-

1 *Vita illuſtrium.*] Niſi *vitæ* legendum eſt. Hic locus mire confirmat ſcripturam vett. librorum in proœmio operis de excellentibus vitis. *Boſius.*

2 *Propius Grammatico acceſſi.*] Si vulgatam lectionem Diomedis ſequimur, hæc Ciceronis, non Nepotis verba fuerint. Sic enim ex editione Putſchii verba Grammatici habent: PROPE, *prope me eſt, ut dicit Cicero in Piſonem*, PROXIMVS POMPEIVM SEDEBAM. *Sed & Dativo caſu idem Cicero dixit ad Atticum*, PROPIVS GRAMMATICO ACCESSI. *Nepos in illuſtr. Salluſt.* PROXIMA CARTHAGINI LOCA. Sed locus haud dubie corruptus eſt, nam illa *Propius Grammatico acceſſi*, nuſquam hodie in epiſtolis ad Atticum, quod ſciam, apparent. Iſta vero lib. I. epiſt. 14. cujus initium: *Vereor, ne putidum ſit*; legimus: *Proximus Pompejo ſedebam. intellexi hominem moveri.* quanquam ibi Lambinus, Simeo Boſius & Jan. Gruterus emendent *proxime Pompejum*: ſed perperam, ut è Diomede colligitur. Sic igitur hunc locum diſtinguendum cenſeo: *Sed & dativo caſu idem Cicero dixit ad Atticum*, (ſubintellige: *Proximus Pompejo ſedebam.*) PROPIVS GRAMMATICO ACCESSI, *Nepos in Illuſt. Salluſt.* PROXIMA, *&c.* Itaque & Schottus videtur interpunxiſſe. *Boſius.*

3 *A. Albinus.*] Forte ex M. Catonis vita, quæ & Virorum Illuſtrium erat, depromptum: nam, quod vulgo circumfertur, pars duntaxat eſſe videtur. Refert & Plutarchus in Catone, & Apophthegmatis; Cicero in Lucullo, & I. de Finibus. *Schott.*

4 *Principio.*] Macrobius *primo.* Et ſtatim: *ſi quid in illis libris.* Sed Macrobius non verba, ſed ſenſum verborum Albini retulit. Unde mox pro illis: *Græca oratio nobis alieniſſima eſt*, poſuit: *& eloquium Græcum à nobis alieniſſimum eſt*, forte, ut melius Græca exprimeret. *Boſius.*

5 *Sum homo Romanus.*] Neſcio cur Schottus omiſerit vocem *inquit*, quam in Gellio & Macrobio lego hoc modo, *ſum, inquit, homo Romanus.* Idem.

6 *Cum compulſi peccavimus.*] Macrobius: *cum noxam imperio compellentis admiſimus. Te, inquit, oro, quis perpulit, &c. peteres, uti ignoſceretur.* Cetera quæ Gellius ſubjicit, eodem Macrobio abſunt: quia non commemorat, unde hæc hauſerit. Schottus & Savaro è libro *de Catone* deſumpta putant, cujus ſupra Nepos meminit. *Boſius.*

compulſi peccavimus. Tibi, inquit, oro te, quis perpulit, ut id committeres, quod priuſquam faceres, peteres ut ignoſceretur. *Agell. lib.* XI. *cap.* VIII. *Noct. Attic. & Macrob. præfat. Saturnal.*

CORNELII NEPOTIS

LIB. I.

De Vita Ciceronis.

COrnelius Nepos, & rerum memoriæ non indiligens, & M. Ciceronis, ut qui maxime amicus familiariſque fuit: atque is tamen in primo libro, quos de vita illius compoſuit, [1] erraſſe videtur, cum eum ſcripſit [2] tres & viginti annos natum primam cauſſam judicii publici egiſſe: Sextumque Roſcium parricidii reum defendiſſe. *Agell. lib.* XV. *Noct. Attic. cap.* XXVIII.

[3] Tullius, [4] me præſente, iiſdem pene verbis, quibus edita eſt; eam [5] pro Cornelio ſeditioſo Tribuno defenſionem peroravit. *D. Hieronym. Epiſt.* LXXI. *ad Pammach.*

COR-

1 *Erraſſe videtur.*] Vide Franc. Fabricii hiſtoriam Ciceronis ad annum XXVI. & XXVII.

2 *Tres & viginti annos natum.*] Ætatis ſeptimum & vicefimum agebat Cicero cum Roſcium defendit, ut Aſconius Pedianus, diligens ejus interpres apud Agellium, & Fabius libro XII. cap. VI. auctor eſt. *Schott.* Natus Cicero anno U. C. DCXVIII. C. Atilio Serrano, Q. Servilio Cæpione Coss. Adoleſcens contra L. Sullæ dominantis opes pro Sex. Amerino dixit, quæ exſtat Oratio Off. II. Et primam cauſſam in Bruto egit, publicam ſcilicet (nam pro Quinctio privatam apud Aquilium Gallum judicem egit) ætatis XXVII. anno U. C. DCIXXII. In Oratore, adoleſcentulum dicit ſe eam cauſſam egiſſe. Vide Fabium Quinctilianum lib. XII. cap. VI. Dixit & pro Roſcio Comœdo, anno DCLXXVII. poſt Urbem conditam. *Idem.*

3 *Tullius.*] Neque verba hæc Nepotis ſunt, neque certum, è vita Ciceronis ea petita eſſe. Quod poſterius Schottus ipſe non diffitetur. Sic enim Hieron. cap. 4. epiſt. ad Pammachium adverſus errores Joan. Hieroſolymitani: *Fruſtra ſuſpicimus Tullium: refert enim Cornelius Nepos, ſe præſente iiſdem pæne verbis, quibus edita eſt, eam pro Cornelio ſeditioſo defenſionem peroratam.* Boſius.

4 *Me præſente.*] *Refert enim Cornel. Nepos ſe præſente.* Ita Hieron. *Schott.*

5 *Pro Cornelio ſeditioſo Tribuno.*] De hac ipſe in *Hortenſio*: qui liber ſcriptus erat de laudibus Philoſophiæ apud Lactantium lib. VI. cap. II. *Malo vel unum parvum de Officio libellum, quam longam orationem pro ſeditioſo homine Cornelio.* Longam vocat, quia viginti amplius folia

CORNELII NEPOTIS
LIB. I.

Epiſtolarum ad Ciceronem.

TAntum abeſt ut ego [1] magiſtram eſſe putem vitæ Philoſophiam, [2] beatæque vitæ perfectricem; ut nullis magis exiſtimem opus eſſe magiſtris vivendi, quam pleriſque, qui in ea diſputando verſantur. Video enim magnam partem eorum, qui in Schola de pudore & continentia præcipiant argutiſſime, [3] eoſdem in omnium libidinum cupiditatibus vivere. *Lactant. lib.* III. *cap.* XV. *Divin. Inſtit.*

M. TUL-

folia implere potuit. Vide Aſconium. Plinius lib. 1. epiſtola XX. in hunc grandem librum, omnia quæ per dies quatuor latius dixerat, coartaſſe dicit Ciceronem, Nepos vero iiſdem, quibus edita eſt verbis, peroratam. Quæ pugnare videntur. Meminit ejus Orationis, præter Fortunatianum & Marcianus Capella in Rhetor. uterque ille, *pro Cornelio majeſtatis* vocat. Hic, in oratione, inquit, *pro Cornelio*, primo refutata ſunt crimina, quæ ſecuta ſunt Tribunatum: poſt ad ipſum Tribunatum recurſus eſt factus, quæ diſpoſitio artificialis, ut diximus, nominatur. Secundam etiam pro C. Cornelio, à Pediano, ubi de illius ſeditioſo Tribunatu, aliiſque laudari video. *Schott.*

1 *Magiſtram eſſe putem vitæ Philoſophiam.*] Alludere videtur ad locum Ciceronis Nepos, qui exſtat in Tuſculanis Quæſtionibus: *O vitæ Philoſophia dux: O virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum: quid non modo nos, ſed omnino vita hominum ſine te eſſe potuiſſet?* Et mox; *Tu inventrix legum, tu magiſtra morum & diſciplinæ fuiſti.* Lib. II. *In eo magiſtra vitæ tot ſecula permaneret Philoſophia.* Schott.

2 *Beataque vitæ perfectricem.*] Vide Arnobium lib. II. adverſus gentes. Qui *fermentum quoddam vitæ* vocat *ejus cognitionem.* Hierocles in Pythagoram: Φιλοσοφία ἐςὶ ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσις, καὶ τελειότης. κάθαρσις μὲν, ἀπὸ τῆ ὑλικῆς ἀλογίας καὶ τῆ θνητοειδῦς σώματος. τελειότης δὲ τῆ οἰκείας δι' ζωῆς ἀνάληψις, πρὸς τὸν θεὸν ὁμοίωσιν ἀπαράγουσα. *Kenchen.*

3 *Eoſdem in omnium libidinum cupiditatibus vivere.*] In eandem ſententiam Cicero ipſe, ſeu quiſquis alius inducitur in Hortenſio; in quo de univerſa Philoſophia, quantopere & expetenda & colenda eſſet: *præcipiunt hoc iſti, & facit nemo.* Schott. Lege quæ ad Pomponium notabamus.

M. TULLII CICERONIS AD CORNELIUM NEPOTEM *Epiſtolarum* LIB. II.

ITaque [1] noſtri cum omnia quæ dixiſſemus, dicta eſſent: quæ facete & breviter & acute locuti eſſemus, ea proprio nomine appellari [2] dicteria voluerunt. *Macrob. lib.* II. *cap.* I. *Saturn.*

Ad eundem ex libro incerto.

Hoc reſtiterat etiam, ut à te fictis [3] aggrederer donis. *Priſcian. lib.* VIII. *Gramm.*

* * *

Qui habet, ultro appetitur; qui eſt pauper, [4] aſpernatur. *Ibid.*

Quid? oratorum quem Cæſari antepones eorum qui nihil aliud egerunt? [5] quis ſententiis aut acutior aut crebrior? quis verbis aut ornatior aut elegantior? *Sueton. in Cæſare cap.* LV.

Neque

1 *Itaque noſtri.*] Adeo earum Nepotem Cicero habuit, ut jocoſeria cum illo, præ cæteris libenter communicarit. Vide Epiſt. v. lib. XVI. ad Attic. Ciceronem vero natura dicacem fuiſſe, & jocularibus, quæ & dentibus non carerent, mirifice delectatum; ex jocis lib. II. de Oratore diſcas. Macrobius etiam Conſularem ſcurram ab inimicis, ut à Vatinio, audiiſſe, & à L. Papirio Pæto, ſcurram velitem appellatum, affirmat; lib. II. Saturnal. cap. I. *Schott.*

2 *Dicteria.*] Neſcio in quibus libris Schottus hanc vocem invenerit. Nam in optimis edd. hcic & toto iſthoc capite *dicta* excuſum video. Idque recte. Uno tamen loco Pontanus è Ms. Cod. *dicteria* reponi voluit. *Boſius.*

3 *Aggrederer donis.*] Paſſive dixit, ἐπεξερχόμενῳ, inquit Priſcianus de ſignif. vel gener. Verbor. *Idem.*

4 *Aſpernatur.*] Paſſive dixit, ἐξουθενεῖται. Idem Cicero ex Oeconomico Xenophontis: *Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur*, paſſive ἀξιοῦνται. Vide id genus innumera apud Priſcian. lib. XIII. *Schott.*

5 *Quis ſententiis aut acutior, aut crebrior?*] Idem Cicero ad Brutum, Oratores enumerans, negat ſe videre, cui Cæſar debeat cedere. Et Atticus ibidem judicabat, illum omnium fere oratorum Latine loqui elegantiſſime, ſcripſiſſe & de analogia ad M. Tullium; verborumque delectum, originem eſſe eloquentiæ, dicere ſolitum. Sed de his multi multa. *Idem.* Vide Tacitum in Dialogo de Oratore.

1 *Nulla*

* * *

Neque enim quidquam aliud eſt felicitas, niſi honeſtarum rerum proſperitas: vel ut alio modo definiam, Felicitas eſt fortuna adjutrix conſiliorum bonorum, quibus qui non utitur, felix nullo pacto eſſe poteſt. Ergo in perditis impiiſque conſiliis, quibus Cæſar uſus erat, [1]nulla potuit eſſe felicitas: feliciorque meo judicio [2]Camillus exulans, quam temporibus iiſdem Manlius, etiamſi, [3] id quod cupierat, regnare potuiſſet. *Ammian. Marcell.* XXI.

[4] Quidam veterum, [5] formidantes ea, quæ ſcriptoribus hiſtoriæ ſuorum temporum ſolent ſæpe fraudi eſſe atque invidiæ, cognitiones actuum variorum, ſtylis jam uberibus explicatas non edidere ſuperſtites. *Id. lib.* XXVI. *initio.*

* * *

[6] Infelices eſſe qui omnia ſibi licere exiſtimarunt. *Idem lib.* XXVI.

* * *

Idem

1 *Nulla potuit eſſe felicitas.*] De hac ipſa Cæſaris felicitate Cicero Philippica II. *Cæſar Alexandriam ſe recepit, felix, ut ſiquidem videbatur: mea autem ſententia, qui reipublicæ ſit infelix, felix eſſe nemo poteſt.* Ut Nero Cæſar, & Sylla, quamvis huic *Felicis* cognomen datum. Vide ad Attic. lib. VII. *Schott.*

2 *Camillus exulans.*] Valer. Maximus lib. v. cap. III. *Virum Romanarum & incrementum lætiſſimum, & tutela certiſſima Furius Camillus, in Urbe incolumitatem ſuam tueri non valuit; cujus ipſe ſalutem ſtabilierat, felicitatem auxerat.* Quippe qui Capenates & Phaliſcos, & quod omnium maximum, Urbem Vejos x. annis obſeſſam adjecerat imperio. Vide Livium, Plutarchum, Agellium. A L. Apulejo Trib. plebis in exilium ejectus eſt. Cujus poſt alios Seneca meminit v. de Beneficiis. *Kuch.*

3 *Id quod cupierat.*] Regnum affectaſſe Manlium, ſervato Capitolio, ſupra dictum. Teſtes *Agellius* & *Cicero* Phil. II.

4 *Quidam veterum.*] De periculis agit, in quæ vocari plerumque Hiſtorici ſolent. Ejus rei fuerunt Cremutius Cordus apud Dionem & Tacitum. Junius Ruſticus apud Suetonium. Hermogenes & Metius Pompoſianus apud eundem. *Schottus.*

5 *Formidantes ea, quæ ſcriptoribus.*] Ingens audacia Schotti! Quippe non ſolum pro Ciceronianis venditat, quæ Ciceronis non eſſe facile omnes perſpiciunt, qui puriſſimi ſcriptoris aurum ab Ammiani luto norunt diſcernere: ſed etiam pluſcula de ſuo inſeruit. Ammianus enim poſtquam dixiſſet ſibi uſque ad confinia proprioris memoriæ progreſſo fuiſſe propoſitum referre à notioribus pedem, ut pericula veritati ſæpe contigua, & intempeſtivos cenſores declinaret; ſolum iſta ſubjicit: *Hæc quidam veterum formidantes, cognitiones actuum variorum ſtylis uberibus explicatas non edidere ſuperſtites, ut in quadam ad Corn. Nepotem epiſtola Tullius quoque teſtis reverendus adfirmat.* Boſius.

6 *Infelices eſſe.*] Hæc Ciceronis quidem eſſe ex Ammiano patet, qui *ſenten-*

ti-

Idem ad Atticum de Nepote.

NEpotis [1] epiſtolam expecto. Cupidus ille meorum, qui ea quibus maxime γαυεῖν legenda non putet? & ais μεῖ' ἀμύμονα: tu vero ἀμώμων, ille quidem ἀμῶμος. *Libro* XVI. *Epiſt.* V.

[2] Male narras de Nepotis filio, valde me hercule moveor & moleſte fero. Neſcieram omnino eſſe iſtum puerum. *Epiſt.* XIV.

CORNELII NEPOTIS FRAGMENTA;

Incerta partim quo Libro poſita, partim quibus verbis concepta.

NEPOS auctore certo comperiſſe ſe ait [3] C. Lælium quondam in [4] Puteolano [5] Cal. Martiis admonitum ab uxo-

tiam Tullianam vocat; ſed ex Epiſtolis ad Nepotem deſumpta non ait. *Boſ.* Suſpicor, vel ab ipſo Marcellino conformatum hoc ex ſuperioribus; vel ſane ex eadem Ciceronis epiſtola deſumptum; loci affinitate perſuaſus, quod in eodem ipſo XXVI. Marcellini repererim utrumque; hoc extremo libro, illud non procul ab initio. In qua quidem re integrum eſt cuique à me diſſentire. Non diſſimile illud, quod D. Auguſtin. lib. V. Civit. Dei, cap. XXVII. laudat: *O miſeram, cui peccare licebat!* Quod de C. Ginna ait Cicero v. Tuſcul. Et in Hortenſio apud eundem Auguſtin. lib. XIII. cap. V. de Trinit. *Velle, quod non deceat, miſerrimum: nec tam miſerum eſt, non adipiſci, quod velis, quam adipiſci velle, quod non oporteat. Plus enim mali præſtas voluntatis adfert, quam fortuna cuiquam boni.* Schott.

1 *Nepotis epiſtolam.*] Homeri locum reſpexit, ut fere in his epiſtolis, cum ad amiciſſimum familiariſſime ſcriberet. Verſus Homeri eſt: Τῶν ἄλλων δαιτῶν μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα. Explicat vero acute, ut omnia, doctiſſimus Turnebus lib. IX. Adverſ. cap. XXII. *Schott.* Vide etiam Schoppium in Paradoxis literariis Epiſt. 5.

2 *Male narras de Nepotis filio, valde me hercule moveor, & moleſte fero. Neſcieram omnino eſſe iſtum puerum.*] Epiſt. XIV. De Cornelii filio nihildum reperi. Quare valde ambigo, ſitne hic cognationis nomen *Nepos*, vel Cæcilii alicujus Metelli cognomen. *Schott.* Nepotis mentio fit etiam lib. II. Non dubito, hæc ad eundem Nepotem pertinere, ad quem præcedens locus: non autem ad Cæcilium aliquem, ut Schotto in mentem venit. *Boſius.*

3 *C. Lælium.*] Qui inter Oratores à Vellejo numeratur. De illo paſſim Seneca, & Cicero pro Archia.

4 *Puteolano.*] Vide, quæ Fr. Schottus in Urbis Romæ admirandis diſſeruit ad Card. Bellarminum.

5 *Cal. Martiis.*] Quæ *Matronalia* dicebantur. Horatii Scholiaſtes in III. Carm.

ab uxore [1] temporius ut diſcumberet, petiiſſe ab ea ne interpellaretur, ſerius tandem ingreſſum triclinium dixiſſe, non ſæpe in ſcribendo magis ſucceſſiſſe ſibi: deinde rogatum, ut ſcripta illa proferret, pronunciaſſe verſus qui ſunt in Heautont.

Sati' pol proterve me Syri promiſſa huc induxerunt.

Donatus in vita Terentii.

[2] L. Otacilius Pilitus [3] primus omnium libertinorum ſcribere hiſtoriam orſus, non niſi ab honeſtiſſimo quoque ſcribi ſolitam. Cnei enim Pompeji Magni, quem docuit, patriſque ejus res geſtas compluribus libris expoſuit. *Suetonius de Clar. Rhetor.*

Cornelius Nepos [4] literatos quidem vulgo appellari ait eos,

Carm. Oda VIII. Hinc Martialis eaſdem *Saturnalia muliebria* vocat, & Juvenalis, Kalendas Martias, *fœmineas*. Adi Feſtum & Tibullum lib. III. & IV.

1 *Temporius ut diſcumberet.*] Sic editi omnes. Schottus tamen maluit *temperius*, ut apud Plautum *temperi*; nulla neceſſitate. Eſt enim à *tempore* comparativus, ac ita apud Columellam, Ovidium, & in Gloſſis quoque veteribus ſcriptum reperitur. *Boſius.*

2 *L. Otacilius Pilitus.*] Qui primum oſtiarius veteri more in catena fuit: ut ibidem *Suetonius* teſtatur, apud quem longe aliter hæc omnia leguntur.

3 *Primus omnium libertinorum.*] Sic Terentius,

Servum hominem cauſſas orare leges non ſinunt. Schott.

4 *Literatos vulgo appellari ait eos, qui aliquid diligenter & acute, ſcienterque poſſint, aut dicere aut ſcribere.*] Iterum aliqua deſunt. Sic enim Suetonius: *Corn. Nepos in libello, quo diſtinguit literatum ab erudito; literatos vulgo quidem appellari ait eos, qui aliquid diligenter, &c.* Ubi Schottus putabat legendum, *libello quodam diſtinguit*; ac mendum è compendio literarum natum. Nec enim titulum libri, inquit, tueri ea ἐπιχαρὴ poteſt: *Liber quo diſtinguitur literatus ab erudito.* Sed non recordatus eſt Vir doctiſſimus, plane eodem modo Plutarchum inſcripſiſſe ſuorum unum; πῶς ἄν τις ἀγαπείνειε ἢ κόλακα τὸν φίλον. Ut taceam ſimiles aliorum inſcriptiones. Addit Suetonius: *eoſdem literatos vocitatos.* Quæ, ſi recepta lectio vera eſt, pariter à Nepote, eoque ſuperioribus addenda ſunt. Sed recte obſervatum Schotto, hæc ad ſequentia pertinere. Vide eum III. Obſ. human. cap. 14. *Boſius.* Ad intelligendam vero, quam inter Literatos & Grammaticos exequitur diſcrepantiam, dignabor adſcribere verba Voſſii: Γεγράμματα, inquit, & *litera*, nunc prima notant elementa, ut cum literarum alias dicimus eſſe vocales, alias conſonantes: nunc vero ſumuntur pro literarum ſtudiis: ut in veteri Senario:

Διπλᾶν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γεγράμματα.

Quomodo item Tullius literas dividit in vulgares, & interiores ſive reconditas: ita & γεγραμματικὴ, quæ ἀπὸ τῶν γεγραμμάτων dicta, nunc legendi, ſcribendique, vel bene loquendi artem deſignat; nunc vero præter eam, hiſtoriarum ac fabularum notitiam comprehendit:

eos, qui aliquid diligenter & acute ſcienterque poſſint aut dicere aut ſcribere: ceterum [1] proprie ſic appellandos poëtarum interpretes, [2] qui à Græcis Grammatici nominentur. *Sueton. de illuſtr. Grammat.*

[3] Præter Phyſicos [4] Homerumque, qui univerſum mari circumhendit: quandoque etiam plurium artium & multarum rerum ſcientiam & efflorescentem inde facultatem enarrandi ſcriptores, & judicandi de eorum ſcriptis, lociſque corruptis. Atque hoc pacto cum ſententia noſtra conciliari poſſe arbitror opinionem veterum, qui late adeo Grammaticen extendunt, ut non una ſit ſcientia, ſed ſcientiarum cinnus. Hoc ſine dubio argumentum fuit Telephi Grammatici libro eo, quo oſtendit, πόσα χρὴ εἰδέναι γραμματικὸν, teſte Suida. A varia qui ſcientia commendarentur, appellabantur πολυΐστορες. Ut Alexander Cornelius: item Apion Alexandrinus, contra quem Flavius Joſephus ſcripſit. Dicti quoque φιλολόγοι: ut Eratoſthenes & Attejus: de quibus c. x. Etiam dicebantur πολυμαθεῖς. Studiumque ipſum nominatum πολυμάθεια. Hæc Incomparabilis *Voſſius.*

1 *Proprie ſic appellandos Poëtarum interpretes.*] Unde Seneca Ep. LXXXVIII. *Grammaticus*, inquit, *circa curam ſermonis verſatur; & ſi latius evagari vult, circa Hiſtorias. Jam ut longiſſime fines ſuos proferat, circa carmina.* Et Quintilianus, lib. II. cap. I. *Grammatice, quam in Latinum transferentes, literaturam vocaverunt, tenuis à fonte, aſſumptis Poëtarum hiſtoricorumque viribus, pleno jam ſatis adveo fluit.* Keuchen.

2 *Qui à Græcis Grammatici nominentur.*] Tria genera Grammaticorum: alii τεχνικοὶ, alii ἱστορικοὶ, tertium genus κριτικοὶ vocantur. Τεχνικοὶ elementa & primores literas docent. Item partes orationis, ſtructuram verborum, & ſimilia. Eos Græci γραμματιστὰς potius, quam γραμματικούς: & Latini *literatores*, non *literatos* vocant. Hiſtorici fluminum, montium, regionum nominibus occupati ſunt: abſtruſas hiſtorias, aut μυθολογήματα, aut ποιητικὰς θεολογήματα explicant, genealogias Deorum ac priſcorum heroum diligenter rimantur. Nobiliores his Critici, qui tanquam cenſores quidam, & veterum librorum Senatum legere poſſunt, & non probos tribu movere: quique παρεγγεγραμμένα, ἀμφολιμεῖα, νοθεύοντα, & ſimilia deculpare, ut eorum verbo utar, ſolent. *Joſeph. Scaliger.*

3 *Præter Phyſicos.*] Qui, poſtquam dubitatum fuerat, terrane ulteriora an Oceanus occuparet; terram tandem claudi Oceano deprehenderunt. Vide Ariſtotel. II. de Generat. & Corrupt. Sed probabile eſt, Melam de Phyſicis loqui, qui naturales hiſtorias conſcripſerunt. Qualis Plinius, cujus verba lib. II. cap. LXVIII. *Eſt igitur*, inquit, *in toto ſuo globo tellus medio ambitu procincta, circumfluo mari. Nec argumentis hoc inveſtigandum, ſed jam experimentis cognitum.* Idem ſequenti capite oſtendit, regum cura ſeptentrionis oram magna parte navigatam: nec veriſimile eſſe illic maria deficere, ubi tanta humoris vis ſuperet. *Keuchen.*

4 *Homerumque.*] Cujus in hac fide non exigua authoritas. Quippe qui Philoſophiæ magnus author, ut ex Quintiliano ſcimus. Ob ambitum autem undarum parentem vocavit, quemadmodum ex illo Virgilius. Unde & illud:

Ἐξ ὑπερπάντης πόλαμοι, καὶ πᾶσα θάλασσα,
Καὶ πᾶσαι κρῆναι, καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν.

Addo Dionyſium περιηγητὴν, qui in principio ſui operis:

Μήσω-

circumfuſum eſſe dixerunt, Cornelius Nepos, ut recentior auctoritate, ſic certior tradit: [1] teſtem autem rei Q. Metellum Celerem adjicit, eumque ita retuliſſe commemorat. Cum Galliis Proconſul præeſſet, Indos quoſdam à rege Suevorum dono ſibi datos, unde in eas terras devenîſſent, requirendo cognoſſe vi tempeſtatum [2] ex Indicis æquoribus abreptos emenſoſque, quæ intererant, tandem in Germaniæ littora exiiſſe. *Pompon. Mela lib.* III. *cap.* 5. *de ſitu orbis. & Plin. lib.* II. *cap.* LXVII.

[3] Largitudo. *Chariſ. l.* I.

[4] Eudoxus quidam avorum noſtrorum temporibus, cum [5] Lathyrum regem * Alexandriæ profugeret, ab Arabico ſinu

Μνήσομαι Ὠκεανοῖο βαθυῤῥόου· ἐν γὰρ ἐκείνῳ
Πᾶσαι χθὼν, ἄτε πᾶσιν ἀπείρεσιν, ἐστεφάνωται.

Vide in Commentariis Euſtathium. Cæterum difficultas circumnavigandi ex cauſſis & natura locorum orta eſt, ut adſtruit Albertus cap. VIII. Nec fidem adhibet Herodotus quarta Muſa, ἐπ' ὃ Ὠκεανὸν λόγῳ μὲν λέγεσι ἐκπίπτειν ἀνάτολίων ἀρξάμενον, γλῶ σσαι δὲ πᾶσαν ῥέειν. Quod etiam contra Ciceronis & Macrobii ſententiam, qui Antœcorum & Antipodum terras interfluente Oceano circumcirca ſeparari putarunt. *Keuchen.*

1 *Teſtem autem rei Q. Metellum Celerem adjicit.*] Verba Plinii lib. II. ſub finem cap. LXVII. *Nepos de Septentrionali circuitu tradit, Q. Metello Celeri, C. Afranii in Conſulatu collegæ, ſed tum Galliæ proconſuli, Indos à Rege Suevorum dono datos, qui ex India commercii cauſſa navigantes, tempeſtatibus aſſent in Germaniam abrepti.* Strabo lib. XI. Herodoto in Melpomene, Heraclidi Pontico, Poſidonio, eadem Cornelio Nepoti narrantibus, non credit quoſdam ab India ad Gades uſque & Germaniæ littora navigaſſe. *Schott.* De Oceani navigatione lege Senecam I. Suaſor. Ambroſ. III. Hexaëm. Olim etiam inſtaurata per Portugalliæ reges navigatione totus circuitus ejus innotuit. De Hannone vide Melam III. x. *Keuchen.*

2 *Ex Indicis æquoribus abreptos.*] Brevius hæc Plinius, è quo, ſicut alia quædam indidem memorata, hauſit Martianus Capella lib. VI. Satyr. cap. *de rotunditate terræ*; ſed locus corruptus eſt, ut etiam Schotto obſervatum. Grotius: *Idem Cornelius poſt captos Indos per Germaniam navigavit.* Schottus emendabat: *Idem Cornelius poſt: Captos Indos per Germaniam navigaſſe.* Sed hoc paullo durius. Malim: *Idem Cornelius poſuit, captos Indos per Germaniam navigantes.* Boſius. Sed hoc duriſſimum.

3 *Largitudo.*] Verba Chariſii: *Largitudo nuſquam invenitur, niſi apud Nepotem.* Boſius.

4 *Eudoxus quidam.*] Verba ipſa ſunt Pomponii Melæ, lib. III. cap. X. Eudoxum autem ætate Nepotis fuiſſe non dicit Mela, nec verum eſt. Obiit Nepos Auguſti principatu; ut ipſe Plinius alicubi aſſerit. Etſi enim haud plus quam quadraginta circiter anni ab exceſſu Lathuri ad initium Auguſti interſint, haud dici tamen poteſt, Cornelium vixiſſe ætate Eudoxi. Nam quum hic fugit ex Ægypto, aut puer, aut nondum natus erat Nepos. *Salmaſ.*

5 *Lathyrum regem.*] *Lathyrus* pro *Lathurus* perperam in libris Plinii ac

ſinu egreſſus[1] per hoc pelagus (Africam) (ut Nepos affirmat)[2] Gades uſque provectus eſt. *Mela lib.* III. *cap.* 10. *& Plin. lib.* II. *cap.* 67. *& Martian. Capell. l.* 6.

[3] Ab Heneto Paphlagones in Italiam tranſvecti, mox Veneti

Melæ ſcribitur. Ut *Thyrii* pro *Thurii*, qui ſunt Θύριοι, & *Thyle* pro *Thule*, quum ſit Θύλη. Græcis enim Λάθυρος vocatur, non Λάθυρος. Et fruſtra eſt Vir doctus, qui hunc regem Λάθυριν à leguminis genere ita dictum putavit, ut *Ciceronem* à cicere. Strabo, Clemens Alexandrinus, Euſebius, & omnes Græci Λάθυριν nominant. Θύρος ſignificat cum impetu violentum: Λα particula auget ſignificationem. Inde Λάθυρος, maxime violentus. Forte etiam ita appellatus, quod in Venerem concitatus eſſet: Nam Θύρις eſt ἀφροδισιαστὴς, & Θυρὰ, καταφορὰ, ὀρεκτικῶς ἔχουσα. Θυρήεις, λαγώς. Heſychius: Hoc verius. Idem Plinius libro VI. cap. XXX. *Ptolemæum Lathyrum* appellat, qui *Lathurus* ſcribendus eſt. *Salmaſius.*

1 *Ab Arabico ſinu egreſſus, Gades uſque provectus eſt.*] Tranſito promontorio Bonæ ſpei, ſine quo ſinu Arabico (qui alias rubrum mare dicitur) excedens, Gades pervenire non potuit. *Pontanus* II. Diſcuſſion. Hiſtor. Vide Hornium lib. II. cap. V. de Orig. Gentium Americanar. Schefferum de Milit. navali Veterum, lib. I. cap. I. Certum quidem eſt, à Gadibus in Arabiam olim navigatum fuiſſe, & contra; non tamen ea navigatio vulgata fuit & trita. Et ſane hodie navigabile eſt, & ante Jubam etiam creditum, traditumque. Sed explorata ejus navigatio eo tempore fuit, tantum abeſt, ut verum ſit Jubam & ſpatiorum modos meminiſſe, & ſtationum loca addidiſſe, qui in eo curſu adiri ſolerent. Auctor Peripli maris Erythræi qui recentior Juba, fatetur quidem Oceanum Indicum ad Occidentem regyrare, & unum fieri cum Heſperio mari, ſed nondum exquiſita illa maria navigantibus, & comperta eſſe. De Empo-riis Azanii maris loquitur, quod in terras irrumpit per freta Arabici ſinus, & Perſici: ὁ μὲν πρὸς τὰς πόρρω ἀνθρώπους ἀνηρύσιτος ἂν εἰς πλοῦν ἀναχθείη τοῖς ἀπειροπλοίοις μέρεσι τῆς Αἰθιοπίας, καὶ Λιβύης, καὶ Ἀφρικῆς καὶ τοῦ παρακειμένου εἰς τὸν ἑσπέριον συμμίσγοντα θάλασσαν. *Salmaſ.*

2 *Gades.*] Hæc inſula eſt, vel Urbs potius circumflua & interamna Tarteſſos duobus Bætis amnis oſtiis, & mari concepta, quam *Gadir* Tyrii nominarunt. Syriacum eſſe, notum eſt גדר. Heſych. Γάδειρα τὰ περιφράγματα, φοίνικες. Avienus: *Pœnus namque locum Gadir vocat undique ſeptum.* Diverſa utique ab illa inſula, quæ in capite eſt Bæticæ, quam Latini *Gadium*, Græci Γάδειρον indigitarunt. Quod idem *Salmaſius* ad Solinum ſuum notavit. Vide etiam Caſauborum ad Strabonem.

3 *Ab Heneto Paphlagones.*] Nam Ἐνετοί, *Veneti*, ut οἶνος, *vinum*, & ſimilia. Idem itaque nomen, ea re creditum putabat Nepos, hos ab illis ortos. Nihil verius. De populis igitur Ἐνετοῖς intelligebat Nepos, non de vico *Heneto*. Eos in Paphlagonia vel prope Paphlagoniam incoluiſſe volebant veteres. Horum meminit Homerus:

Παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο Πυλαιμένης λάσιον κῆρ
Ἐξ Ἐνετῶν ὅθεν ἀμιτόων γένος ἀγριοτράων.

Quia nullum Enetorum veſtigium in Paphlagonia ſequentibus ævis exſtitit, ideo quæſivere Grammatici ac Geographi, quinam illi eſſent Ἐνετοὶ Homerici. Οὐ γὰρ δείκνυσθαί φασι τοῦ, inquit Strabo, Ἐνετὸς ἐν Παφλαγονίᾳ. Zenodotus ſcribebat apud Poëtam ἐξ Ἐνετῆς, ut de Amiſo intelligeretur, quæ olim Ἐνετὴ vocabatur. Alii vicum hoc nomine

Veneti ſunt nominati. *Solin. cap.* 56. *Polyhiſtor. & Plin. lib.* VI. *cap.* II.

Fauces Oceani T. Livius ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt, [1] ubi minimum, VII. M. Paſſ. ubi vero plurimum X. M. *Plin. lib.* III. *proœmio. Ibid. lib.* III. *cap.* 17.

[2] Melpum opulentia præcipuum, quod ab Inſubribus & Bojis, & Senonibus deletum eſſe eo die, [3] quo Camillus Vejos ceperit, Nepos Cornelius tradit. *Plin. lib.* III. *c.* 17.

Ultra [4] Aquilejam VI. M. Paſſ. Formio amnis, ab Ravenna CLXXXIX. M. Paſſ. antiquus auctæ Italiæ terminus, nunc vero Iſtriæ: quam cognominatam tradunt à flumine Iſtro in Adriam effluente à Danubio amne, [5] eidemque Iſtro ex adverſo Padi fauces, contrario eorum percuſſu mari interjecto dulceſcente [6] plerique dixere falſo & Nepos Cornelius etiam [7] Padi accola. *Plin. lib.* III. *c.* 18. *Natur.*

Alpes

nomine in Paphlagonia oſtendi ajebant, decem ſchænis ab Amaſtri diſſitum. At qui non nimis celebris ille vicus in Paphlagonia, ut eo inſignis hæc dici poſſit. Præterea non ex illo vico tranſvectos Venetos Italiæ certum eſt, ſed ex populis Venetis, qui poſt Trojam captam, quum diu deerraſſent, tandem in Italiam devenerunt, & Venetiam, regioni ac populis nomen dederunt. In confeſſo apud omnes eſſe tradit Strabo, Ἐνετοὺς nobiliſſimam ac præcipuam Paphlagoniæ fuiſſe gentem. Eum vide lib. XII. *Salmaſ.*

1 *Ubi minimum.*] Ms. Cod. Chifleti: *ubi minus.* Boſ.

2 *Melpum.*] Sunt qui putent eſſe *Meleium* municipium nobile & ditiſſimum: eſtque in Orbiis, de quibus multa Zanchius ad P. Betulium, & G. Merula lib. I. Antiquit. Galliæ Ciſalpinæ cap. IX. *Schott.*

3 *Quo Camillus Vejos.*] De die nondum in Faſtis aut diariis comperi: annus eſt in iis Tabulis marmoreis, quo de Vejentibus Dictator primum triumphavit, CCCXVII. *Livius* lib. V. & rurſum *Plinius* lib. XXXIII. cap. VII. *Plutarchus* Camillo. *Valerius* IV. cap. I. *Dodor. Flor. Eutrop. Auctor* de Viris Illuſtr. *Idem.*

4 *Aquilejam.*] Quam à fontibus aquarum perennibus dictam volunt. Condita eſt à Romanis contra Barbaros. Urbs tam auguſta quondam, ut altera Roma diceretur. Hodie ad ſolitudinem propemodum perducta, Venetis paret.

5 *Eidemque Iſtro ex adverſo Padi fauces.*] Strabo lib. I. ſcribit Eratoſthenem, & ante eum multos in illa fuiſſe ignorantia, ut fluvium ab Danubio derivatum in Adriaticum juxta Iſtros egredi tradiderint; unde & Jaſonis è Ponto in Adriaticum tranſitus locum habuerit hiſtoriæ. Hos Plinius ac Mela ſecuti pari ignorantiæ nævo notantur. *Keuch.*

6 *Plerique dixere falſo.*] Ariſtoteles de Hiſt. Anim. VIII. & περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. Strabo l. VII. Apollonius Rhodius & Mela l. II. quos miror omnes cum Nepote falſitatis argui. *Schot.*

7 *Padi accola.*] Unde Catullo epi-

[1] Alpes in longitudine x. M. Paſſuum patere à ſupero mari ad inferum Cælius tradit. Timagenes xx. M. Paſſ. deductis: in latitudinem autem Cornel. Nepos c. M. T. Livius tria M. Stadiorum, uterque diverſis in locis. *Lib.* III. *cap.* 19.

Inter duos Boſphoros Thracium & Cimmerium directo curſu, ut auctor eſt Polybius, CI. M. Paſſ. interſunt. Circuitu vero totius Ponti [2] vicies ſemel centena quinquaginta M. ut auctor eſt Varro, & fere veteres. Nepos Cornelius CCC. M. L. adjicit. *Lib.* IV. *cap.* 12.

Minus profecto mirentur [3] portentoſa Græciæ mendacia [4] de hortis Heſperidum & amne Lixo prodita, qui cogitent noſtros nuper paulo minus monſtrifica quædam de iiſdem

gram. 1. *Italus*; Auſonio autem, epiſt. XXIV. *Gallus* vocatur. Nempe quia Italia Tranſpadana diceretur Gallia Togata. De urbe patria quicquam ſe habere comperti, negat Elias Vinetus in Auſonium Idyll. VII. At Veronenſem fuiſſe, in Leandri Alberti Italia lego, ut & Coſmographia P. Merulæ. Natus fuit in Hoſtilia: qui Veronenſ. vicus. *Voſſius.*

1 *Alpes in longitudine.*] Mela lib. II. *Alpes ipſæ ab iis littoribus longe lateque diffuſæ, primo ad Septentrionem magno gradu excurrunt, deinde ubi Germaniam attigerunt, verſo impetu in Orientem abeunt, direptiſque populis immanibus, uſque in Thraciam penetrant.*

3 *Vicies ſemel centena quinquaginta M.*] Cod. Toletanus: *vicies ſemel M. ut auctor eſt Varro, & fere veteres ſemel quinquaginta. Nepos Cornelius* CCC. M. L. *adjicit.* Schott.

3 *Portentoſa Græciæ mendacia.*] *Et quicquid Græcia mendax Audet in hiſtoria.* Juvenalis Sat. X. *Idem.*

4 *De hortis Heſperidum.*] Heſperides nymphæ ſunt, quibus horti illi tribuuntur. In Cyrenaïca Ἑσπερίδες urbis nomen, quæ & Ἑσπερὶς & Ἐσπερίς. Nihil vanius & mendacius illis fabulis, quæ Heſperidas nymphas & eorum hortos prodidere. Fabularum porro auctores, Heſperidas illas, quæ mala aurea habuerunt, ſed cuſtode dracone circa oceanum collocant. Apollodorus: ταῦτα δ' ἐν ἄλλῳ οὐκ οἶδα τινὸς ἐν Λιβύῃ, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Ἀτλαντικῷ ἐν Πυρηναίοις. Heſiodus ultra Oceanum ponit. Non dubito tamen fuiſſe & ex Græcis auctores, qui nominis errore inducti, quod urbs Ἑσπερίδες in Pentapolitana Libya vocaretur, eo tranſtulerint & Heſperidum hortos. Ptolemæus in Cyrenaïca & Pentapolitana memorat Ἑσπερίδων κήπους, quos tamen diverſos ſtatuit ab urbe Berenice; quam ἑσπερίδας dictam autumat. Scylax Caryandæus in Pentapolitana urbis & portus Ἑσπερίδων meminit. Haud longe ab Heſperidibus urbe, κήπους Ἑσπερίδων ponit idem Scylax, omni genere arborum refertas. Hortos Heſperidum major pars in Mauritania ſtatuit ad Oceanum, circa Lixon. Alii etiam circa Atlantem Mauritaniæ montem. Nam Heſperidas quidam Heſperi filias faciunt; quidam Atlantis ex Heſperide uxore. Servius: *Quidam tamen hos hortos circa Syrtes poſitos tradunt.* Nec diverſæ ſunt opiniones, ut velle videtur Servius. Errorem, ut dixi, fecit vox Ἑσπερίδες, quo nomine appellata eſt Pentapolitanæ Libyæ civitas.

Inde

iiſdem tradidiſſe: [1] prævalidam hanc urbem majoremque Carthagine magna: præterea [2] ex adverſo ejus ſitam & prope immenſo tractu [3] ab Tingi: quæque alias Cornelius Nepos avidiſſime credidit. *Lib.* v. *cap.* 1.

Inter Pontum & Caſpium mare CCCLXXV. M. Paſſ. non amplius intereſſe tradiderunt [4] Cornelius Nepos C L M. *Lib.* VI. *cap.* XI.

Polybius in extrema Mauritania contra montem Atlantem à terra ſtadia octo [5] abeſſe prodidit Cernen. Nepos Cornel.

Inde horti urbi vicini dicti Ἑσπερίδων, & confuſi cum hortis fabuloſarum Heſperidum, qui ad Oceanum. *Salmaſ.*

1 *Prævalidam hanc urbem.*] Lixon: Nam de Cerne mox libro VI. cap. 30. Carthagini quoque objacere ſup. Plinius: *A Claudio Cæſare colonia facta Lixos: vel fabuloſiſſime ab antiquis narrata. Ibi regia Antæi, certatumque cum Hercule, & Heſperidum horti. Affunditur autem huic æſtuarium è mari, flexuoſo meatu, in quo Draconis cuſtodiæ inſtar fuiſſe nunc interpretantur.* Schottus.

2 *Ex adverſo ejus ſitam.*] Statim: *ex adverſo maxime Carthaginis*, id eſt, è regione, vel, ex oppoſito maximæ Carthaginis. Ubi τὸ *maximæ* nominaliter ſumptum malim, quam adverbialiter. Poëta dixit, *Carthago Italiam contra κατ' ἀναντοφωλὼ*, eadem notione, qua Latini *exadverſus* uſurpant, vel *exadverſum*. Keuchen.

3 *Ab Tingi.*] Nimirum Mauritaniæ. Alia eſt Τίγγι Καισάρεια apud Ptolemæum, quæ *Tingi altera*; ut *altera Pergama*, *altera Salamis* de Cypri Salamine. Lege Pomponium Melam libro I. *Keuchenius.*

4 *Cornel. Nepos* C L M.] Duo Plinii Mss. CCLM. numerant. *Schott. Boſ.*

5 *Abeſſe prodidit Cernen.*] Quod idem eſt ſpatium, & pœne idem ſitus. De ſitu Cernes inſulæ dubitatum oſtendit Euſtathius ad Dionyſium: Καὶ ἡ Κέρνη ἡ αὐτὴς λεγομένη. οἱ μὲν γὰρ ἀναπολικὴν αὐτὴν ἱστοροῦσιν, ὡς ἡ Λευκόφρυς ἐμφαίνει, οἱ δὲ δυτικήν. Sane Lycophron ex inſula Cerne oriri facit auroram:

Τιθωνὸν ἐν κοίτῃσι τ' Κίρνης πάλας
Λιπὼν Ζαν.

His verſibus Κίρνῃ ibi collocat, ubi omnes alii veteres, χρυσῇ, ἐπ' αὐτὸν τὸ ἥλιον ἀνίσχοντα. Hæc Cerne Lycophronis licet ad Orientem ſit, non poteſt eadem eſſe cum Menethuſiade. Sed non minus nugatur Lycophron cubile Solis in Cerne inſula locando, quam Mimnermus, qui in Colchis conſtituit:

Αἴηθ' πόλιν τόθι δ' ὠκεῖ' Ἠελίοιο
Ἀκτῖνες χρυσέῳ κείρεται ἐν θαλάμῳ.

Omnes alii Scriptores Cernen in occidentali Oceano metantur. Quod etiam Strabo oſtendit, licet Cernen inter loca numeret, quæ tunc non cognoſcerentur, & Eratoſthenem eo nomine reprehendat, quod fabuloſis habeat fidem: πεπίσθαι δ' ἂν καὶ τῶν ἔξω στηλῶν Ἑκαταίῳ τε τῷ Μιλησίῳ καὶ ἄλλοις τισὶν ὀνομάζων τὰς μυθικὰς ταύτας δεικνυμένας. Ergo Cerne extra Columnas Herculis in Oceano Atlantico, quam Polybius gravis auctor etiam agnoſcit. Plinius inter inſulas Æthiopiæ & huic locum dat: *Cerne nominatur inſula adverſa Æthiopiæ, cujus neque magnitudo, neque intervallum à continente conſtat.* Ita hæc legenda, non ut eſt vulgo: *Contra ſinum Perſicum Cerne inſula nominatur.* Nam verba illa, *Contra ſinum Perſicum*, ad præcedentem clauſulam

Cornel. ex adverſo maxime Carthaginis à continente paſſus mille non ampliorem circuitu duobus millibus. *Lib.* VI. *cap.* 31. *de Inſulis Æthiopici maris.*

Nepos Cornelius, [1] qui Divi Auguſti principatu obiit: Me, inquit, juvene [2] violacea purpura vigebat, cujus libra denariis centum venibat: nec multo poſt rubra Tarentina. Huic ſucceſſit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille non poterat emi. Hac Lentulus Spinther Ædilis Curulis primus in prætexta uſus [3] improbatur: nam purpura * quis non, inquit, triclinaria facit. *Lib.* IX. *cap.* 17. *& cap.* 39.

Onychem etiam tum in Arabiæ montibus, nec uſquam alibi

clauſulam pertinent; ut jam aliis animadverſum. Occidentalis Cerne Æthiopiæ adverſa non eſt; ſed Heſperiæ. Terminus ejus ſtatuitur navigationis Phœnicum, qui non navigabant in eam à rubro mari: quî enim id pote, nondum comperta Meridiani maris navigatione? ſed per Gades Oceanum illum ingrediebantur, qui etiam in ora illa multa oppida condiderunt. *Salmaſ.*

1 *Qui divi Auguſti principatu obiit.*] Vide D. Hieronymum in Chronico Euſebiano, qui refert illum ad annum Auguſti quartum.

2 *Violacea purpura.*] De variis purpuræ generibus poſt Cælium, Bayſium, alios, accurate Salmaſius in notis ad Tertullianum de Pallio, & Octav. Ferrarius de Re Veſtiaria, præcipue lib. II. cap. 7. Qui videri poterunt. *Boſius.*

3 *Improbatur.*] Sic Ms. Vulgati: *improbabatur.* Quod video ſummos viros non improbaſſe. Mox edit. Dalechamp. *quæ purpura quis nun jam, inquit, triclinaria facit?* nec aliter laudant viri docti, qui de purpura tractatunt. *Triclinaria* Salmaſius ait eſſe accubitalia, quibus accubita vel lecti tricliniares ſternuntur. *Not. ad Tertullianum* pag. 175. *Idem.*

4 *Quis non, inquit, triclinaria facit.*] Addit de ſuo Plinius: *Spinther ædilis fuit U. C. anno ſeptingenteſimo, Ciceronе Coſ. Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta eſſet, veluti magnifico impendio; qualiter nunc omnes pæne commodiores purpuræ tinguntur.* Hæc poſtrema Plinio ab aliquo adjecta aſſerere auderem, niſi in Ms. Toletano antiquiſſ. reperiſſem. In Conſulatu vero M. Tullii nimis rotundus numerus eſt, qui eſt in Faſtis Capitolinis extra controverſiam annus IↃ CXC. poſt U.C. Collega C. Antonio: P. vero Cornelius Lentulus Spinther, Ciceronis inprimis ſtudioſus, Coſ. poſt fuit, anno IↃ CXCVI. cum Q. Cæcilio Metello Nepote. *Schottus.* Triclinaria ſunt accubitalia, quibus accubita vel lecti tricliniares ſternuntur. Nec de purpura tantum illa, ſed etiam auro clavata, ut & mantelia, quibus menſa ſternebatur & mappæ. Aureorum & auratorum manteliorum mentio multis locis apud Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores. Stragula quoque veſtis, qua cubiculares lecti inſternebantur, auro & purpura depingi ſolebat. Apulejus lib. X. *Sed & ſtragula veſte, auro & murice Tyrio depicta probe conſternunt.* Nec minus tricliniaris & accubitalis. Babylonicorum ἀνθεμουργῶν præcipue uſus in ſternendis accubitis, quæ auro & purpura picta fuiſſe, nemo neſcit. Inde *Babylonicum aureum plumatum* Publio Syro dicitur. Gloſſa, *Babylonicum*, ψιλὴ πολύμιτος. *Salmaſius* ad Tertull. Pallium. *Keuchen.*

1 Nimo

alibi naſci putavere noſtri veteres: Sed in Germania potoriis vaſis inde factis primum, dein pedibus lectorum ſelliſque Cornelius Nepos tradit magno fuiſſe miraculo, cum P. Lentulus Spinther amphoras ex eo & urceos magnitudine cadorum oſtendiſſet: poſt quinquennium deinde triginta duorum pedum longitudine, columnas vidiſſe ſe. *Lib.* XXXVI. *cap.* 7.

1 Νέπως δὲ Κορνήλιος οὐχ ὑπὸ γήρως φησὶν οὐδὲ νόσου ὠλιγωκέναι τὸν Λεύκολλον, ἀλλὰ φαρμάκοις ὑπό τινος τῶν ἀπελευθέρων Καλλιστένους 2 διαφθαρέντα. Cornelius Nepos neque ſenio, neque morbo aut alienata mente fuiſſe Lucullum, ſed à Calliſthene liberto venenis corruptum. *Plutarch. in Lucull. extrem. & An ſeni gerenda Reſpub.*

Νέπως ὁ Κορνήλιος φησὶν οὐ Κράσσου, Ἑρέτου ὄντος, θριαμβεύσαντος ἀπὸ Λυσιτανῶν γυναῖκα γῆμαι Γαΐου. Cornelius Nepos non Craſſi, ſed Bruti, ejus quæ de Luſitanis triumphavit, filiam nuptum Cajo datam refert. *In Gracchis.*

Ἀννίβα δὲ τὸ μὲν ἄλλων, ἀλαζόνος λόγου, Μάρκελλον δὲ πεπλανῆσθαι συμβαίνει, αὐτὸς ἐξέδραμεν ἐπὶ τὸ πόπον. καὶ τῷ νεκρῷ ὠφθησάν, καὶ πολλὰ χρόνον τιμῶντι ῥώμῃ καὶ σώματος καλλιμορφίαν καὶ τὸ εἶδος, ὅτε φανῇ ἀφῆκεν ὑπερήφανον, ὅτε ἀπ' ὄψεως τὸ χαίρειν. ὡς ἄντης ἐργώδη πολέμιον, καὶ βαρὺν ἀπεκόπτωνος ἐξέφλωσεν, ἀλλ' ἐπιθαυμάσας 3 τὸ ὠφέλιμον τῆς πλούτου τὸ μὲ δικαίως, ἀφείλετο τὸ δὲ σώματος ἀσημήνας πέπονθε κόσμῳ καὶ τιμῆς εἵλας εὐπρεπῶς ἔκαυσε καὶ τὰ λείψανα συνθεὶς εἰς κάλπην ὀρθρινῶν καὶ ζυγοῦν ἐμβαλὼν στέφανον, ἀπέστειλε πρὸς τὸν υἱόν. τοῦ δὲ νομιζόντων τινὲς τὸν κομίζεσθαι ὥρμησαν ἀφαιρεῖσθαι τὸ τεῦχος. Ἀντιλαμβανομένων δὲ σκηνὴν σκηδιαζόμενοι καὶ μαχόμενοι διέρριψαν τὰ ὀστᾶ. Πυθόμενος δὲ Ἀννίβας καὶ τοὺς τὰς παρῳδίας εἰπὼν, οὐδὲν ἄρα δικαίως γίνεσθαι ἄκοντος θεῖ, τοῖς μὲ νόμασιν ἐπίθηκε δίκην, σὺν τῷ δὲ κομιδῆς ἢ συλλογῆς τὸν λειψάνων ἐφρόντισεν. ὡς δὲ καὶ θεόν

1 Νέπως ὁ Κορνήλιος.] Vide Plutarch. in libello: Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. *Crudeliſſimum* autem Hannibalem vocat Livius lib. XXVII. Valerius lib. V. cap. 1. in fine. Silius Ital. lib. XII. Oroſius lib. IV. cap. 18. Aurelius Victor de Viris Illuſtribus: *Marcellus quinquies Conſul, inſidiis Hannibalis deceptus & magnifice ſepultus. Oſſa Romam remiſſa, à prædonibus intercepta perierunt.* Quis ſcit an hæc ad librum Exemplorum v. ubi & Hannibalis mentio fit, pertineant? *Schott.*

2 Διαφθαρέντα.] Sequitur apud Plutarchum priore loco: Τὰ δὲ φάρμακα δοθῆναι μὴ ὡς ἀγαπῶντο μᾶλλον ὁ Καλλισθένης ὑπ' αὐτῶν, τιμωρίαν ἔχων δικεῖν τὴν δυνάμιν. ἐκζητοῦσι δὲ καὶ καλοῦσι καὶ λογισμόν, ὡς τ' ἔτι ζῶντος αὐτῷ, τὴν ἀσίαν διοικεῖν καὶ ἀδελφόν. Quæ prioribus addi debuere: nam pariter à Nepote deſumpta ſunt. *Boſius.*

3 Τὸ ὠφέλιμον τῆς πλούτου.] In editione Pariſienſi Jo. Rualdi, qua utor, excuſum invenio, τὸ ὠφέλ. τ' πλούτου, nec variant Mſs. *Idem.*

τῷ ἡιόν τινα κῆδ τ πελάτης καὶ τ ἀπιφίας ἀκδιχόμως ὅτι τῷ Μαρκέλλῳ γενοιθείης. Ταῦτα μὲν οὖν οἱ περὶ Κορνήλιον Νέπωτα καὶ 1 Οὐαλέριον Μάξιμον ἱστόρηκε. Λίβιος δ καὶ Καῖσαρ ὁ Σεβαστὸς, κομιδῆ ὀλίγα τὰ ὑδέτερα τούτοις τ ἐν ὑρήκασι καὶ τυφῶναι λαμπρότερα. Annibal vero cum reliquos minimi faceret, Marcellum cecidiſſe audito, ipſe ad locum accurrit: cadaverique adſiſtens, diuque corporis robur & formam contemplatus, neque ſuperbam ullam emiſit vocem, neque vultu lætitiam (ut conſentaneum erat eum, qui tam moleſtum & gravem hoſtem interfeciſſet) præ ſe tulit: ſed inopinatum viri exitum miratus, annulum ei abſtulit, corpus digno habitu ornatum, veſtibuſque decentibus amictum cremavit, reliquias in urnam argenteam lectas, aurea ſuperaddita corona, ad filium ejus miſit. Sed quidam Numidæ cum inferentes ea incidiſſent, adimere vi conati ſunt: illis reluctantibus ac vim vi repellentibus oſſa disjecta ſunt. Annibal hoc audito, ad eos qui aderant, *Nihil*, inquit, *utique Diis invitis fieri poteſt:* ſumto de Numidis ſupplicio nullam præterea de Marcelli reliquiis colligendis curam habuit: ut qui Dei alicujus numine Marcello hunc exitum vitæ & ſepulturæ privationem ita præter omnium opinionem eveniſſe crederet. Hæc Corn. Nepos & Valerius Maximus narrant. Livius & Auguſtus Cæſar perlatam ad filium Marcelli urnam, & honorifice ſepultas ejus reliquias, perhibent. *In Metello.*

Ἀννίβας δ Μάρκελλον, ὡς μὲν οἱ περὶ Πολύβιον λέγουσιν, οὐδὲ ἄκοντ ἐνίκησεν, ἀλλ' αὐτίκα ἐπὶ τῷ δικεῖ ἀφικόμενος μέχρι Σικελίαν. ἡμεῖς δὲ Λίβιον, Καίσαρα καὶ Νέπωτα καὶ τ Ἑλλήνων τὸν βασιλεῖ Ἰόβαν πεισόμεθα, πῖπας τινὰς καὶ τροπὰς ἐπὶ Μαρκέλλῳ 2 τ σὺν Ἀννίβᾳ γενέσθαι.

Anni-

1 Οὐαλέριον Μάξιμον.] Cod. Vulcobianus Οὐατέριον. Alius: Οὐιδέριον. Quod an reponi debeat, diſpiciant Criticorum filii. Viri docti cenſent, Plutarchum ad ea reſpexiſſe, quæ Val. Maximus v. 1. ext. 6. de Marcelli funere retulit. Sed ea pauciora ſunt, quam ut à Plutarcho heic laudata videri poſſint: niſi dicas ſolum epitomen librorum Valerii, non ipſum opus, ut ab eo eſt editum, hodie ſupereſſe; in quam ſententiam Voſſium propendiſſe video 1. de Hiſt. Lat. 24. Cæterum, ut hoc obiter addam, non eſt, cur apud Valerium pro *corona laurea* reponamus *auream*, ut Schottus voluit. Nam ille de corona cadaveri impoſita, cum eoque combuſta; Plutarchus de ea, quæ reliquiis ſuperimpoſita eſt, loquitur. *Idem.*

2 Τῶν σὺν Ἀννίβᾳ.] Nota, non ipſum Hannibalem, ſed *qui cum eo fuerunt*, hoc eſt, duces ejus, dici victos. Non igitur his adverſantur, quæ Nepos in vita

Annibalem Marcellus, ut Polybius narrat, ne ſemel quidem vicit, ſed invictus hic vir fuiſſe videtur uſque ad Scipionem. Nos autem Livio & Cæſari & Nepoti & ex Græcis ſcriptoribus regi Jubæ credimus, aliquoties Hannibalem à Marcello victum & in fugam verſum eſſe. *In Marcell.*

Cornelius Nepos, qui Divi Auguſti principatu obiit, cum ſcriberet [1] turdos paulo ante cœptos ſaginari, addidit [2] ciconias magis placere quam grues: cum nunc hæc ales inter primas expetatur, illam vero nemo velit tetigiſſe. *Plin. lib.* X. *cap.* 33.

[3] Præcipuam olim auctoritatem fuiſſe lupo & aſellis, Cornelius Nepos & [4] Laberius Poëta mimorum tradidere. *Lib.* IX. *cap.* 17.

Magnitudo [5] loto arbori, quæ piro: quanquam Nepos Cornel. brevem tradat: vinum quoque exprimitur huic ſimile mulſo, quod ultra denos dies negat durare [6] idem Nepos. *Lib.* XIII. *cap.* 17.

Scan-

in vita Hanibalis cap. 5. & 6. retulit. *Idem.*

1 *Turdos paullo ante cœptos ſaginari.*] In Turdario. Martialis lib. XIII.

Inter aves turdus, mecum ſi judice certes,
Inter quadrupedes mattya prima lepus.

Unde in M. Druſo Vir. Illuſt. locum recte, ni fallor, emendavimus: *Philippo Conſuli, legibus agrariis reſiſtenti, ita collum in comitio obtorſit, ut multus ſanguis efflueret è naribus: quæ ille luxuria comprobans, morti jam detrudi ſe dicebat.* Nos de vet. libro ὑσόχως: *quem ille luxuriam opprobrans, muriam de turdis eſſe dicebat.* Qua de re plura lib. I. Obſerv. per Saturam. *Schott.*

2 *Ciconias magis placere quam grues.*] Elegans carmen exſtat in Petronii Arbitri Satyrico, de Ciconia:

Ciconia etiam grata, peregrina, hoſpita;
Pietati cultrix, gracilipes, crotaliſtria,
Avis exul hiemis, titulus tepidi temporis,
Nequitiæ nidum in cacabo fecit meo.

Quem tamen aliter legit, explicatque Had. Junius lib. VI. Animad. cap. 15. *Schott.*

3 *Præcipuam olim.*] Apud Plinium eſt, *Poſt præcipuam auctoritatem, &c.* Dixerat autem paullo ante, *apud antiquos piſcium nobiliſſimum habituna acipenſerem.* Boſius.

4 *Laberius Poëta mimorum.*] De quo Macrobius lib. II. cap. 7. & Seneca noſter Rhetor. Controverſ. XVIII. de parricidii accuſato. *Schott.*

5 *Loto arbori.*] Ἀπὸ κοινοῦ repetitum eſt. Mox in Msc. Chiflet. *brevem tradit.* Pro *huic* edit. Dalech. *illi*, alii *ille*, non male. Statim nonnulli: *ultra duos dies.* Boſius. Unde lotophagi, de quibus Homerus Odyſſ. IX. & Scholiaſtes, & de herba Theophraſtus lib. IV. de Plantis cap. 9. Dioſcorides lib. I. & Plinius lib. XIII. *Schott.*

6 *Idem Nepos.*] Addenda erant, quæ Plinius ſubjicit: *baccaſque contuſas* (Msc. Chiflet. *conciſas*) *cum alica ad cibos dolio condi.* Boſius.

[1] Scandula contectam fuiſſe Romam uſque ad bellum Pyrrhi annis quadringentis LXX. Cornelius Nepos auctor eſt. *Lib.* XVI. *cap.* 10.

Cornelius Nepos tradit ante Sullæ Victoriam duo tantum triclinia Romæ fuiſſe argentea. *Lib.* XXXIII. *cap.* 11.

Primus invenit [2] lineas colorare, teſta ut ferunt trita, Cleophantus Corinthius. Hunc, aut eodem nomine alium fuiſſe tradit Cornelius Nepos, ſecutum in Italiam Demaratum Tarquinii Priſci Romani regis patrem fugientem à Corintho injurias Cypſeli Tyranni. *Lib.* XXXV. *cap.* 3.

Primum Romæ parietes cruſta marmoris operuiſſe totius domus ſuæ in Cælio Monte Cornel. Nepos tradidit Mamurram, Formiis natum, equitem Romanum, præfectum fabrorum C. Cæſaris in Gallia: [3] adjecit eum primum totis ædibus nullam, niſi è marmore, columnam habuiſſe, omnes ſolidas è Caryſtio, aut Lunenſi. *Lib.* XXXVI. *cap.* 7.

Ædes

1 *Scandula contectam fuiſſe Romam.*] Ms. *Scindulam non conſpectam fuiſſe Romæ.* Idem. *Scandula*, quaſi *ſcindula*, aſſulæ, non ſerra ſed bipennibus productæ: niſi potius à *ſcandendo*. Hinc *ſcandulare tectum* Apulejo lib. III. Fab. Mileſ. & JCtis *ſcandularii* l. quibuſdam D. de jure immunit. Vegetius lib. II. de re militari, cap. 23. *Tempore hiemis de tegulis, vel ſcandulis: quæ ſi deeſſent, certe de cannis, ulva, vel culmo porticus tegeretur.* Scandulæ autem è robore aptiſſimæ. Vitruvius libro II. cap. 1. *Montium accolæ cruſtis marmoreis tecta contegunt; alii plumbi laminis. Septentrionales noſtri harundine domus ſuas operiunt, durantque ævis tecta alta.* Idem Plinius lib. XVI. cap. 36. Penes Germanos tegularum uſum non fuiſſe; ſed materiæ informi domum tegere ſolitos, auctor eſt Tacitus. Culmis etiam tecta concinnarunt, unde *culmina*. Seneca ad Lucilium: *Culmis libros texit, ſub marmore atque auro ſervitus habitat.* Schort. Vide etiam Stewechium in commentar. ad Vegetium.

2 *Lineas.*] Plinius: *eas.* Loquitur autem de lineis. Continentia verba paullo aliter apud eundem leguntur: *Hunc aut eodem nomine alium fuiſſe, quem tradit Corn. Nepos ſecutum in Italiam Demaratum, &c. fug. à Cor. injur. Cypſeli tyranni, mox docebimus.* E quibus apparet, Nepotem ſolum dixiſſe, Cleophantum quendam Corinthium ſecutum in Italiam Demaratum, &c. cetera Plinii ſunt. Quare vel totus locus recenſendus erat, vel illa: *aut eodem nomine alium fuiſſe*, omittenda. *Boſius.*

3 *Adjecit.*] Plenius Edit. Dalech. *adjecit idem Nepos.* Sed poſtrema duo vocabula Scaliger caſtigat. in Catull. pag. 32. gloſſema putat. Quam conjecturam firmat Msc. Cod. qui legebat: *addiditque, eum primum, &c.* Cæterum apud Plinium quædam interjacent, quæ Schottus omiſit. Etiam illud, *aut Lunenſi* Msc. aberat, & pro *è Caryſtio* legebatur *à Caryſto.* Boſ. Schott.

[1] Ædes Martis eſt in Circo Flaminio [2] architectata ab Hermodoro Salaminio. *Priſcian. lib.* VIII.

[3] Non amplius ter bibere Auguſtus ſolitus, ſuper cœnam in caſtris apud Mutinam. *Sueton. Auguſt. cap.* LXXVII.

[4] In extrema Britanniæ parte Memma, quam [5] Cornel. etiam Annalium ſcriptor narrat metallis plurimis copioſam, herbis frequentem, & his feraciorem omnibus, quia pecora magis, quam homines alat. Labi vero per eam multa quam maxima relabique flumina gemmas margaritaſque volventia. *Jordanus ſive Gornandes de rebus Gothicis.*

1 *Ædes Martis.*] Edit. Purſch. *ædis*, ἀρχαϊκῶς. *Boſius.*

2 *Architectata.*] Sic & *machinata.* πανσηπικῶς. Salluſtius Hiſt. lib. II. *At Lucullum regis cura machinata fames brevi fatigabat.* Sed de his ſupra ad Epiſt. dicere memini. Architecti vero Hermodori ſic meminit Vitruvius libro III. cap. I. Architect. *Quemadmodum eſt in porticu Metelli Jovis Statoris Hermodori.* ut emendat Turnebus lib. XI. Adverſ. cap. II. Meminit & M. Tullius lib. I. de Orat. *Schott.*

3 *Non amplius.*] Verba Suetonii: *Non amplius eum ter bibere ſolitum ſuper cœnam in caſtris Mut. Cornelius Nepos tradit.* Boſius. Similis Vopiſci de Tacito Imp. locus: *Fuit vita parciſſimus, ita ut ſextarium vini tota die nunquam potaverit.* Euſtathius de Iſmeniæ ac Iſmenes amoribus, libro IV. Καὶ μετὰ τρίτιλω πόσιν καὶ τετάρτιλω καὶ πολυτελεῖς τὰς τρυφὰς λύσατο τὸ συμπόσιον. *Keuchenius.*

4 *In extrema Britanniæ parte.*] Sæpe multumque dubitavi, utri Cornelio, Nepoti ne, an Tacito, cujus hodieque Annales, licet mutili, in manibus doctorum hominum verſantur, hæc darem: ſed dum inſulam, oras Britanniæ legendo, ſæpe etiam in altum evectus, diligenter inveſtigo, *Monam* quidem XIV. Annal. & in Agricolæ vita reperi; *Memmæ* vero, vel ut alii libri, *Miniæ*, nec vola nec veſtigium. Xiphilinus vero ex Dione, Britannorum, inquit, duo ſunt genera, Caledonii & Mæatæ. Quæ vox Μαιάται à *Mona* longius recedit. Quare in eam veni ſententiam, ut noſtro adſcribendum cenſerem; dum alteruter è tenebris integer appareat: & *Chronica* Nepos, ut dixi, conſcripſit; quos libros fortaſſe Gothus ille Jornandes, ſive is Jordanus eſt, *Annales* vocavit; ſecutus, ut ſuſpicor, aliquot Gothicarum rerum Scriptores, quorum præter nomen inane, nihil ad nos pervenit: quemadmodum libro priore Epitomam illam L. Annæi Senecæ, quæ vulgo L. Floro attribuitur, exſcripſiſſe obſervavi. *Schott.*

5 *Cornel. etiam Annalium ſcriptor.*] Aſſentior Schotto & Lindebrogio, Corn. Tacitum ſignificari. Nam ex eo magnam partem, hanc narrationem hauſtam eſſe, vel illa fidem faciunt, quæ Jornandes ſubjicit: *Silurum colorati vultus, torti plerique crine & nigro naſcuntur. Caledoniam vero incolentibus, rutilæ comæ, corpora magna, &c.* Quæ, & alia Jornandi dicta, pæne totidem verbis in Agricola Taciti leguntur. Vide eum capite 10. & ſequentibus. Perperam igitur inter Fragmenta Nepotis relata ſunt. *Boſ.*

EPISTO-

EPISTOLA CORNELIÆ, MATRIS GRACCHORUM.

[1] DIcis pulchrum esse inimicos ulciſci. Id neque majus, neque pulchrius cuiquam, atque [3] esse mihi videtur; ſed ſi liceat Repub. ſalva[4] ea perſequi. Sed quatenus id fieri non poteſt, multo tempore, multiſque partibus inimici noſtri non peribunt, neque [5] uti nunc ſunt, erunt potius, quam Reſpub. profligetur atque pereat.

Eadem alio loco.

[6] Verbis conceptis dejerare auſim, [7] præterquam qui [8] Tiberium Gracchum necarunt, neminem inimicum tantum

1 EPISTOLA CORNELIAE.] Unde hoc fragmentum ſit, oſtendit Schottus in epiſt. ad Lectorem, Notis ſuis in Fragmenta Nepotis ſubnexa. *Nunc*, inquit, *Corneliæ matris Gracchorum (cui eloquentiam, teſte Cicerone & Fabio acceptam referebant) epiſtolæ fragmentum adjiciam: quod legitimum ne ſit, aut à declamatore aliquo, ut ſolet, conformatum; nunc non diſputo. Parva ſane papyri jactura, repertum in vet. libro Abbatiæ Faſulanæ, mihique ab Anton. Auguſtino Archiepiſcopo Tarracon. V. C. perhumaniter oblatum, poſt idem à Cl. Viro Jacobo Bongarſio deſcriptum è Britannico exemplari è Germania dono miſſum, Cornelianis addendum putavi.* Hæc Schottus: qui, ut vides, addubitare videtur, an legitimum ſit. Ego vix dubitem eſſe: tam eleganter ἀφελῶς. Qua in re conſentientes habeo eruditiſſimos Viros, Jan. Rutgerſium v. Var. lect. 10. (ubi hanc epiſtolam aliquot locis emendat) & Aug. Buchnerum. *Boſius.*

2 *Dicis.*] Sic Msc. meus, Gifanii *dices*. Pet. *lices*, immendate. *Savaro.*

3 *Eſſe videtur.*] Steph. Pighius *eſſe* omittit. *Gebhard.*

4 *Ea perſequi.*] Pro *ea* idem mavult *eos*. Gebh. Inimicos ſcilicet. *Boſ.*

5 *Uti nunc ſunt, erunt.*] Sic Msc. meus & Gifanii. Msc. Pet. *non*. Savaro.

6 *Verbis conceptis dejerare auſim.*] *Dejerare* correpte; id eſt, Deos jurare auſim. Explicat Donatus ad Terentii Hecyr. v. 2. Apulejus lib. 1. Mileſiar. *Quam ſanctiſſime dejerantes.* Quid porro ſit, *verbis conceptis jurare*, vel *dejerare*; doctiſſime notat Turnebus lib. III. cap. 10. Adv. Eratque hoc religioſum jurisjurandi genus. *Keuchen.*

7 *Præterquam qui.*] Sic Mss. Gifanii & Pet. In meo *qui* deſideratur. *Idem.*

8 *Tiberium Gracchum necarunt.*] Cicero in Catilinam: *Tiberius Gracchus, quod iterum Tribunus pl. fieri vellet, occiſus.* Vide Livii Epitom. LIIX. Plutarch. in vita, Appian. 1. Cicer. de Leg. III. Pro Sextio, Pro Milone, De Aruſp. reſp. & in Bruto. Vellejum II. Flor. Eutrop.

tum moleſtiæ, tantumque laborîs, [1] quantum te, ob has res mihi tradidiſſe: quem oportebat omnium eorum, [2] quos antehac habui liberos, [3] partes eorum tolerare: atque curare, ut quam minimum ſollicitudinis in ſenecta haberem: utique quæcunque ageres, ea velles maxime mihi placere: atque uti nefas haberes rerum majorum [4] adverſum meam ſententiam quicquam facere; præſertim mihi, [5] cui parva pars vitæ ſupereſt. Ne id quidem tam breve ſpatium poteſt optulari, quin & mihi adverſeris & Remp. profliges. Denique [6] quæ pauſa erit? & quando deſinet familia noſtra inſanire? [7] & quando modus ei rei haberi poterit? & quando deſinemus [8] & habentes & præſentes, moleſtiis deſiſtere? & quando [9] perpudeſcet miſcenda atque perturbanda Republica? Sed ſi omnino id fieri non poteſt; ubi ego mortua ero, petito Tribunatum; poſt me [10] facito, quod lubebit, cum ego non ſentiam. [11] Ubi mortua ero, parentabis

Eutrop. Val. Maxim. & Script. de Viris Illuſtribus.

1 *Quantum te.*] Pighius mavult, *tu.* Gebhard.

2 *Quos antehac habui liberos.*] Sic Msc. meus & Gifanii. *Quos ante habuerim*, legit Msc. Pet. *Savaro.* Rutgerſius ſecundum priorem edidit, ſed & omittit *liberos*, hoc quidem nulla neceſſitate. *Boſius.*

3 *Partes eorum.*] In aliis *partis*, quod idem Rutgerſius pro *partes* accipit, ἀρχαικῶς. Sic antea *ædis* pro *ædes.* Lege Priſcianum lib. VII. *Keuchenius.* Sic Mss. omnes *partis : eorum* deeſt in meo. *Savaro.*

4 *Adverſum meam ſententiam.*] Sic Mss. Gifan. & Pet. Meus *adverſes.* Savaro. Forſan *adverſus.* Sed *facere* ſtatim pro *faceres* in Pariſina. *Keuchen.*

5 *Cui parva pars vitæ ſupereſt.*] Aliter Schottus interpungit: *cui parva pars vitæ ſupereſt. Ne id quidem, &c.* Rutgerſius mallet interrogative legi; *quin & mihi adverſeris & rempubl. profliges.* Boſ. *Parva pars vitæ*, eadem ἰμφάσει, qua *pars diei melior* dicitur. Et explicat ſeſe ſtatim, per *breve ſpatium.*

6 *Quæ cauſa erit?*] Pighius putabat verbum *reſiſtere*, aut ſimile quid deeſſe. non opus. Alii: *quæ cauſa erit?* corrupte ut opinor. *Boſ. Gebhard.*

7 *Et quando.*] Forte *ecquando.* Gebh. Gifan. Boecler. Quod idem eſt, ac *num quando*: Vel, *an aliquando.* Græci ἤ ποτε, dicunt.

8 *Et habentes & præſentes.*] Sic Msc. meus & Gifan. Msc. Pet. *& abſentes & præſentes.* Savaro. Rutgerſius legit: *& habentes & præbentes moleſtiis, deſipere?* Quod fateor me non capere. *Boſius.*

9 *Perpudeſcet miſcenda.*] Rutgerſius ſcribendum ait, *perturbanda reſp.* Sed nihil mutandum. *Perpudeſcet miſcenda rep.* dictum, ut *pudet dicto* apud Tacit. Agric. 32. 3. & ſimilia alia. *Boſ.*

10 *Facito quod lubebit.*] Sic Msc. meus. Gifan. Msc. *per me facito quod lubebit.* Savaro. Sed illud *poſt me* omiſit Rutgerſius, incertum an ſtudio. *Boſius.*

11 *Ubi mortua ero.*] Sic hactenus retentum, tametſi in vulgato quodam immiſerint:

tabis mihi [1] & invocabis Deum parentem. In eo tempore [2] non pudet te [3] eorum Deûm preces expetere, quos vivos atque præsentes, relictos atque desertos habueris? [4] Ne ille [5] sinat Jupiter, [6] te ea perseverare, nec tibi tantam dementiam venire in animum; & si perseveras, vereor in omnem vitam tantum laboris [7] culpa tua recipias, uti in nullo tempore [8] tute tibi placere possis.

miserint: *ubi enim mortua ero.* Græco more: ὅτε γάρ. Cæcina epist. ad Ciceronem: *Ubi hoc omnium patronus facis.* Keuchen. *Ubi mortua ero.*] Pighius, *ubi non ero.*

1 *Et invocabis Deum parentem.*] Rutgersius edidit: *& invoc. Deum parentem in eo tempore. ne pudeto, &c.* Sed ait hæc parum sana sibi videri. Igitur conjicit legendum: *invocabis Deûm parentem numen. Eo tempore, &c.* Bos. Scriptum fuit: *& invocabis D. M. parentis*, id est, Deos Manes parentis. Scribe igitur ac distingue: *& invocabis Deos Manes parentis. Eo tempore ne pudeat eorum Deûm preces expetere.* Eorum Deûm, id est, Deorum Manium. Ovidius:

Perque tuos Manes, qui mihi numen erunt. Salmas.

2 *Non pudet.*] Pigh. *pudebit.* Ms. Savaronis: *ne pudet.* Unde Rutgers. *ne pudeto.* Bosius. Salmas. modo, *ne pudeat.*

3 *Eorum Deûm pacem expetere.*] Ita enim scribendum est. Vulgo inepte, *preces.* Non bene conjicit Rutgersius, *pudeto.* Interrogatio est apertior, si scriptum esset, *in eone tempore.* Sed illud elegantius, & sapit antiquitatem. Plautus Trinum. *Utrum is itaque esse maevelit.* Cicero lib. 11. de Leg. *Deorum Manium jura sancta sunto, hos leto datos Dios habento.* Gronovius.

4 *Ne ille sinat Jupiter.*] Amplificative magis quam δεισιδαιμόνως *ille*, videlicet per scriptam epistolam. Plautus Curcul. *Nec me ille sirit Jupiter.* Veteres enim cum Jovis nomine pronomen *ille* sæpe jungebant, aut ad demonstrationem aut amplificationem. *Keuchen.*

5 *Sinat.*] Piglius, *siverit*, vel *sirit.* Gebhard. Bosius.

6 *Te ea perseverare.*] Rutgers. *eo.*

7 *Culpa tua recipias.*] Vulgati, *tu.*

8 *Tute tibi placere possis.*] Rutgersius, *placare.* Horatius 1. Ep. 11. *quid te tibi reddat amicum.* Bosius.

CHRO-

CHRONOLOGIA IMPP. GRÆCIÆ APUD CORNELIUM NEPOTEM,

Per OLYMPIADAS.

Ex Herodoto, Thucydide, Xenophonte ac potiſſimum Diodoro.

OLYMPIAS LXXII. annus putatur U. C. 261. Mundi 3480.

Ann. 1.

2.

3. Miltiades Cimonis Filius Athenienſium Dux Darium vicit, una cum Ariſtide cognomento Juſto. — Pugna Marathonia Darius Perſarum rex profligatur. Herodotus, Thucyd. Dionyſ. Gell. & Nepos in Miltiad.

4.

OLYMP. LXXIII.

1.

2.

3. — Xerxes Dario Hyſtaſpis F. mortuo ſuccedit.

4.

OLYMP. LXXIV.

1.

2. Ariſtides Oſtraciſmo urbe pellitur ab ingratis civibus. Diod. l. XI. Plut. & Nepos.

3.

4. Themiſtocles oraculum interpretatur de muris ligneis.

OLYMP. LXXV.

1. — Bellum Perſicum Xerxis in Græciam. Athenæ incenſæ.

Ariſtides ante tempus ab exilio revocatur. Plut. — Pugna ad Thermopylas duce Leonida, qua 300. Spartani cæſi.

Pugna Athe[illegible]um ac Perſarum infelix.

2. Ariſtides Athenienſ. & Pauſanias Lacedæmon. cum Mardonio pugnant. — Xerxes ad Salaminem victus fugatuſque. Plutarch. Herod. Diod. alii.

Pugna ad Platæas duce Perſarum Mardonio occiſo, & altera eodem die ad Mycalem.

3. Athenienſes conſilio Themiſtoclis muros reſtaurant repugnantibus Spartanis. Diodorus lib. XI.

4. Ejuſ-

4. Ejuſdem ſuaſu Piræei portus Athenis abſolvitur, Diod. ibid.
Pauſaniæ Lacedæmoniorum ducis proditio detecta. Necatur fame in templo Minervæ. Plutarch. Nepos.
Ariſtidis æquitate Græcor. Imp. ad Athenienſes defertur & ſocietatem ineunt.
Ejuſdem opera ærarium Græciæ in Delo conſtituitur.

OLYMP. LXXVI.

1.
2. Lacedæmonii maris imperium affectant. Diodor.
3.
4.

OLYMP. LXXVII.

1.
2. Themiſtocles Oſtraciſmo pulſus ad Xerxem fugit & exul moritur.
3. Cimon Athenienſium dux vincit Perſas prælio navali ac terreſtri eodem die. Bellum in Perſas I. ad Eurymedontem fluv. Diodorus & Polyænus.
4.

OLYMP. LXXVIII.

1.
2.
3.
4. Xerxes Perſarum Rex ab Artabano trucidatur. Succedit Artaxerxes. Diodorus lib. XI. Cteſias. Nepos de Regibus.

OLYMP. LXXIX.

1. Thaſii ab Athenienſibus deficiunt, à Cimone victi. Thucydid. Nepos.
2. Bellum in Perſas II.
3.
4.

OLYMP. LXXX.

1. Bellum Corinthium excitatum à Megarenſibus.
2.
3.
4.

OLYMP. LXXXI.

1.
2.
3. Athenienſium cum Lacedæmoniis per Cimo-

	Cimonem fœdus quinquennale. Diodor. lib. XI.
4.	

OLYMP. LXXXII.	
1.	
2.	
3. Cimon Perſas in Cypro vincit & maris imperium iis vindicat. Diod. Plutarch. Thucyd. lib. 1. & Nepos.	Bellum in Perſas III. ab Athenienſibus motum.
4. Cimon in Cypro moritur. Auctores iidem.	Perſæ à Cimone Athenienſ. duce victi pacem cum Athenienſibus componunt.

OLYMP. LXXXIII.	
1.	Bellum Lacedæmonium III. geſtum à Lacedæmoniis cum Megarenſibus, Diod. lib. XII.
2.	Athenienſes ad Coroneam victi à Bœotis. Diod.
3.	Bellum Euboicum duce Pericle cum Euboenſibus geſtum. Diodorus libro XIII.
4.	

OLYMP. LXXXIV.	
1.	
2.	
3.	
4.	Bellum Samium quo Samii in poteſtatem Athenienſium veniunt Pericle duce. Diod. lib. XII.

OLYMP. LXXXV.	
1.	Bellum Byzantium quo Byzantii ſubacti. Diod. lib. XIII.
2.	Bellum Corinthium & Corcyræum. Diodor.
3.	
4.	Corinthiorum & Corcyræorum ad bellum apparatus. Diod.

OLYMP. LXXXVI.	
1.	Corcyræi vincunt Corinthios auxilio Athenienſium. Diod.
2.	
3.	
4.	

OLYMP. LXXXVII.	
1.	
2.	Bellum Peloponneſiacum incipit. Diodor. lib. XIII.

3.
4.

OLYMP. LXXXVIII.

1.
2. Athenienſes duce Chabria & Lachete proſpere ad Syracuſas pugnant. Diodor.
3.
4. Artaxerxi Reg. Perſarum mortuo ſuccedit Xerxes. Diod.

OLYMP. LXXXIX.

1. Xerxes Perſarum rex moritur.
2.
3.
4.

OLYMP. XC.

1.
2.
3.
4. Alcibiades inſtaurat Rempubl. Argivorum. Diod.

OLYMP. XCI.

1. Alcibiades, Nicias ac Lamachus duces Athen. ad bellum cum Syracuſanis gerendum miſſi. Diodor. libro XIII.
2. Alcibiadis, quod contra Remp. conjuraſſet, poſtulatio. Diod. Nepos, alii. Pugna Ducum Athenienſium cum Syracuſanis. Diod. lib. XIII.
3.
4. Bellum Decelicum.
Decelia munitur à Spartanis Alcibiadis juſſu contra Athenienſes.

OLYMP. XCII.

1. Alcibiades exul, agit cum Athenienſibus, ut reſtituatur in patriam. Diod. lib. XIII.
2. Alcibiades ab Athenienſibus revocatur. Idem Diod. Athenienſes duce Thraſyllo & Thraſybulo navali prælio Lacedæmonios ducemque Mindarum vincunt.
3. Conon ſedat Corcyræ ſeditionem. Diod. Athenienſes iiſdem ducibus Lacedæmon. vincunt navali prælio ad Cyzicum, duce eorum Mindaro occiſo. Diod. ibid.
4. Alcibiades & Thraſybulus in Thracia proſpere pugnant. Diod. ibid.

OLYMP. XCIII.

1. Alcibiades Athenas reverſus ſit ſummus Imp. & brevi exulat: Diod. ibid.
2.
3.
4. Conon ad Euagoram Cypri Regem fugit. Diod.

Athenienſium ad Andrum cum Lacedæmoniis pugna ducibus Alcibiade, Adimanto & Thraſybulo. Diod.
Athenienſes Conone duce male pugnant cum Callicratide ad Methymnam & altera pugna ad Mitylenem. Diod. lib. XIII.
Athenienſes à Lacedæmoniis ad Ægos Potamos à Lyſandro debellati. Diodor. lib. XI. Nepos in Cononе.

OLYMP. XCIV.

1. Alcibiades opprimitur. Diodor. Plutarch. Nepos.
2.
3.
4.

Thraſybulus devictis tyrannis Athenienſibus libertatem reſtituit. Diod.

OLYMP. XCV.

1.
2. Conon Athenienſ. exul Perſicæ claſſi præfectus adverſus Lacedæmonios. Diod. lib. XIV.
3.
4.

OLYMP. XCVI.

1. Ageſilai cum Perſis in Aſia bellum. Diodor.
Lyſander dux Lacedæmon. ad Haliartum interfectus. Diod.
2. Conon vincit Periarchum Lacedæmon. claſſis præfectum ad Cnidum. Diod.
3. Conon muros Athenienſ. ope Thebanorum reſtituit.
Iphicrates ad Lechæum cum Ageſilao pugnat. Diod.
4. Iphicrates ad Corinthum feliciter pugnat. Diodorus & Nepos.
Deponit imperium & Chabrias ſuccedit.

Bellum Sociale Lacedæmonium.
Lacedæmonii à Conone victi poſt ad Coroneam duce Ageſilao proſpere pugnant. Diod.
Belli Corinthiaci initium. Diod.

OLYMP. XCVII.

1. Thraſybulus cum claſſe miſſus in Thraciam & Lesbum. Diodorus.
2. Ageſilaus Rex Lacedæmonior. agrum Corinthium populatur.

3. Thraſybulus ab Aſpendiis necatus. Diodor.
4.

OLYMP. XCVIII.

1.
2.
3.
4.

OLYMP. XCIX.

1. Lacedæmonii arcem Thebarum Cadmeam occupant. Diodorus, Ariſtid. Polyb.
2.
3. Bellum Laconicum Bœoticum. Diod. lib. xv. Ariſt. Iſocr. in Panegyrico.
4.

OLYMP. C.

1.
2. Thebani exules ope Athenienſ. Cadmeam recipiunt. Diod. Xenoph. alii.
3. Bellum Lacedæmon. I.
4. Ageſilai in Bœotiam expeditio.
Chabriæ victoria de Spartanis.
Iphicrates ab Athenienſ. auxilio regi Perſarum Artaxerxi mittitur.

OLYMP. CI.

1. Timotheus Lacedæmonios ad Leucadem ſuperat. Diod. l. xv. Xenoph. lib. v.
Chabriæ interfecto ſuccedit Iphicrates. Diod. ibid.
2.
3. Timotheus Corcyræis contra Lacedæmon. ſubſidio mittitur. Bellum Lacedæmonium II. inter Athenienſes & Lacedæmonios. Diod. & Xenoph.
Item Iphicrates. Diodor. Xenoph. Nepos. Frontinus.
Iphicrates Exercitui Conductitio præfectus adverſus Ægyptios proficiſcitur. Diodor. & aliter paulo Nepos. Pharnabazus cum Iphicrate adverſus Ægyptios profectus.
4.

OLYMP. CII.

1.
2. Epaminondas Spartanos ad Leuctra profligat. Bœoticum Bellum.
Pugna Leuctrica Spartan. cum Thebanis. Diod. & alii.
3.
4. Epaminondas Laconiam invadit, Spartam capit, Meſſenem reſtituit, Bellum Laconicum Arcadic. Lacedæmoniorum cum Arcadibus.

Diod.

Diod. & alii.

Iphicrates Lacedæmoniis adverſus Arcadas auxilio mittitur.

Pelopidas & Epaminondas Arcadibus auxilio à Thebanis mittuntur. Diod. Plutarch. in Pelopid. Juſtin. lib. VII. Nepos in Pelopida. alii.

Bœoti Duce Epaminonda in Peloponneſum ingreſſi & à Chabria Athenienſ. duce repulſi. Diod. Xenoph.

OLYMP. CIII.

1. Pelopidas ab Alexandro Pheræo in vincula conjicitur. Diodor. Plutarch. Nepos. Pauſanias in Bœot.

Thebanorum cum Arcadibus Bellum. Dionyſius Syracuſarum Tyrannus moritur. Probus de Regibus. Euſebius in Chronico. alii.

2. Pelopidas liberatur.

3.

4. Bellum Arcadum & Eleorum. Diodorus lib. XV. Xenoph. Juſtin. Frontin.

OLYMP. CIV.

1. Pelopidas prælio adverſus Alexandrum Pheræum cadit. Plut. Nepos. Diodor.

Thebani Epaminonda perorante de maritimo imperio comparando cogitant.

Timotheus in Thraciam profectus, Potidæam, & Toronem occupat. Diod. lib. XV.

Cum Olynthiis bellum gerit. Nepos in vita Demoſthen. Olynth.

2. Epaminondas Spartam iterum tentat. Lacedæmonios ad Mantineam vincit, ibidemque interficitur. Diod. & alii paſſim.

Pugna Mantinenſis duce Epaminonda.

3. Ageſilaus & Chabrias à Rege Perſarum deficiunt.

Artaxerxi Regi Perſarum mortuo ſuccedit Artaxerxes Ochus.

Ageſilai interitus. Xenoph. Plut. Diod. Nepos in Ageſilao.

4.

OLYMP. CV.

1.

2.

3. Chabrias & Chares adverſus Athenienſium ſocios Chios, Rhodios, Coos & Byzantios miſſus in prælio occubuit. Diod. lib. XVI. & Nepos in Chabria.

Bellum ſociale Athenienſium.

Dionis fuga & præparatio ad bellum cum Dionyſio. Diod. ibid. Ælian. lib. XII. Variar. Hiſtor. cap. 44. in vita.

4. Dionis felix cum Dionyſio bellum. Diod. Nepos in vita.

Alexandri Pheræi interitus. Diod. Plutarch. & alii.

OLYMP. CVI.

1. Iphicrates & Timotheus ab Athenienſibus multantur.

Athenienſes cum Sociis acriter pugnant, ducibus Charete, Iphicrate & Timotheo. Diodor. Nepos in Timoth.

Dion Syracuſas in libertatem vindicat. Diod. lib. XVI.

2. Dion moritur annos natus circiter LV. Euſeb. in Chron. ubi vitioſe Dionyſius pro Dion legebatur.

3.

4. Chares Seſtum capit. Diod.

Philippus oculum in expugnatione Methones amiſit. v. Vitas comparatas.

OLYMP. CVII.

1.

2. Phocion Athen. Perſarum dux eſt contra Cyprios. Diod. l. XVI.

3.

4.

OLYMP. CVIII.

1.

2. Iphicrates Athen. dux Dionyſii Siculi naves auro doniſque Apollini Delphico conſecrandis onuſtas intercipit. Diod.

3.

4. Timoleontis in Siciliam expeditio.

Hicetas Princeps Syracuſarum à Timoleonte ſuperatus.

Syracuſas in libertatem reſtituere conatur. Diod. Nepos. Plut.

OLYMP. CIX.

1. Timoleon pulſis Pœnis Syracuſis potitur.

2. Remp. Syracuſ. inſtaurat.

3. Contra Siculos rem feliciter gerit. Diod. Nepos in Timol.

4. Phocion Athen. dux Clitarchum Tyrannum Eretriæ à Philippo conſtitutum profligat. Diodor. l. XVI.

OLYMP. CX.

1. Timoleon Carthaginienſium exercitum ad Crimeſum ſuperat.

Plut. Nepos in vita Diod. Polyæn. l. VI.

2. Timoleon Carthaginenſibus pacem petentibus concedit. Diod.

3.

Pugna ad Chæroneam qua Philippus Athenienſes vicit. Diod. Dionyſ. ad Amnæum Pauſan. in Attic. alii.

4. Timoleon moritur. Nepos. Plutarch.

OLYMP.

OLYMP. CXI.

1. Philippus Rex à Pauſaniæ ſatellite occiditur. Diod. l. XVI. Arrian. & alii.
2.
3. Alexander M. Philippo Patri ſuccedit.
4.

OLYMP. CXII.

1.
2.
3.
4.

OLYMP. CXIII.

1.
2.
3. Hephæſtionis mors. Nepos in Eumene. Ælian. l. XII. c. VII. & alii.
4.

OLYMP. CXIV.

1. Alexander Babylone moritur vel veneno vel intemperantia.
2. Antipater & Craterus Ætolium oppugnant.
3.
4.

OLYMP. CXV.

1.
2. Eumenes fit regum tutor. Phocion ad Antipatrum proficiſci recuſat.
3. Argyraſpidum phalanx Eumeni adjuncta fruſtra ab Antigono & Ptolemæo ſollicitatur.
4. Eumenes adverſus Antigonum bellum gerit, & Sattapæ Orientis ſe conjungunt.

OLYMP. CXVI.

1. Eumenis cum Antigono anceps prælium.
Ab Antigono capitur & occiditur. Diod. Nepos.
2.
3.
4.

INDEX

RERUM AC VERBORUM MAXIME MEMORABILIUM,

Quæ in Contextu CORNELII NEPOTIS, *& Commentariis occurrunt.*

Numerus adjectus Paginam denotat, Literæ ſequentes Paginarum columnas: Ubi deſunt, textus innuitur.

A.

A Condiſcipulatu. 370
A fundamentis dejicere, funditus. 297
Ab adoleſcentia. 358. 360
Ab anno proſpicere. 348
Ab interitu retrahere. 236
Ab origine ultima ſtirpis Romanæ. 362. a,b.
Abalienare aliquem ſuis rebus. 254.b. *abalienare*, hoſtem facere. 315
Abalienata oppida. 316
Abdere ſe penitus in Thraciam, velut in ſinum ſecuritatis, de eo qui ſuam fortunam occulere ſtudet. 127
Ἀζηλησία. 265.b
Abeſſe à cupiditate pecuniæ. 382. *à ſocietate ſceleris.* 294. *ab inſolentia.* 261. *ab invidia*, remotum ab obtrectationibus invidiæ. 188. *ab urbe*, peregre eſſe. 394. *abeſt à perſona Principis*, non decet, non convenit Principi. 221
Abhorrere à conſilio alicujus, pro diſſentire. 21. oppon. *accedere ad conſilium.* 20
Abjectus, fortuna adverſa proſtratus. 375. b
Abjicere aliquid in propatulo. 344
Abripere, intercipere. 207.a
Abrogare abſenti magiſtratum. 123. *alicui imperium.* 234
Abſolvi capitis. 31
Abſtinentia, ſc. animi adverſus pecuniam invicti. 227
Abſtinere ſe cibo, pro abſtinere cibo. 397
Abſtrahi à majore re. 208
Acarnana urbs, mater Themiſtoclis. 36.a
Accedere ad amicitiam alicujus. 267
Accedere alicui animum, id eſt, aliquem fieri animoſiorem. 25
Accelerare ſibi aliquid. 397
Accipere calamitatem. 149. *omnia.* 31.a 169.b
Accipere libenter, audire. 323. *auribus*, de iis quæ fama innoteſcunt. 295
Accredere, pro credere. 206.a
Accreſcunt dolores. 396
Accubare in convivio. 247.a
Accurate ſcribere. 103. *accuratius agere cum aliquo*, majori induſtria rem agere. 129. 130. *accuratiſſime accuſare.* 104
Accuſare aliquem crimine aliquo. 31
Ace, Phœniciæ civitas, *Ptolemaïs poſtea dicta.* 209.a
Acerba mors. 96.a
Acerbitas imperii. 90.b
Achernus. ab Achernute redimere, ab inferis & ſepulcro. 176.a
Achilles Muſica uſus. 3.b
Acies inſtructa. 26.a
Acie contendere. 25.a
Acquieſcere, mori. 349. *à laſſitudine.* 220
Acroama. 385.b
Acta, pro littore. 264.b
Actæ, idem ac *Attica*; hinc *Actæi* Athenienſes. 139.b
Actorem auctoremque in omni procuratione Reip. habere. 366.a
Acutus & callidus ad fraudem. 172.a
Acutus ſententiis, de bono oratore. 412
Adhuc, pro adhuc. 117.a
Addere in edictum res novas. 358
Addubitare aliquid. 157

Adducere in opinionem. 212. *aliquem alicui in ſuſpicionem*, ſuſpectum reddere. 323
Adeſſe alicui in magnis rebus. 160. *conſilio.* 269. *periculis*, in bello. 248
Adhibere in convivium. 7. *adhibere vim.* 82. *modum.* 229. *memoriam contumeliæ*, ea ad ultionem uti. 233. *celeritatem.* 280. *curam in tuenda valetudine.* 396. *fidem*, pro *credere.* 52.a
Adjacere mare. 194
Adimantus. 122
Adipiſci gloriam facto. 181. 186. *victoriam.* 185
Adire ad. 51.a. 53. 323.a
Aditus conveniendi. 78.b
Adjungere ad amicitiam. 118. *amicum ſibi adjungi cupiebat cum.* 128
Adjuvari prudentia, felicitate. 15
Admetus, *Moloſſorum rex.* 55
Adminiſtrare bellum. 185. 274. *legationes.* 160
Adoleſcens, de quadragenario. 374.b. *adoleſcentulus.* 352. 364. *admodum adoleſcentulus.* 312. *peradoleſcentulus.* 267
Adoptare aliquem teſtamento. 369.a,b
Adorior oppugnare. 141. *demergere.* 169. ut alias, aggredior hoc facere, conatum cum effectu notat. *adoriri Dodonam*, de conatu corrumpendi Sacerdotes Dodonæos. 101. *imprudentes.* 281
Adrumetum. 338.b
Adſciſcere civitatem, jus civitatis. 365
Adverſarii; hoſtes. 46
Adverſarius, de eo qui factionem comparat. 171
Adverſarius populus. 198.a
Adverſarius in republica adminiſtranda. 229.b
Adverſum tenere proficiſcentibus, de vento qui proficiſcentibus ſuo flatu eſt contrarius, qui contra ſpirat. 14.b
Adverſus reſiſtere. 243
Ædes Jovis Feretrii. 394
Ædificator, qui ſtudio ædificandi ducitur. 383
Ædilis plebis. 355.a,b
Ægæ, Macedoniæ oppidum. 305.a
Ægates inſulæ. 312
Æger vulneribus. 31
Ægos, flumen. 99.a. 124. Græcis Αἰγὸς ποταμός. *Urbs Helleſponti.* 148.a
Ægyptus unde ſic dicta. 185.b. 186.a
Æmilius (L. Paullus) occiditur. 332. 333
Æqualis alicui vel *alicujus*, σύγχρονος, ὁμήλιξ. 65.a. 389.a
Æquiparare aliquid dignitate. 49.a. *aliquem labore, corporis viribus.* 134.a
Æquitas, ἡ μετριότης. 68.b
Æquus. locus non æquus cui. 27
Ærarium commune. 69.b. *privatum.* 374
Æris alieni cautio in tempore & uſuris. 364
Æſtimare litem. 31.b. 32.a. 86.a,b. 198
Æſtus militaris quæ. 353.b
Affabilis. 106.b
Afferre detrimentum rei familiari. 364
Affici morbo oculorum. 330
Affinitas. in affinitatem alicujus pervenire. 393
Affinis, ſororius, ſororis vir. 294.a
Afflictæ res. 149
Affluens munditia. 385
Afri, gens fabulola. 102.a
Africa, unde ſic dicta. 102.b
Africanæ poſſeſſiones, quas quis poſſidet in Africa. 383
Agamemnonis gloria bellica. 231
Agere lege. 299
Agere vigilias in caſtris. 146. *bellum.* 342
Agere vitam. 389. *Agi. ſi quid agi velint.* ſc. in judicio. 113. *agitur id*, conſilia illuc tendunt. 47. *agitur in eam re exiſtimatio tua*, vertitur. 387.b *Certiorem eum fecit, id agi, ut pons diſſolveretur*, i.e. fore, ut diſſolveretur. 47
AGESILAUS *Lacedæmonius rex factus in Aſiam bellatum proficiſcitur.* 253. *inducias dat Tiſaphyrni.* 254. *& ſervare quamvis perfido.* ibid. *Phrygiam populatur.* 255. *Epheſi milites exercet.* 255. 256. *demum revocatur.* 258. *Athenienſes & Bœotios apud Coroneam vincit.* 259. *victoriam clementer exercet.* 259. 260. *Corinthii bello victor Corinthum oppugnare recuſat.* 261. *conſilium ejus ſubitum.* 262. *mœleſtia in cultu.* 264. *corporis bonis infelix.* ibid. *contemptus ab Ægyptiis.* 265. *moritur.* 266. *ſum-*

tius dux. 184. *nomine potius quam poteſtate rex.* 3. 1. *ei comparatus Chabrias.* 187

Ἀγέλαι. 24.b

Aggredi ferro. 131

Aggredi domi ſicliæ, paſſivè, invadi, tentari. 412

Agis rex, frater Ageſilai. 252

Agitare navem in portu. 174. *equos.* 274

Agonides. 290.a

Agnoſcere, ſc. pro filio. 252

Agricola ſolers. 359 a

Agrippa, gener Attici. 396

Agrippa. (M. Vipſanius) 381

Ala equitum. 269

Albinus cum L. Lucullo Coſ. 409. *res Romanas oratione Græca ſcriptitavit.* ibid.

ALCIBIADES *virtutibus & vitiis juxta pollens.* 105. *quomodo educatus.* 107. *dux delectus bello Peloponneſiaco.* 109. *à quo ad dicendam cauſam revocatur.* 113. *ad Lacedæmonios demigrat.* 115. *ab his ad Tiſſaphernem.* 116. *reſtituitur inde ab Athenienſibus, quorum res præclare gerit.* 117. 118. *magno applauſu excipitur abolita devotione.* 119. 122. *rurſus in invidiam recidit.* 122. *Philoclem ad occaſionem rei conficiendæ excitat.* 124. *ad Pharnabazum ſe confert.* 128. *cujus opera perit.* 129. *ejus deſcriptio.* 133

Alcmæon, matricida. 232

Alere morbum, fovere. 396. *idem agellus illos alet.* 287. *nolo ali eorum luxuriam*, inſtrumenta eorum luxuriæ ſuppeditari. ibid. *ali publice*, publica ſuſtentatione. 70

Alexander M. quando natus. 404.b. *Babylone moritur.* 269. 304. *ejus filius.* 275. *liberi.* 276. 285. *amici poſt mortem ejus* præfecti *appellati.* 285. *poſtea reges.* ibid. & 307.

Alexander Pheræus tyrannus. 249

Alienigena. 277

Alieniſſimus locus, oppon. *opportunus.* 47.a

Alienum, quod nihil refert, otioſum, ſupervacuum. *Cujus victoriæ non alienum videtur, quale præmium Mithridati ſit tributum, docere*, i. e. ad rem pertinere, utile eſſe, operæ pretium eſſe. Alienum, *ſubeundi æris*, i. e. militare. 28

Aliter multo. 7

Aliter, pro aliàs, alioqui. 53

Alpes Italiam ab Gallia ſejungunt. 327

Alpici, Alpium habitatores. ibid.

Amaulitheum Gymnaſium Attici. 386.b

Amatores quamplurimos habere Laudi in Græcia ducitur adoleſcentulis. 4.b.5.a

Ambitio, pro ambitioſo comitatu. 161.b

Ambitus largitiones, captatoriæ donationes in ambiendis honoribus. 371

Amicior libertati, quam, qui potius reſpicit libertatem. 21

Amiciſſimus. 377

Amicitia intima. 116

Amicitiam facere cum aliquo. 115. *gerere.* 219

Amiculum duplex, indumentum humilium & agreſte. 205

Amicus tyrannidi. 164

Amilcar, nomen Punicum, *Regem* denotans. 311.a. *Vide Hamilcar.*

Amiſſus, pro amiſſione. 119.b

Amittere animam. 239. a. *fidem.* 282. *occaſionem.* 20.a. *Optimates*, eorum favorem. 171

Ammon, cognomen Jovis. 101.b. 102.a

Ammonere, pro admonere. 83.b

Ἀμνηστία. 144.a,b

Amor in patriam. 137.a. *non magis amore quam more ductus.* 87. *amore Græcorum amatus.* 108.a,b

Amor Venereus. 81.a,b

Amorem habere alicujus. 297

Amphipolis, oppidum. 89.b

Amplius. nolo amplius quam centum jugera. 146. *neque hoc amplius quam pellis eſt injecta*, neque aliquid præter pellem. 265

Amyntas Macedo. 182. *Philippi pater.* 304

Ἀναδέχεσθαι ἐξ ἄδου. 176.b

Anagnoſtæ qui. 384.a. 385.b

Ἀναπαλαίζειν. 30.b

Anceps periculum. 44.a

Ancipites loci. 213

Andocidis Hermes. 110.a,b. 111

Andronitis, primus locus ædium. 7.b. 8.a,b

Anfractus. 279

Angari. 24.b
Angariare. ibid.
Angustiæ locorum. 233
Anicia, Pomponii consobrina. 363
Anima, pro vita. 321. *anima eam reliquit.* 273
Animadvertere, considerare. 232
Animadvertere in aliquos, de Censore. 358. *hinc animadversio Censoria.* ibid.a
Animatæ bine insulæ, in obsequio manentes. oppon. *alienatæ.* 90.b
Annicula. vix annicula filia despondetur. 393
Annus temporis, pro tempus anni. 59.b
Annus vertens. 259.a. *volvens.* ibid. *inversus.* ibid.
Ante alios unus carissimus, præ aliis. 367. *ante diem.* 187
Antecedere condiscipulos doctrina, superare. 224
Anteferre bello pacem. 230. 231. *iræ religionem.* 260
Anteire aliquem auctoritate. 189. *virtute.* 137
Antigenes. 277
Antigonus Philippi regis nothus. 273.b. *persequitur Eumenem.* 274. *in prælio cadit.* 308.309
Antiochia, pars Syriæ. 341.b
Antiochus Hannibalem suspectat. 323. *neque paret consiliis ejus magno suo malo.* 312. *fugatur.* 313
Antiochus cognomento Ἱέραξ. 322.a. *Italiæ arma inferre conatus.* ibid.a,b
Antipater. 270. *summa rerum potitur.* 273
Antiquitatis amator. 389.390
Antistare alicui. 65.b
Antistites Jovis. 102
Antonius superior esse incipit. 375. *hostis judicatus cedit Italia.* 376. *redux rerum potitur.* 378. *servat Atticum.* 379. *triumvir reip. constituendæ.* 382
Anulus traditus signum imperii traditi putatur. 269.a,b
Aperire, ostendere, declarare. 170. 172. 201.a. 377. *aperit hoc dementiam ejus.* 246. *apertum est mihi*, scio. 150
Aphrodisia, festum Veneris. 244.a
Apollo unde sic dictus. 11.b. *Pythius unde.* 72.a
Apollocrates. 169
Apparare bellum. 256
Apparatus regius, de cultu. 77.b
Apparere alicui, ministrare, de honoratiore ministerio. 284
Apparere, clare cognosci. 200. *apparet minus lucidè.* 242. *apparent armati.* 349. *apparebat jam omnibus*, intelligebatur. 282
Appellare classem ad. 22.146
Appenninus mons. 330.a
Appetere majores res. 75
Appeti, haberi in pretio. 412
Appia via. 397.b. 398
Appiicare se ad societatem alicujus. 69
Appingere custodes. 166.a
Appropinquat adventus hujus. 182
Apulia. 332
Aquileia, urbs, unde sic dicta & à quibus condita. 419.b
Aquilo ventus. 14.b
Ara conservatæ. 260
Aræ Paci publicæ factæ. 194
Arabicus Sinus. 418
Aram tangere. 324,b. *tenere.* ibid.
Arbitrans. 127
Arbitrio alicujus vitam dimittere. 349
Arcades. 232
Archias. 246
Archilochus quando claruerit. 403.a
Architectari, passive. 427.a
Ardeatinum prædium. 386.b.387
Aretæus, Dionis filius. 166.b
Arete, Dionis uxor. 159.166.173
Argi, pl. num. *oppidum.* 305.b
Argilius quidam adolescentulus. 81
Argivi vituperantur. 232
Argos duplex, Hippium & Dipsium. 54.b
Ariobarzanes. 192.203.217
ARISTIDES *Justus cognominatus.* 65.66. *obtrectatione Themistoclis exul factus.* 66. *belli Persici necessitate restitutus.* 67.68. *Prætor Platæensis prælio* 68. *justus, æquus, innocens.* ibid. *abstinens.* 70. *pauper moritur.* ibid.
Aristomache, soror Dionis. 158.173
Arma pedestria. 178
Arma adversariis tradere, flagitium militare. 314.a
Armare se imprudentiâ alicujus, suis con-

consiliis ab imprudentia literius robur mutuati. 172.173
Armenii, à quo sic denominati. 214.b
Arripere studium litterarum. 359. *citeriter quæ traduntur.* 363.a
Ars nova. 26.b
Arsidæus, *Datames filius*, *in prælio cadit.* 211
Artabazus. 76.a,b
Artaphernes, *præfectus Darii.* 21.b
Artaxerxes. 149.181
Artaxerxes duo. 3[illegible]3
Artaxerxes Macrochir. 58.b
Artemisium, *promontorium Eubœæ*, *unde sic dictum.* 43.b
Artifices, *scenici*, *musici*, *pantomimi.* 185.b
Arx Athenarum. 52.a
Arx munita ad urbem obsidendam. 297
Asilis piscibus *præcipua auctoritas in cibis.* 425
Asia succubuit Europæ. 48
Aspendii, Pamphiliæ populi. 214.b
Aspergi infamia. 112.a
Asperitas, difficillima natura. 349
Aspernari, passive. 412
Aspicere aliquem, revereri, honorare. 189.b
Aspis, *Catanææ dynastes.* 206.208
Asportare. 41.b
Assecla Prætoris, de legato ejus. 372
Assur & Atur, *idem vocabulum.* 2[illegible].b
Astandæ qui. ibid.
Astu, Græcum Ἄστυ, peculiariter de Athenis. 44.b.45.a.121.a
Athamanes. 193.b
Athenarum elogium. 364.a
Athenienses se Lacedæmoniis dedunt. 99
Atheniensibus licet eodem patre natas uxores ducere. 4.a,b.87.b
Athletæ. 185.a. *viribus serviunt.* 224
Atrium, *primus locus adiens.* 7.b
Attendere animum ad aliquid. 116
Attice. 23.63
Atticorum saluti initium. 130
ATTICUS [*T. Pomponius*] *perpetuo à majoribus acceptamque splendidam dignitatem.* 362. *omnibus doctrinis eruditus.* 363. *Cinnano tumultu studiorum causa Athenas migrat.* [illegible]364. *liberalitate Athenienses devincit.* 364. *a quibus ample honoratur.* 365. *Sullæ gratus.* 367. 368. *amicos Romæ non destituit.* 368. *vidit Romam.* ibid. *Cæcilii avunculi objiquo conciliatus heres fit.* 369 *Ciceroni & Hortensio æmulus perfamiliaris.* 370. *bellis civilibus*, *honoribus*, *litibus præfecturis abstinuit.* 371. *Cæsari gratus nec Pompejo invisus.* 373. *arcani privati fallionem dejecit.* 374. 375 *Brutum objectum levat*, *nec potenti Antonio adulatur.* 37[illegible]76. *rursum ejusdem Italia pulsa uxorem liberos & familiares tuetur.* [illegible]6. 77. *à quo reducente & potente conservatur.* 78. *prudentia sua in civilibus turbis.* 379. *fides & liberalitas erga amicos.* 379. 380. *quorum pericula & incommoda levavit.* 382. *modus vitæ ejus & moderatio inter familiares.* 383. *sermonum ejus concinnitas quale.* 385. *virtutes.* 387. *humanitas.* 388 *scripta & libri.* 390. *cum Augusto affinitas & familiaritas.* 391. *morbus & consilium finiendæ vitæ.* 395-396. *obitus ac exequiæ.* 397. *Atticus scripsit historias.* 350
Attingere Poëticen, aliquid operæ in illo studio ponere. 392
Attingere summas. 242.a
Auctor rei faciendæ, cujus opera, consilio, impulsu aliquid geritur. 248
Auctores secundi qui. 366.b
Auctoritas apud. 34. *auctoritas est in illo.* 196. *auctoritas ejus est in hoc magna*, ipsius auctoritati hic magnopere creditur. 1[illegible]3. *auctoritate multum posse apud.* 164. *cadit apud.* 89. *auctoritate alicujus moveri.* 153
Audacius instare hostibus. 237.b
Auderi. 25
Audiens dicto duci. 180. *imperatoribus.* 98.a. *dicto regi.* 202.b. *dicto justis.* 258
Avertere aliquem à societate alicujus. 116
Avertere puppes, de recedentibus. 347
Aula atrium. 7.b
Auloncum insidiæ. 209
Aurelius Cajus Cos. 339
Autophradates, *ydra satrapes.* 201.b.213
Autopsiæ facellum. 298.b
Auxilia alicui venire. 143.a
Auxilio alicujus, aliquo adjuvante. 22

B.

Babylon. 269. *fatalis Alexandro M.* 304.b
Babylonica βεστρώματα. 422.b
Babylonicum, ψιλὴ πολύμιτος. ibid.
Badimonium, pro *Vadimonium.* 299.b
Bagoas. 130.a,b
Balbus. (*L. Cornelius*) 396
Barbari, unde sic dicti. 15.a. *Thraces.* ibid.
Barcas, cognomen Hamilcaris. 311.a,b
Barsine, Eumenis uxor. 285.b
Βασιλεὺς *speciali nomine dictus Rex Persarum.* 30.b.31.a
Bassa, Bassus, Bessus. 76.a,b
Bellare animo cum aliquo. 321
Bellatum mittere. 149
Bellicosus. 296. *bellicosæ nationes.* 345. *bellicosissimæ gentes.* 318
Bellum Ægyptium. 206
Cæsarianum civile. 372.b
Corcyræum. 37.b
Corinthium. 260
Peloponnesiacum. 109.137.b
Persicum. 38
Punicum primum. 311
Sociale. 183.a. 189
Bellum infinitum, irreconciliabile. 218.b
Bello devincere. 186. *subigere.* 192
in Bello nihil contemnendum. 140.b
Bellum administrare. 185. 274. *conflare.* 186.b. *componere.* 125.b. *delere.* 127. *ducere.* 124.b. *gerere in aliquem.* 97. *parare.* 129. *suscipere adversus aliquem.* 218
Bene ergo, καλῶς. 145.b
Benevolentia, pro pignoribus & documentis benevolentiæ. 122
Beneficium, pro culpa. 339.b
Bithyni. 347
Bithynia. 348
Bœotii magis firmitati corporis quam ingenii inserviunt. 134
Bona animi. 225
Bona à naturâ. 159
Bonum naturale. 138.a
Borea vento domo profectus. 17
Borni, castelli nomen. 123.b
Bosphorus Cimmerius & Thracius. 420
Brutus potens. 374. *abjectus.* 375.379
Byrsa, interior pars Carthaginis. 408
Byzantii bello subacti. 191.b 192
Byzantium expugnatum. 75.a. *ab Alcibiade captum.* 118.a
Byzia, castelli nomen. Alii *Bysanthen* legunt. 123.b

C.

Cadere, de iis qui adversam fortunam incurrunt. 283.b
Cadere, de morte bellica propriè. 73.b
Cadere in bello. 201. *in prælio.* 211
Cadmea, arx Thebarum. 240.b.242.b
Caduceus, κηρύκειον. 346.b
Cadusii. 201.a
Cæcilius (*Q.*) *eques Rom. Attici avunculus difficili natura.* 369
Cæsar (scil. Julius) *occisus.* 373. *ejus interfectores.* ibid. b. & 374. *summus orator.* 412
Cæsarianum bellum civile. 372.b
Calamitas belli. 313
Calces remittere. 275
Calidius. (*L. Julius*) 382
Callias. 88
Callicrates. [aliis *Callippus*] 172.a
Callida liberalitas. 380.a
Callide cogitare, sollerter. 215
Callidissime temporibus inservire. 106.b
Callidus & acutus ad fraudem. 172.a
Callidus vir, qui consilio pollet. 217
Calliphron, saltator. 223
Callisthenes, Luculli libertus. 423
Callistratus. 231
Camillus exulans felicior Manlio. 413. *quando Vejos ceperit.* 419
Camissares, Datames pater. 200
Campus, planities. 258
Canna, amnis. 332.a
